










ex libris aux armes
de Jacques de Montmiral.







Missa in honorem Angelorũ. Orõ.

Perpetuum nobis Domine tuæ miserationis præsta subsidium quibus & angelica præstitisti suffragia non deesse. Per Domin. Secreta.

Hostias tibi Domine laudis offerimus suppliciter deprecantes vt easdem angelico pro nobis interueniente suffragio & placatus accipias: & ad salutem nostram prouenire concedas. Per Dominum nostrum. Post cõmunion.

Repleti Domine benedictione cœlesti suppliciter imploramus: vt quod fragili celebramus officio: sanctorum angelorum atq; Archangelorum nobis prodesse sentiamus auxilio. Per do.

Missa in honorem apostolor. petri et pauli. Orõ.

Deus cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit, & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit; exaudi nos propitius, & concede, vt amborum meritis æternitatis gloriam consequamur. Qui viuis & regnas. Secreta.

Offerimus tibi Domine preces et munera. quæ vt tuo sint digna conspectui Apostolorum tuorum Petri & Pauli precibus adiuuemur. Per Dominum nost. Post cõmunio.

Protege Domine populum tuum, & Apostolor. tuorum Petri & Pauli patrocinio confidentem perpetua defensione conserua. Per Dominum.

Missa ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus vt intercessio nos sanctæ Dei genitricis Mariæ. sanctorumq; omnium apostolorũ martyrum confessorum, atq; virginũ & omnium electorum tuorum vbique lætificet; vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum. Secreta.

Oblatis domine placare muneribus, & intercedentibus omnibus sanctis tuis a cunctis nos defende periculis. Per Dom. Postcõio.

Sumpsimus domine beatæ mariæ semper virginis, & omnium sanctorum tuorum memoriam recolentes sacramenta cœlestia præsta quæsum9, vt quod temporaliter gerimus æternis gaudijs consequamur. Per Dominum.

Alia missa vt supra. Quam fecit dominus Innocentius papa iii. Oratio.

A cunctis nos quæsumus domine defende periculis mentis & corporis & intercedente gloriosa virgine Dei genitrice Maria cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus et pacẽ vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundem Dom. Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris noster vt per huius sacramenti virtutẽ a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuẽs in præsenti, & gloriam in futuro. Per domin. Postcõmunio.

Mundet, & muniat nos q̃sum9 Dñe Diuini sacramenti mun9 oblatum & intercedente beata virgine dei genitrice Maria cũ beatis apostolis tuis petro et Paulo, atq; beato N. et omnibus sanctis a cunctis nos reddat et peruersitatibus expiatos, et aduersi-

tatibus expeditos. Per eundem

Missa pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor, et rector famulum tuum N. quem pastorem ecclesiæ tuæ preesse voluisti propitius respice. da ei quæsumus verbo et exemplo quibus præest proficere, ut ad vitam una cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominum. Secreta.

Oblatis quæsumus domine placare muneribus, et famulum tuum N. quem pastorem ecclesiæ tuæ esse voluisti assidua protectione guberna. Per Dominum. Postcomunione.

Hæc nos quæsumus domine diuini sacramenti perceptio protegat, et famulum tuum N. quem pastorem ecclesiæ tuæ esse voluisti, una cum commisso sibi grege saluet semper et muniat. Per dominum.

Missa pro infirmis. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus salus æterna credentium exaudi nos pro famulis tuis infirmis pro quibus misericordiæ tuæ imploramus auxilium, ut reddita sibi sanitate gratiarum tibi in ecclesia tua referant actiones. Per Domi. Secreta.

Deus sub cuius nutibus vitæ nostræ momenta decurrunt, suscipe preces et hostias famulorum tuorum, pro quibus misericordiam tuam ægrotantibus imploramus, ut de quorum periculo metuimus, de eorum salute lætemur. Per dominum. Postcomunio.

Deus infirmitatis humanæ singulare præsidium auxilij tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem, ut ope misericordiæ tuæ adiuti ecclesiæ tuæ sanctæ incolumes repræsentari mereantur. Per dominum.

Missa pro sacerdote Oratio

Omnipotens sempiterne deus tuæ gratiæ pietatem supplici deuotione deposco ut omnium malorum meorum vincula soluas, cunctisque meis malis, et peccatis clementer ignoscas. et quia me indignum et peccatorem ad ministerium tuum vocare dignatus es, sic me idoneum tibi ministrum efficias, ut sacrificium de manibus meis placide ac benigne suscipias, electorumque sacerdotum me participem facias. et de præceptis tuis in nullo me oberrare permittas. Per Dominum. Secreta

Deus qui te præcipis a peccatoribus exorari, tibique sacrificium contriti cordis offerri hoc sacrificium, quod indignus manibus meis offero acceptare digneris et ut ipse tibi hostia, et sacrificium esse merear, miseratus concede, quatenus per ministerij huius exhibitionem peccatorum omnium percipiam remissionem. Per Dominum.

Postcommunionem

Huius mihi domine sacramenti perceptio sit peccatorum meorum remissio, et tuæ pietatis optata propitiatio ut per hæc te opitulante efficiar sacris mysterijs dignus. quæ tua pietate confisus frequentare præsumo indignus. Per dominum nostrum.

Missa pro congregatione Oratio.

[illegible] quæsumus domine beata Maria semper virgine intercedente, istam ab omni aduersitate familiam et toto corde prostratam ab hostium propitius tuere clementer insidijs. Per dominum. Secreta.

Suscipe quæsumus clementer omnipotens deus oblationem nostræ deuotionis, et per virtutem huius sacramenti famulos tuos a cunctis protege aduersitatibus. Per dominum.

Post communionem.

Sumptis redemptionis nostre munerib*us* praesta quaesumus misericors Deus eorum nobis celebratione tuae protectionis contra omnes adversitates subsidium. Per dominum

Missa pro concordia fratru*m*. Oratio.

Deus largitor pacis & amator charitatis, da famulis tuis veram cum tua voluntate concordiam, ut ab omnibus quae nos pulsant tentationibus liberemur. Per Dominu*m*. Secreta.

His sacrificiis domine quaesumus concede placatus, ut qui propriis oram*us* absolui delictis, non grauemur externis. Per dominum. Postcommunio.

Spiritum nobis domine tuae charitatis infunde, ut quos uno pane caelesti satiasti tua facias pietate concordes. Per dominum. In unitate eiusdem.

Missa pro congregatione. Oratio.

Omnipotens sempiterne [illegible] facis mirabilia magna solus praetende super famulos tuos, & super cunctas congregationes illis commissas spiritum gratiae salutaris, et ut in veritate tibi complaceant, perpetuum eis rorem tuae benedictionis infunde. Per. In unitate eiusdem. Secreta.

Hostias domine famulorum tuorum placatus intende, & quas in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebramus, proficere sibi sentiant ad salutem. Per Dom. Post communio.

Quos caelesti recreas munere perpetuo domine comitare praesidio, & quos fouere non desinis dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per dom.

Missa pro omni gradu ecclesiae. Oro.

Omnipotens sempiterne deus, cuius spiritu totum corpus ecclesiae sanctificatur, & regitur, exaudi nos pro universis ordinibus supplicantes ut gratiae tuae munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per Dom. In unitate. Secreta.

Da famulis tuis domine indulgentiam peccatorum, consolationem vitae, gubernationem perpetuam ut tibi servientes ad tuam iugiter misericordiam peruenire mereantur. Per dominu*m*. Postcom*m*u*n*io.

Libera quaesumus domine a peccatis & hostibus tuos famulos supplicantes ut in sancta conuersatione viuentes nullis afficiantur aduersis. Per Dominum.

Missa pro petitione lachrymar*um*. Oro.

Omnipotens et mitissime Deus qui sitienti populo fontem viuentis aquae de petra produxisti educ de cordis nostri duritia compunctionis lachrymas, ut peccata nostra plangere valeamus, remissionemq*ue* peccatorum te miserante mereamur accipere. Per Domi. Secreta.

Hanc oblationem quaesumus Domine deus, quam tuae maiestati pro peccatis nostris offerimus propitius respice, & produc de oculis nostris lachrymarum flumina quibus debita flammar*um* incendia valeant extingui. Per. Do. Postco*m*io.

Gratiam sancti spiritus domine deus cordibus nostris clementer infunde, quae nos gemitibus lachrymarum efficiat maculas nostrorum diluere peccatorum, atq*ue* optatae nobis te largiente indulgentiae praestet effectum. Per dom. In unitate.

Missa pro amico peccatore. Oratio.

Deus qui iustificas impium, & non vis mortem peccatorum, maiestatem tuam suppliciter deprecamur, ut famulum tu[illegible] de tua

misericordia confidentem cœlesti protegas benignus auxilio, et assidua protectione conserua, vt tibi iugiter famuletur, et nullis tentationibus a te separetur. Per Dom. Secreta.

Huius domine quæsumus virtute mysterij, et a proprijs nos munda delictis, et famulum tuum ab omnibus absolue peccatis. Per dominum nostrum. Postcommunione.

Purificent nos quæsumus Domine sacramenta quæ sumpsimus, et famulum tuum ab omni culpa liberum esse concede, vt qui conscientiæ reatu constringitur cœlestis remedij plenitudine glorietur. Per Dominum.

Missa pro amico viuente. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus miserere famulo tuo N. et dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ, vt te donante tibi placita cupiat, et tota virtute perficiat. P.D. Secreta.

Proficiat quæsumus domine sacra oblatio, quam tuæ supplices offerimus Maiestati ad salutem famuli tui N. vt tua prouidentia eius vita inter aduersa, et prospera vbique dirigatur. P.D. Postcommunio.

Sumentes domine perpetuæ sacramenta salutis tuam deprecamur clementiam, vt per ea famulum tuum N. ab omni aduersitate protegas. Per dominum.

Pro quacunque tribulatione. Oratio.

Deus qui non mortem sed pœnitentiam desideras peccatorum populum tuum quæsumus ad te conuerte propitius, vt dum tibi deuotus extiterit, iracundiæ tuæ flagella ab eo amoueas. Per Do. Secreta.

Subueniat nobis quæsumus Domine sacrificij præsentis operatio, quæ nos et ab erroribus vniuersis potenter absoluat, et a totius perditionis eripiat incursu. Per D. Postcommunio.

Tuere nos quæsumus domine tua sancta sumentes, et ab omni propitius iniquitate defende. Per D.

Alia missa vt supra. Oratio.

Ne despicias omnipotens Deus populum tuum in afflictione clamantem, sed propter gloriam nominis tui tribulatis succurre placatus. Per Dominum nostrum. Secreta.

Suscipe domine propitius hostias quibus et te placari voluisti, et nobis salutem potenti pietate restitui. Per dominum. Postcomunio.

Tribulationem nostram quæsumus Domine propitius respice et iram tuæ indignationis quam iuste meremur auerte. Per Domi.

Missa pro imperatore. Oratio.

Deus regnorum omnium et Christiani maxime protector imperij, da seruo tuo imperatori nostro triumphum virtutis tuæ scienter excolere, vt qui tua constitutione est princeps tuo semper munere sit potens. Per Do. Secreta.

Suscipe domine preces et hostias ecclesiæ tuæ pro salute famuli tui supplicantis, et in protectione fidelium populorum antiqua brachij tui operare miracula, vt superatis pacis inimicis secura tibi seruiat Christiana libertas. Per Dominum nostrum. Postcomunio.

Deus qui ad prædicandum æterni regis euangelium Romanum imperium præparasti, prætende famulo tuo imperatori nostro arma cælestia, vt pax ecclesiarum nulla turbetur tempestate bellorum. Per Dom. nostrum.

Pro nimijs pressuris. Oratio

Deus qui contritorum non despicis gemitum, et mærentium non spernis affectum, adesto precibus nostris quas tibi pro tribulatione nostra effundimus, easque clementer exaudi vt quicquid contra nos diabolicæ, atque humanæ moliuntur aduersitates, ad nihilum redigantur, et consilio tuæ pietatis allidantur, quatenus nullis aduersitatibus læsi, sed de omni tribulatione, et angustia erepti, læti in ecclesia tua gratias referamus. P. D. Secreta

Deus qui tribulatos corde sanas, et mæstificatos actu lætificas ad hanc propotius hostiam dignanter attende. quam tibi pro nostra offerimus liberatione, tu et hanc benignus accipe et nostra sana discrimina, tribulationum attende miseriam, et angustiarum nostrarum sumoue pressuram. vt exuti omnibus quæ patimur malis in tuis semper mereamur exultare iustitijs. Per domi. Postcommunio.

Dimitte domine peccata nostra, et tribue nobis misericordiam tuam quam precamur, vt humilitatem nostram attendas, vincula soluas, delicta deleas, tribulationem inspicias, aduersitatem repellas, effectumque petitionis nostræ largiens supplices tuos clementer exaudias Per. Dominum nostrum.

Pro quacunque necessitate. Oratio

Deus refugium nostrum, et virtus adesto pijs ecclesiæ tuæ precibus, auctor ipse pietatis, et præsta: vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per domi. Secreta.

Da misericors deus, vt et salutaris oblatio et a proprijs nos reatibus indesinenter expediat, et ab omnibus tueatur aduersis. P. D. Postcommunio.

Sumpsimus domine sacri dona mysterij humiliter deprecantes vt quæ in tui commemoratione nos facere præcepisti in nos re proficiant infirmitatis auxilium. qui viuis, et regnas.

Ad postulandam sapientiam. Oratio

Deus qui per coæternam tibi sapientiam hominem cum non esset condidisti. perditumque misericorditer reformasti, præsta quæsumus, vt eadem pectora nostra inspirante te tota mente amemus, et ad te toto corde curramus. Per domin. Secreta

Sanctificetur quæsumus domine deus huius nostræ oblationis munus tua cooperante sapientia vt tibi placere possit ad laudem, et nobis proficere ad salutem. Per Domin. Postcommunionem

Infunde quæsumus domine Deus per hæc sacramenta quæ sumpsimus tuæ cordibus nostris lumen sapientiæ, vt te veraciter agnoscamus, et fideliter diligamus. Per Dominum.

Ad postulandam spem, fidem, et Charitatem.

Omnipotens sempiterne. Oratio.

Deus qui iustitiam tuæ legis in cordibus credentium digito tuo scribis, da nobis fidei spei et charitatis augmentum, et vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis. P. D. Secreta.

Emitte quæsumus domine spiritum Sanctum, qui et hæc munera præsentia tuum nobis efficiat sacramentum & ad hoc percipiendum corda nostra purificet. Per Dom. Postcõio.

Spiritum nobis domine tuæ charitatis infunde, vt quos vno pane cœlesti satiasti tua facias pietate concordes. Per dominum nostrũ.

Ad postulandam humilitatẽ. Orõ

Deus qui superbis resistis, & gratiã præstas humilibus, auge in nobis veræ humilitatis virtutem, cuius in se formam fidelibus vnigenitus tuus exhibuit vt nunquam indignationem tuam prouocemus elati, sed potius semper pietatis tuæ capiamus dona subiecti. Per eundem dom. Secreta.

Hæc oblatio domine deus nobis remissionem omnium peccatorũ et veræ humilitatis obtineat gratiam, simulque a cordibus nostris concupiscentiam carnis, & oculorum, atque ambitionem seculi auferas, quatenus coram te sobriè justè piequè viuentes præmia cosequamur æterna. P. D. Postcõio.

Huius domine sacramenti perceptio peccatorum nostrorũ maculas tergat, & nos per humilitatis exhibitionem ad cœlestia regna perducat. P. D.

Ad postulandam charitatẽ. Orõ.

Deus qui diligentibus te facis cuncta prodesse, da cordibus nostris inuiolabilem tuæ charitatis affectum, vt desideria de tua inspiratione concepta nulla possint tentatione mutari. Per Dominum. Secreta.

Deus qui nos ad imaginẽ tuã sacramentis renouas, & præceptis pfice gressus nostros in semitis tuis, vt charitatis donũ quod fecisti à nobis separari, p hæc quæ offerimus, sacrificia facias apprehendi. Per D. Sancti spiritus grã. Postcõio.

Quæsumus dñe corda nrã illuminet, et pfectè charitatis dulcedine abundanter reficiat. Per Domi.

Ad postulandã patientiã. Orõ

Deus qui vnigeniti patientia antiqui hostis contriuisti superbiam, da nobis quæsumus, qui idẽ piè pro nobis pertulit, dignè recolere sicque exemplo eius nobis aduersantia æquanimiter tolerare. Per eundem. Secreta.

Munera nostræ oblationis qs domine placatus suscipe, quæ vt nobis patientiæ donum condonare digneris, maiestati tuæ deuota offerimus actione. P. D. Postcõio.

Sacro sancta domine sumentes mysteria annisam nobis quæsumus reconcilient gratiam, atque munus patientiæ in illatis omnibus sẽp. & vbique protegendo impartiant. Per dominum.

Pro stabilitate loci. Orõ.

Omnipotens sempiterne Deus ædificator & custos Hierusalem ciuitatis supernæ: ædifica & custodi locum istum cum habitatoribus suis, vt sit in eo domicilium stabilitatis et pacis. Per do. Secreta.

His, sacrificijs quæsumus Dñe placatus intende, vt qui proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis, sed ab omnibus liberemur aduersis. P. D. Postcõio.

Suscipe domine preces nostras, et muro custodiæ tuæ hunc locum cũ habitantibus in eo circunda, vt omni aduersitate depulsa sit semper in eo domiciliũ incolumitatis et pacis Per dominum.

Pro confitente pctã sua. Orõ.

Omnipotens sempiterne Deus confitenti tibi famulo tuo N. pro tua pietate relaxa peccata, vt non plus ei noceat, conscientiae reatus ad penã, quam indulgentia tuae propitiationis prosit ad veniam. Per domi. Secreta.

Praesta qsumus omnipotens, & misericors deus, vt haec salutaris famulum tuũ N. et a proprijs reatibus indesinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per domin. Postcomunio.

Omnipotens & misericors Deus qui omnem animam paenitentẽ et confitentem tibi magis vis emendare quam perdere, recipe super hunc famulum tuum N. & per haec sancta sacramenta, quae sumpsimus auerte ab eo iram indignationis tuae, & dimitte ei õnia peccata sua. Per dominum.

Pro facientib⁹ nobis eleemosyinas.

Deus qui post baptismi Oratio. sacramentum secundam ablutionem peccatorũ eleemosynis indidisti respice propitius super famulos tuos pro quorũ operibus tibi gratiae referuntur, fac eos premio beatos, vt recipiant pro paruis magna, pro terrenis caelestia, pro temporalibus sempiterna. Per Dom. Secreta

Deus qui tuorũ corda fidelium per eleemosynam dixisti posse mundari, da famulis tuis, qui pauperib⁹ bona sua dederunt, per huius sacramenti mysteriũ vt percipientes hoc munere veniam peccatorũ in tuorũ censeantur sorte iustorũ. Per Do. Postcommunio.

Purificent nos quaesumus dñe sacramenta quae sumpsim⁹, & famulos tuos propitius intende, qui diuina mandata recolentes opem indigentibus subministrant, et praesta, vt sicut eorum nobis deuotio est necessaria ita sit semper tibi accepta. Per dominum.

Pro amico incarcerato. Orõ.

Deus qui beatum Petrum a vinculis absolutum illaesum abire fecisti famuli tui in captiuitate positi vincula absolue; et eum ipsius meritis illaesum abire concede. Per Dominum. Secreta

Super has quaesumus domine hostias benedictio copiosa descendat, quae captiui nostra vincula soluat, & de eius liberatione nos cito laetificet. Per dominũ nostrum. Postcomunio.

Preces nostras quaesumus domine clementer exaudi, & per haec sacramenta quae sumpsimus, famulum tuum a vinculis suae captiuitatis absolue. Per Dominũ.


Pro nauigantibus. Oratio.

Deus qui transtulisti p̃res nr̃os p mare rubrũ, et transuexisti p aquã nimiam laudẽ tui nõis decantantes te suppliciter precamur, vt in naui famulos tuos repulsis aduersitatibus portu semp optabili, cursuq; trãquillo tuearis. P. Dom. Secreta

Suscipe dñe qs preces famulorũ tuorũ cũ oblationib⁹ hostiarũ, & tua mysteria celebrantes ab omnibus defende periculis, Per Dominum. Postcomunio.

Sanctificati diuino mysterio maiestatẽ tuã dñe suppliciter precamur, e petim⁹, vt quos donis facis caelestib⁹ interesse, per signum sanctae crucis, et a peccatis abstrahas, et a periculis cunctis miserat⁹ eripias. P. xp̃m.

**Missale ad vsum Insignis eccl'ie Parisiēsis Nup pari-
sius i Sole aureo vici Sorbonici correcte curioseq3 Im
pressum totaliter ad lōgū cū missis quibusdā votiuis.
Passionibusq3 q̄ttuor euāgelistarū distincte scd'm can-
tū cū litteris rubeis signat'. Tabula etiā perpulchra se
cundū numerū foliorū singulas dn̄icas et festa secūdū
menses distincte demonstrans.** J de montmiral



SVM IACOBI DE MONTMIRAL

Speculum sacerdotũ missã celebrare volentium.

Primo ante missam habẽda sunt tria. Intẽtionis discussio Generalis cõtritio. Et pura confessio. Intẽtionis discussio. Ne propter vanã gloriã celebret. Ne ꝓpter alicuius persone fauorẽ. Ne propter lucrũ temporale. Ne propter cõsuetudinẽ. Generalis contritio. De omissis q̃ facere debuit. Et de cõmissis corde et opere. Pura cõfessio. Notabiliũ criminum notorum et ignotoꝝ. In missa sit Diligens circa locũ: id est vt recipere possit vtrũqꝫ. Diligentior circa calicẽ: ne sit fractus vel reparatus. Diligentissimus circa materiam: ne hostia sit corrupta: vinũ acetosum: aut desit aqua. In canone sit diligentia. Magna in signis/ vt diligenter faciat. Maior in verbis/ vt veraciter dicat. Maxima in intẽtione/ vt firma fide cõsecrare intendat. In cõsecratione habeat. Diligentiã ad cõficiendũ corpus christi. Reuerentiã ad tangendũ corpus christi. Deuotionẽ ad sumendũ corpus christi. In tãgendo corpus christi sit reuerẽtia. Magna propter cõtinẽtiam tam excellentis corporis christi. Maior propter ꝯtinentiã tam excellentis anime christi. Maxima propter continentiã tam excellẽtis diuinitatis xp̄i. Quid in cõsecrãdo intẽdit facere. Deũ per lachrymas colere. Mortẽ xp̄i memorare. Totã ecclesiã adunare. Quid in cõsecrãdo intendit consequi. Augmentũ dilectiõis. Inseparabilitatẽ vnionis. Accelerationem fruitionis. Sit humilis oratio in primo ⁊ in secundo memento. Ne tam indignus minister indigne recipiat/ tã dignissimũ mysteriũ. Ne tam indeuotus presbyter tam iustissimũ iudicẽ flectat in suum iudiciũ. Ne tam immũdus hospes/ tam excellentissimũ hospitẽ a se repellat fetore criminũ. Et vt eũ dñs piissimus participem faciat electorũ sacerdotũ. In primo memento pro se et pro viuis oret. Ut sint participes tanti mysterij. Auditores abiles missarũ beneficij. Contemptores humiles vanitatũ mundi Satisfactores stabiles defect⁹ proprij. Et sectatores vigiles diuini beneficij. In secundo memẽto pro defunctis oret. Ut per suauissimũ mysteriũ habeãt cõtinuũ subsidium. Ut ꝑ preces ecclesie fideliũ/ habeãt suaue a penis refrigeriũ. Ut per hoc nostrũ diuinũ viaticũ habeãt securũ reditũ ad sctõꝝ consortiũ. Post missam sit summa grãꝝ actio. De tanto pane suauissimo angeloꝝ creatore creaturarũ recepto. De tãto cibo perpetuo omnium sctõꝝ creatore creaturarũ recepto. De tãto viatico proficuo christi electorũ creatore creaturarum recepto.

Finis.

KL Januarius habet dies.xxxi. Poto.
Luna vero.xxx.

iii	A		kl	Circuncisio domini. duplũ solenne.	
	b	iiii	no	Octa.sancti stephani. iii.lec.quasi.ix.	
xi	c	iii	no	Genouefe virginis duplũ. Octã.scti iohãnis mẽoria.	
	d	ii	no	Octa.innocentũ. iii.lec.quasi.ix.	
xix	e	Nonas		Simeonis confessoris. iii.lec. Missa de vigilia.	
viii	f	viii	Jd	Epiphania domini. duplum solenne.	
	g	vii	Jd		
xvi	A	vi	Jd	Rigoberti epi & cõfes. semid. Luciani iuliani & maxia[ni mar. mẽoria.	
v	b	v	Jd		
	c	iiii	Jd	Guillermi bituricensis archiepiscopi. semid.	
xiii	d	iii	Jd		
ii	e	ii	Jd		
	f	Jdus		Octa.epiphanie.ix.lec. Hilarij & remigij epoꝝ mẽoria	
x	g	xix	kl	Februarij. Felicis presbyteri & cõfes. iii.lec. Missa.	
	A	xviii	kl	Mauri abbatis.ix.lec. Boniti epi mẽoria.	
xviii	b	xvii	kl	Marcelli pape et mar. iii.lec. Furscei cõfessoris mẽo.	
				Dominica post istũ numerũ aureũ erit septuagesima.	
vii	c	xvi	kl	Sulpicii epi & ɔf.ix.lec. Pseusipi cũ so.mar. mẽo. [Anthonii confessoris memoria.	xvi
	d	xv	kl	Prisce virg.& mar. iii.l. Missa. Prima.lxx.	v
xv	e	xiiii	kl	Launomari abbatis. iii.lec. Missa.	
iiii	f	xiii	kl	Fabiani et sebastiani martyrũ. ix.lec.	xiii.
	g	xii	kl	Agnetis virginis & martyris. ix.lec.	ii
xii	A	xi	kl	Vincentii martyris. duplum	
i	b	x	kl	Emerẽtiane virginis et martyris. iii.lec.	x
	c	ix	kl	Babile sociorũq; eius martyrũ. iii.lec.	
ix	d	viii	kl	Cõuersio scti pauli.du. Preiecti mar. mẽo.	xviii.
	e	vii	kl	Policarpi episcopi & martyris. iii.lec.	vii
xvii	f	vi	kl	Juliani epi & cõfes. duplũ. Johãnis epi & ɔfes. mẽoria	
vi	g	v	kl	Agnetis.ii. iii.l. Missa. karoli ĩpatoris ɔf. nichil fit.	xv
	A	iiii	kl	Paule matrone. iii.lec.	iiii
xiiii	b	iii	kl	Batildis regine. iii.lc. Si dñica fuerit extra.lxx.ix.l.	
iii	c	ii	kl	Metranni martyris memoria.	xii

Annꝰ habet.xii.mẽses:ebdomad.lii.et vnũ diẽ. Jn ãno bisextili.ii.dies
Nox habet horas.xvi.dies.viii.

Cisi.ge.ianus epi.sibi guil.dat & hil.fe.mau.mar.sul.
Prisca.fab.ag.vincenti paulus iuliq;.batil.



KL Februari⁹ hēt dies. xxviii. si fue. bissext⁹. xxix. Ligna cremo
Luna vero. xxix.

	d		kl	Ignacii epi & mr. iii. l. Brigide vg. me. Mis. de vig.	i
xi	e	iiii	no	Purificatio beate marie. duplum solenne.	
xix	f	iii	no	Blasij epi et martyris duplū. p diocesim. ix. lec.	ix
viii	g	ii	no		
	A	Nonas		Agathe virginis et martyris. ix. lec.	xvii
xvi	b	viii	Id	Vedasti & amādi cōfessor et epor. iii. lec.	vi
v	c	vii	Id		
	d	vi	Id		xiiii
xiii	e	v	Id	Apolonie virginis et martyris. nichil fit.	iii
ii	f	iiii	Id	Scolastice virginis. iii. lec.	
	g	iii	Id		xi
x	A	ii	Id	Eulalie virginis et martyris memoria.	
	b	Idus			xix
xviii	c	xvi	kl	Marcij Valētini martyris. iii. lec. Missa.	viii
vii	d	xv	kl	Sol in piscibus.	
	e	xiiii	kl	Juliane virginis et martyris. nichil fit.	
xv	f	xiii	kl		
iiii	g	xii	kl		
	A	xi	kl		
xii	b	x	kl		
i	c	ix	kl	Ultima. lxx.	
	d	viii	kl	Cathedra sancti petri. ix. lec. Iniciū veris.	
ix	e	vii	kl		
	f	vi	kl	Mathie apostoli duplum. Locus bissexti.	
xvii	g	v	kl		
vi	A	iiii	kl		
	b	iii	kl		
xiiii	c	ii	kl		

Nox habet horas. xiiii. dies. x.
Bri. pur. blasus agath. februo scolastica valent.
Juli. coniunge tu petrum mathiam inde.
Per versum sequentē cognoscit per quā litterā incipit quilibet mensis.
A. dan. de. ge. bat. er. go. ci. fos. a. dri. fos.
Quadrentur dñi per partes quattuor anni. Si nichil excrescat: bissextū regula monstrat. Posteriori die celebrantur festa mathie.

KL Martius habet dies.xxxi. De vite superflua demo.
Luna vero.xxx.

iii	d		kl	Albini ep̄i & cōfessoris memoria.	
	e	vi	no		
xi	f	v	no		
	g	iiii	no		
xix	A	iii	no		
viii	b	ii	no		
	c	Nonas		Thome ꝯfes. duplū. Perpetue & felicitatis mar. mēo.	
xvi	d	viii	Id	Post nonas martis vbi. primū luna notatur.	
v	e	vii	Id	Bis septē numerate dies vt pascha sequatur.	
	f	vi	Id		
xiii	g	v	Id		
ii	A	iiii	Id	Gregorij pape et confessoris duplum.	
	b	iii	Id		
x	c	ii	Id		
	d	Idus			
xviii	e	xvii	kl	Aprilis.	
vii	f	xvi	kl	Gertrudis virginis memoria.	
	g	xv	kl	Sol in ariete. Primus dies sc̄li hic mutant̄ anni	
xv	A	xiiii	kl	(ab origine mūdi.	
iiii	b	xiii	kl	Dn̄ica prima post istū numerū aureū erit pascha.	
	c	xii	kl	Benedicti abbatis. ix. lec.	xvi
xii	d	xi	kl	Primū pascha.	v
i	e	x	kl		
	f	ix	kl		xiii
ix	g	viii	kl	Annūciatio dō. duplū. solēne. Passio dn̄i nr̄i ie.	ii
	A	vii	kl		
xvii	b	vi	kl	Resurrectio dn̄i festum annuale.	x
vi	c	v	kl		
	d	iiii	kl		xviii
xiiii	e	iii	kl		vii
iii	f	ii	kl		

Nox habet horas.xij. dies.xij.

Albine suscipe tho. decoratus gregoriano.
Gertrud alba bene iuncta maria genitrice.

KL Aprilis habet dies. xxx. Luna vero. xxix. — Do germen gratum.

	g		kł	Littera qua pascha fuerit dñ voluit annus.	xv
xi	A	iiii	no	Marie egyptiace.. semiduplum.	iiii
	b	iii	no	Post quasi si veniat annotinum celebrabis.	
xix	c	ii	no	Ambrosij episcopi et confessoris. duplum.	xii
viii	d	Nonas			i
xvi	e	viii	Id		
v	f	vii	Id		xi
	g	vi	Id		
xiii	A	v	Id		xvii
ii	b	iiii	Id		vi
	c	iii	Id	Leonis pape ꝛ confessoris memoria	
x	d	ii	Id		xiiii
	e	Idus		Eufemie virginis et martyris memoria	iii
xviii	f	xviii	kl	Maij. Tiburcij valeriani ꝛ maximi mr. iii. l. Missa	
vii	g	xvii	kl	Clauis rogationum.	xi
	A	xvi	kl		
xv	b	xv	kl	Sol in tauro.	xix
iiii	c	xiiii	kl		viii
	d	xiii	kl		
xii	e	xii	kl		
i	f	xi	kl		
	g	x	kl	Inuētio dionysij so. ꝗ ei⁹ semid. Opportune vgi. me.	
ix	A	ix	kl	Georgij mar. duplū. Reguli epi ꝛ cōfes. memoria.	
	b	viii	kl		
xvii	c	vii	kl	Marci euāgeliste. d. Ultimū pascha. Letania maior.	
vi	d	vi	kl	Dedicatio sacre capelle regie parisieñ.	
	e	v	kl	Feria. iiij. post Misericordia dñi. celebrat synodus.	
xiiii	f	iiii	kl	Vitalis martyris. iii. lec. Missa.	
iii	g	iii	kl	Petri martyris. iii. lec. quasi. ix.	
	A	ii	kl	Eutropij episcopi et martyris semiduplū.	

Nox habet horas. x. dies. xiiii.

Apꝛil. in ambꝛosij festis ouat atꝗ tyburci.
Addūtur sancti di. geoꝛ. marcusꝗ vi. pe. trop.

KL Maius habet dies. xxxi. Michi flos seruit.
Luna vero. xxx.

xi	b		kl	Philippi ⁊ iacobi ap̄loꝝ. du. Amatoris ep̄i ⁊ ɔf. me.
	c	vi	no	
xix	d	v	no	Inuētio sc̄tē crucis. du. Alexādri socioꝝq; ei⁹ mēo. Iuuenalis ep̄i ⁊ ɔf. me.
viii	e	iiii	no	Quiriaci ep̄i ⁊ m̄r. semid.
	f	iii	no	Fortunati ep̄i ⁊ cōfes. mēo. Ascēsio dn̄i. du. solēne.
xvi	g	ii	no	Johannis ante portam latinā. ix. lec.
v	A	Nonas		
	b	viii	Id	Fer. iii. post ascē. dn̄i de trāsla. capitis bt̄i ludo. seid.
xiii	c	vii	Id	Translatio sancti nicolai. semiduplum
ii	d	vi	Id	Gordiani et epimachi m̄r. iii. l. Missa. Maturini ɔf. mēo.
	e	v	Id	Mām̄erti ⁊ maioli epoꝝ ⁊ ɔfes. mēo.
x	f	iiii	Id	Nerei achillei ⁊ pācracij martyꝝ. iii. lec. Missa.
	g	iii	Id	
xviii	A	ii	Id	
vii	b	Idus		Aduentus spiritus sancti. duplum annuale.
	c	xvii	kl	Junij Honorati episcopi ⁊ cōfessoris memoria.
xv	d	xvi	kl	
iiii	e	xv	kl	Sol in geminis.
	f	xiiii	kl	yuonis cōfes. duplū. Potētiane virginis mēoria.
xii	g	xiii	kl	Petri confessoris. ix. lec.
i	A	xii	kl	
	b	xi	kl	Festū sancte trinitatis. duplū solēne.
ix	c	x	kl	
	d	ix	kl	Donatiani et rogatiani mar. mēeo.
xvii	e	viii	kl	Urbani pape et martyris iii. lec. Missa.
vi	f	vii	kl	Sacrosancti sacramēti eucharistie. duplum solenne.
	g	vi	kl	
xiiii	A	v	kl	Germani ep̄i parisieñ. duplū. Carāni martyris mēo.
iii	b	iiii	kl	
	c	iii	kl	
xi	d	ii	kl	Cācii cāciani et cācianille mar. iii. lec. Petronille virginis memoria.

Nox habet horas. viii. dies. xvi

Philip. crux iūgit iohan. et nicol. hinc superaddit.
Honor ⁊ yuo cadunt sed et vrbanus ger. habet can. ✠ iiij

KL Junius habet dies.xxx. Luna vero.xxix. — Michi pratũ.

	e		kł	Nichomedis martyris. iii.lec.
xix	f	iiii	no	Marcellini et petri mar. iii.lec. Missa.
viii	g	iii	no	
xvi	A	ii	no	
v	b	Nonas		
	c	viii	Id	Claudij ep̃i ⁊ confessoris. nichil fit.
xiii	d	vii	Id	
ii	e	vi	Id	Medardi ⁊ gildardi ep̃oꝝ ⁊ cõfes. iii.lec.
	f	v	Id	Primi et feliciani mar. iii.lec. Missa.
x	g	iiii	Id	Landerici ep̃i ⁊ cõfessoris. ix.lec.
	A	iii	Id	Barnabe apostoli. duplum.
xviii	b	ii	Id	Basilidis sociorũq; ei⁹ mar. iii.lec. Missa.
vii	c	Idus		
	d	xviii	kl	Julij. Basilij ep̃i ⁊ ɔf. semid. Rufi ⁊ valerij mar. mẽo.
xv	e	xvii	kl	Uiti modesti ⁊ crescẽtie martyꝝ. iii.lec.
iiii	f	xvi	kl	Ferreoli ⁊ ferrutiõis m̃r. du. Cirici ⁊ iulite m̃r. mẽo.
	g	xv	kl	Auiti abbatis. iii.lec. Sol in cancro.
xii	A	xiiii	kl	Marci ⁊ marcelliãi m̃r. iii.ł. Missa. Fortũati ep̃i ⁊ ɔf [me.
i	b	xiii	kl	Geruasij ⁊ pthasij m̃r. ix.ł. Marine ỽgi. me.
	c	xii	kl	
ix	d	xi	kl	Leufredi abbatis. ix.lec.
	e	x	kl	Paulini ep̃i ⁊ cõfessoris. iii.lec.
xvii	f	ix	kl	Uigilia. Missa de vigilia. etiã si fuerit dñica.
vi	g	viii	kl	Natiuitas sct̃i iohãnis bap. du. Agoardi ⁊ agliberti [mar. mẽo.
	A	vii	kl	Trãslatio sct̃i eligij ep̃i ⁊ ɔfes. semid.
xiiii	b	vi	kl	Johãnis ⁊ pauli martyꝝ. ix.lec.
iii	c	v	kl	Uisitatio beate marie. duplum.
	d	iiii	kl	Leonis pa. ⁊ ɔf. mẽo. Uigił. Missa de vigił. nisi sit dñ̃
xi	e	iii	kl	Petri ⁊ pauli apł̃oꝝ. duplum.
	f	ii	kl	Cõmemoratio sct̃i pauli. ix.lec.

Nox habet horas.vi. dies.xviii.

Nich. marcel. iunioq; medard. ⁊ barnabas astat.
Fer. quoq; geruasi cito iohãnes visi. pe. paul.

KL Julius habet dies. xxxi. Spicas declino.
Luna vero. xxx.

xix	g	kł	Octa. scti iohãnis bap. ix. lec. Leonorij epi ⁊ ꝯf. mẽo.	
viii	A	vi	no	Marciał epi ⁊ ꝯf. du. Processi ⁊ martiniani. mr. me.
	b	v	no	
xvi	c	iiii	no	Trãslatio scti martini. ix. lec. Dñica prima post
v	d	iii	no	octa. apłorũ fit de
	e	ii	no	Octa. apostoloꝝ. ix. lec. dedicatione ecclie.
xiii	f	Nonas		Trãslatio scti thome epi ⁊ martyris. semiduplũ.
ii	g	viii	Jd	Claudij sociorũqꝫ ei⁹ mar. iii. lec. Nũmi cõfes. mẽoria
	A	vii	Jd	Theobaldi cõfes. semiduplũ. zenonis mar. memoria.
x	b	vi	Jd	Septẽ fratrũ martyrũ. iii. lec. Missa.
	c	v	Jd	Translatio scti benedicti abbatis ⁊ ꝯfes. ix. lec.
xviii	d	iiii	Jd	
vii	e	iii	Jd	Turiaui episcopi et cõfessoris. ix. lec.
	f	ii	Jd	
xv	g	Idus		
iiii	A	xvii	kl	Augusti.
	b	xvi	kl	
xii	c	xv	kl	Arnulphi epi et martyris. ix. lec. Sol in leone.
i	d	xiiii	kl	
	e	xiii	kl	Margarete virginis ⁊ martyris. iii. lec.
ix	f	xii	kl	Victoris mar. ix. lec. Praxedis virginis ⁊ mar. mẽo.
	g	xi	kl	Marie magdalene. du. Vuãdregisilli abbatis mẽo.
xvii	A	x	kl	Appollinaris episcopi et martyris. iii. lec. Missa.
vi	b	ix	kl	Christine vgi. ⁊ mar. iii. ł. Missa de vigił. nisi sit dñ.
	c	viii	kl	Jacobi apłi. du. Christofori ⁊ cucufatis mar. mẽoria
				[Germani et iuliani epoꝝ et cõfessoꝝ mẽoria.
xiiii	d	vii	kl	Trãslatio sancti marcelli epi parisieñ. ⁊ cõfes. du.
iii	e	vi	kl	Trãsfiguratio dñi. iii. lec. q̃si. ix. [nis epi ⁊ ꝯf. me.
	f	v	kl	Anne mr̃is marie. du. Pãtaleonis mar. me. Sanso-
xi	g	iiii	kl	Marthe vgi. du. Felicis so. qꝫ ei⁹ mr. me. Lupi epi. ⁊
	A	iii	kl	Abdon et sennes mar. iii. lec. missa. [cõfes. me.
xix	b	ii	kl	Germani epi antissiodorensis et cõfessoris. semiduplũ

Nox habet horas viii. dies. xvi.

Jul sibi martinus capit atqꝫ be. dat turiauus.
Sic arnul. marga. magdale. iacobus annaqꝫ ger.

KL Augustus habet dies.xxxi. Messes meto.
Luna vero.xxx.

viii	c		kl	Petri ad vincula.ix.lec. Machabeorum mar.mẽo. Eu-
				sebij epĩ et mar.mẽo. Exuperij epĩ & cõf.mẽo. Fidei spei ca.& sa.mar.me.
xvi	d	iiii	no	Stephani pape & mar.iii.lec.Missa.
v	e	iii	no	Inuẽtio sctĩ stephani pthomar.sociorũqꝫ eiꝰ.semidu.
	f	ii	no	Prima dñica huiꝰ mẽsis fit.du.de susceptiõe sctẽ crucis
xiii	g	Nonas		yonij mar.iii.l. Mẽni epi mẽo. Dñici cõfes.mẽoria.
ii	A	viii	Id	Sixti pa.& mar.iii.l. Felicissimi & agapiti mar.me.
	b	vii	Id	Donati epĩ & mar.iii.l. [Eodẽ die bñdicunt vue
x	c	vi	Id	Iustini mar.ix.l. Ciriaci largi & smaragdi mar.me.
	d	v	Id	Romani mr.iii.l. Uigilia.Missa de vigil.nisi sit dñ.
xviii	e	iiii	Id	Laurentij martyris. duplum.
vii	f	iii	Id	Susceptio sctẽ corone. duplum.
	g	ii	Id	Tiburtij martyris.iii.lec.Missa
xv	A	Idus		Ipoliti so.qꝫ eiꝰ mar ix.l. Radegũdis vgi. nichil fit.
iiii	b	xix	kl	Septẽbris.Eusebij cõf.iii.lec. Uigilia.Missa de vigil.
	c	xviii	kl	Assũptio btẽ marie festũ annuale. [etiã si sit dñica.
xii	d	xvii	kl	Rochi confessoris
i	e	xvi	kl	Pro victoria regis philippi pulcri. du.ĩ maiori ecclia
				(tm:sed nichil p diocesim. Octa.sctĩ laurẽtij mẽo.
	f	xv	kl	Agapiti mar.mẽoria. Sol in virgine.
ix	g	xiiii	kl	Magni martyris memoria.
	A	xiii	kl	Philiberti abbatis.mẽoria. Bernardi abbat.hic ca
xvii	b	xii	kl	dit sed trãsfert pter octauas.
vi	c	xi	kl	Octa.assũp.du. Thimothei & simphoriani mr.me.
	d	x	kl	Timothei & appoliar mr.iii.l.missa de vig.nisi fue.dñ
xiiii	e	ix	kl	Bartholomei apli.duplũ. Audoeni epĩ & cõfes.mẽo.
iii	f	viii	kl	Ludouici regis frãcie cõfes.duplũ. Genesii mar.mẽo.
	g	vii	kl	Bernardi abbatis:semid. Hyrenei & abũdi mr.mẽo.
xi	A	vi	kl	Georgii & aurelii mar.ix.lec.Ruffi mar.memoria.
	b	v	kl	Augustini epĩ & cõfes.du.Hermetis & iuliani mr.mẽo.
xix	c	iiii	kl	Decollatio sctĩ iohãnis baptiste.ix.lec. Mederici ab-
				(batis mẽoria. Sabine virgi.et mar.mẽo.
viii	d	iii	kl	Fiacri cõf.du.Felicis & adaucti mr.me. Agili ab.me.
	e	ii	kl	

Nox habet horas.xiiii.dies.x.

Pe.ste.steph.augustus habet cũ lau.coro.ipol.
Sumptio.sctã subit.timo.bar.ludo.dãt au.de.fiac.

KL September habet dies. xxx. Vina propino.

Luna vero. xxx.

xvi	f		kl'	Egidii abbatis semidupl'. Prisci martyris memoria.
v	g	iiii	no	Antonini martyris. iii. lec.
	A	iii	no	Lupi epi & cofes. ix. lec. Godegradi epi & mar. meoria
xiii	b	ii	no	Marcelli martyris memoria.
ii	c	Nonas		Victorini epi & mar. iii. lec. Bertini abbatis meoria.
	d	viii	Id	
	e	vii	Id	Clodoaldi cofessoris. ix. lec. Euurcij epi & cofes. meo.
	f	vi	Id	Natiuitas bte marie duplu solene. Adriani mar. me.
xviii	g	v	Id	Gorgonij martyris memoria.
vii	A	iiii	Id	Nicolai tolentini cofessoris nichil fit.
	b	iii	Id	Proti et iacincti martyrum memoria.
xv	c	ii	Id	Siri & iuuentii episcopor et confessor memoria
iiii	d	Idus		Maurilij episcopi et cofessoris. memoria.
	e	xvii	kl	Octobris. Exaltatio scte crucis. duplu. Cornelii et cipriani episcopor et martyr memoria.
xii	f	xvi	kl	Octa. natiuitatis. du. Nichomedis martyris. meo.
i	g	xv	kl	Eufemie vgi. & mr. iii. l. Lucie & geminiani mr. me.
	A	xv	kl	Audomari epi & cfel. du. Lamberti epi et mar. meo.
ix	b	xiiii	kl	Sol in libra.
	c	xiii	kl	Signi cofessoris memoria.
xvii	d	xii	kl	Vigilia. Missa de vigil'. extra dnica & ieiu. iiii. tpm.
vi	e	xi	kl	Matthei apostoli et euangeliste. duplum.
	f	x	kl	Mauricii sociorumqz eius martyr. ix. lec.
xiiii	g	ix	kl	Tecle virgi. et mar. iii. lec. Paterni epi & cfel. meoria
iii	A	viii	kl	Andochii tirsis & felicis martyrum memoria.
	b	vii	kl	Firmini epi & mar. iii. lec. duplu in maiori eccl'ia.
xi	c	vi	kl	Senatoris episcopi et confessoris memoria.
	d	v	kl	Cosme & damiani mar. du. Carani epi & cofes. meo.
xix	e	iiii	kl	
viii	f	iii	kl	Michaelis archangeli. duplum.
	g	ii	kl	Hieronimi doctoris & cf. du. Reliquaru sacre capelle regie parisien. nichil fit nisi in scta capella

Nox habet horas. xii. dies. xii.

Egidi september dat nati. virginis et crux.
Post hec audomarus mattheusqz fir. et dami. mich. hie.

KL October habet dies. xxxi. Luna vero. xxix. — Semen humi iacto.

xvi	A		kl	Remigij epi ⁊ ꝯfessoris. ix.lec. Piati martyris memoria. Germani ⁊ bauonis epoꝝ ⁊ cōfessoꝝ mēoria.
v	b	vi	no	Leodegarij epi ⁊ mar. iii.lec. Missa. Sereni ꝯf. mēo.
xiii	c	v	no	Francisci ꝯfessoris. ix.lec. Candidi mar. memoria.
ii	d	iiii	no	Auree virginis. ix.lec.
	e	iii	no	
x	f	ii	no	Fidis virginis et martyris memoria.
	g	Nonas		Marci pape ⁊ ꝯf. iii.lec. Marcelli sergij cū so. mr. me.
xviii	A	viii	Id	Demetrij. mr. iii.l. Missa de vigil. etiā si fuerit dñica.
vii	b	vii	Id	Dionysii epi ⁊ mar. sociorūqꝫ eius. duplū solenne.
	c	vi	Id	Gereonis sociorūqꝫ eius martyꝝ memoria.
xv	d	v	Id	
iiii	e	iiii	Id	
	f	iii	Id	Geraldi ꝯf. du. in maiori ecclia: sꝫ nichil fit ꝑ diocesim
xii	g	ii	Id	Calixti pape et martyris memoria.
i	A	Idus		
	b	xvii	kl	Novēbris. Oct. dionysij. d. Luciani so. qꝫ ei9 mr. me.
ix	c	xvi	kl	Cerbonii epi ⁊ cōfes. iii.lec. Missa. Sol i scorpione
	d	xv	kl	Luce euāgeliste duplū. Herblandi abbatis memoria.
xvii	e	xiiii	kl	Sauiniani et potētiani sociorūqꝫ ei9 martyrū. ix.lec.
vi	f	xiii	kl	Caprasij mar. me. Fer. iiii. post festū scti luce celebrat (synodus.
	g	xii	kl	Undeci miliū vgi. du. Hylariōis ꝯf. me.
xiiii	A	xi	kl	Melloni epi ⁊ ꝯf. du. in maiori ecclia. ꝑ diocesim. ix.l.
iii	b	x	kl	Seuerini epi ⁊ confessoris. iii.lec.
	c	ix	kl	Maglorii episcopi et confessoris. ix.lec.
xi	d	viii	kl	Crispini ⁊ crispiniani mar. ix.lec. Lupi epi ⁊ ꝯf. mēo.
	e	vii	kl	
xix	f	vi	kl	Vigilia. Missa de vigilia nisi sit dñica
viii	g	v	kl	Simōis ⁊ iude aploꝝ. duplū. Faronis epi ⁊ ꝯf. mēo.
	A	iiii	kl	(Translatio genouefe vgi. mēo.
xvi	b	iii	kl	Lucani martyris. ix.lec.
v	c	ii	kl	Quintini mar. iii.lec. si dñica fuerit. ix.lec. Vigilia (Missa de vigilia etiā si dñica fuerit.

Nox habet horas. xiiii. dies. x.

Remigat october marcum di. vult quoqꝫ geral.
Cum luci lucas abit melonus crepit et simon et quin.

KL Nouember habet dies.xxx. Michi pasco sues.
Luna vero.xxx.

	d		kł	Omniū sanctoꝝ duplum solenne.
xiii	e	iiii	no	Cōmēo. defūctoꝝ. d. Eustachij so. ⁊ ei⁹. m̄r. nichil fit
ii	f	iii	no	Marcelli epi pariseñ. du. solēne. Guinali abbis mēo.
	g	ii	no	
x	A	Nonas		Clari epi ⁊ mar. semidu. Leti pbri et cōfes. mēoria.
	b	viii	Jd	Leonardi confessoris nichil fit
xviii	c	vii	Jd	Herculiani episcopi ⁊ martyris memoria.
vii	d	vi	Jd	Oct. sci marcelli. ix. l. Quattuor coronatoꝝ. m̄r. me.
	e	v	Jd	Maturini cf. ix. l. Jn maiori vo eccłia du. Theodori (mar. mēoria.
xv	f	iiii	Jd	Martini et veranni epoꝝ. iii. lec.
iiii	g	iii	Jd	Martini epi ⁊ cōfes. duplū. Menne mar. memoria.
	A	ii	Jd	Leonij cōfessoris memoria.
xii	b	Jdus		Gendulphi epi ⁊ cōfes. dup. Bricij epi ⁊ cōfes. mēoria.
i	c	xviii	kl	Decembris.
	d	xvii	kl	Eugenij martyris mēo. Macuti epi ⁊ cōfes. memoria
ix	e	xvi	kl	
	f	xv	kl	Aniani episcopi et confessoris. ix. lec.
xvii	g	xiiii	kl	Octa. sct i martini. ix. l. Aude vgi. mēo. Sol in sagit- (tario
vi	A	xiii	kl	Elizabeth matrone. ix. lec.
	b	xii	kl	Emundi regis ⁊ martyris nichil fit.
xiiii	c	xi	kl	Presentatio btē marie vgi. du. Colūbani abbis me.
iii	d	x	kl	Cecilie virginis ⁊ martyris. ix. lec.
	e	ix	kl	Clemēt; pa. ⁊ m̄r. ix. l. Felicitat; matrone ⁊ m̄r. me.
xi	f	viii	kl	Seuerini monachi. ix. lec. Grisogoni mar. memoria.
	g	vii	kl	katherine vgi. et mar. du. Lini pa. ⁊ mar. me.
xix	A	vi	kl	Genouefe de miraculꝭ ard. ix. l. Marcelli epi ⁊ cf. mēo.
viii	b	v	kl	Agricole ⁊ vitalis mar. mēo. Hic icipit aduēt⁹ qñ lr̄a (dñicalis est B
	c	iiii	kl	
xvi	d	iii	kl	Saturnini epi ⁊ mar. me. Uigilia. Missa de vigił. (nisi sit dñica.
v	e	ii	kl	Andree apostoli. duplum.

Nox habet horas. xvi. dies. viii.

Sanct. mor. marcellus venit ⁊ matu. mar. quoqꝫ tinus.
Currit et elizabeth. clemens kathe. sequitur dre.

KL December habet dies. xxxi. Michi macto.
Luna vero. xxx.

	f		kl'	Eligij episcopi et confessoris. ix. lec.
xiii	g	iiii	no	Ualerie vgi. et mar. du. in maiori ecclia sz nichil fit p[er] diocesim.
ii	A	iii	no	Ultimus aduentus.
x	b	ii	no	Susceptio reliquiarum. du. Barbare vgi. et mar. nichil fit
	c	Nonas		
xviii	d	viii	Id	Nicolai episcopi et cõfessoris. duplum
vii	e	vii	Id	Fare virginis mẽoria. Octa. scti andree memoria.
	f	vi	Id	Conceptio beate marie. duplum solenne.
xv	g	v	Id	
iiii	A	iiii	Id	Nichasij sociorumq[ue] ei[us] mar. semid. Eulalie vir. mẽo.
	b	iii	Id	Fusciani sociorumq[ue] ei[us] mar. ix. l. Damasi pa. et cf. me.
xii	c	ii	Id	
i	d	Idus		Lucie virginis et martyris. ix. lec.
	e	xix	kl'	Januarij. Feria. iiii. post festũ sctẽ lucie celebratur ieiunia. iiii. tpm
ix	f	xviii	kl'	Maximi abba. mẽo. O sapiẽtia.
	g	xvii	kl	
xvii	A	xvi	kl	Sol in capricorno.
vi	b	xv	kl	
	c	xiiii	kl	
xiiii	d	xiii	kl	
iii	e	xii	kl	Thome apostoli. duplum.
	f	xi	kl	
xi	g	x	kl	
	A	ix	kl	Uigilia. Missa de vigilia etiã si fuerit dñica.
xix	b	viii	kl	Natiuitas dñi: festũ ãnuale. Anastasie vgi. et m. me.
viii	c	vii	kl	Stephani prothomartyris. duplum solenne.
	d	vi	kl	Johannis apostoli et euãgeliste. duplum.
xvi	e	v	kl	Sanctorum innocentium. semidu.
v	f	iiii	kl	Thome epi cãtuarieñ. martyris. semidu.
	g	iii	kl	
xiii	A	ii	kl	Siluestri pape et cf. ix. l. Colũbe vgi. et mar. mẽoria

Nox habet horas. xviii. dies. vi.
Eligi barba. nicol. conceptus sancta lucia.
Postulat. inde. thomas. sibi. nat. steph. io. pueri. sil.

Sequunť aliq̄ remedia qb⁹ proui dēdū est casib⁹: q̄ circa celebratur seu missā vel sacramētū cōtingere possūt a sacris doctorib⁹ excerpta

Si post mediā noctē quis comederit: aut etiā medici ꝯsilio aliq̄d hauserit: licet postea dormierit: nō debet illa die celebrare.

Si īfra missā añ ꝯsecrationē [ij. se recolat comedisse vel bibisse: vel esse ī pctō mortali: vel irregularē: vel excōicatū esse quorū nō erat memor añ missā: tūc maxie ꝓpť excōicationē ⁊ comestionē nō procedat nisi de scādalo si desisteret timeať: vel vt dicit dñs bonauētura: si habet ꝓpositū ꝯfitendi / ⁊ ꝯtritionē de

Si vo [pctis: poterit pficere. iij. post ꝯsecrationē recordeť alicui⁹ p̄dictorū habita cōtritiōe cū ꝓposito ꝯfitēdi ⁊ satisfaciēdi / ꝓcito fieri poterit debet ꝓcedē. Nō debet tñ sacerdos ī missa de statu suo cogitare: sꝫ ad sacramētū: ⁊ ea q̄ sibi per agēda sunt iugiter meditari. iiij.

Si añ ꝯsecrationē musca vel aranea: aut aliud sile repiať ī calice totū in piscinā effūdať: calix abluať

Si vo [vinū aliud ⁊ aq̄ ponať. v post ꝯsecrationē reperiať: captum aial abluať ⁊ cōburať: cinis ⁊ ablutio ī piscinā ponať. Propter venenū aut aliud aboiabile: calix a nullo sumať: sꝫ ī vase mūdo apto cū cū reliq̄s reseruet: cū cedula q̄d sit īdicāte. Et stati vinū ⁊ aq̄ in calice ponanť: ⁊ fiat cōsecratio: a simili modo: ⁊ sacrificiū pficiať: nō videť tñ musca esse aboiabile ꝓpť qd debeat dimittere sumere calicē

Caueat igitur sollicite ne musca aut aliud aial / sacrā hostiā ꝯtigat aut in sacrū calicē se demergat. vi

Nō sūt cōsecrate gutte q̄ forte sūt extra calicē vel īfra in circūferētia nec hostia vel ps ei⁹: q̄s sacerdos nō ꝓposuit cōsecrare. Si vo dubitet de fragmētis an ab hostia cōsecrata vel nō ꝯsecrata ꝓcesserint cū illud cognouerit: post sūptionē tñ sacramēti: ⁊ añ sūptionē vini ablutiōis: sub deuotiōe ꝯditionali su

Nō est etiā cōsecratū [mat. vij. vinū p īmissionē partis hostie cōsecrate: qd facit ecclesia feria sexta

Si ꝓpter frigus [añ pascha. viij. aut aliquā negligētiā: hostia vel pars ei⁹ cadat ī calicē post cōsecrationē vtriusq̧ vlteri⁹ procedať: nec aliq̄d ꝓpter hoc īmuteť. Siliter si hostiā ante tp̄s debitū ex incōsideratiōe diuiserit: procedat vlterius

Si in hostia [nichil imutādo. ix. appareat forma carnis vel alia q̄ panis: ab eo cui sic apparet: talis hostia nō sumať: ⁊ si oibus sic appareat in sacrario reponať: noua q̧ hostia accipiať: ⁊ cōsecreť. x.

Si celebrās non recolit se dixisse verba sacramētalia: nō debet turbari: sed procedere. xi.

Si etiā sibi ꝯstet q̧ omisit aliqua vba q̄ nō sūt de forma ꝯsecratiōis nō resumat illa: sꝫ vlteri⁹ ꝓcedat.

Sed si cert⁹ est omisisse qd [xij. cūq̧ verbū de forma ꝯsecrationis resumat totā formā. Scilicet hoc est enī: vel hic ē enī calix. Et cetera p ordinē scdm sctm̄ thomā. xiij.

Si sacerdos celebrās putat ante



se habere decẽ hostias et sunt vn-
decim: si intẽdat consecrare quod
est ante se nichil reseruãdo ex intẽ-
tiõe: oẽs sũt ꝯsecrate. Cõsulit᷑ ergo
vt supra totũ qđ est añ se: nõ habẽ
do ꝯsiderationẽ ad certũ numeꝝ ĩ
Si sacerdos [tẽtionẽ ferat. xiiij.
añ ꝯsecrationẽ ĩfirmitate deficiat
nõ oportet missã ab alio ꝑfici. xv.
Si vero in ipsa ꝓlatiõe ṽboꝝ ꝯse
cratiõis panis deficiat: sic ꝙ dubi
tat᷑ an sacramẽtũ ꝯfectũ sit: ali⁹ sa
cerdos a ꝑ̇ncipio illi⁹ ꝯsecratiõis ĩ
cipiat: ⁊ sub ꝯditiõe hostiã panis:
quã reperit ꝯsecret: ⁊ missã ꝑficiat
Uel scđm aliquos accipiat nouã
hostiã panis quã sine ꝯditiõe simꝉ
Si vero ĩ ꝯsecratiõe [ꝯsecret. xvj
sãguinis deficiat: sic ꝙ dubitet᷑ vt
ꝑ̇us vtꝝ ꝯsecrauerit: ali⁹ sacerdos
nouã hostiã panis ⁊ vini ĩ alio ca
lice accipiat/ ⁊ hostiã nouã cũ scđo
vino: ꝑ̇mũ etiã sub ꝯditiõe ꝯsecret
totũ sumat: ⁊ missã cõpleat. xvij.
Si sacerdos post ꝯsecrationẽ cor-
poris sãguine nõdũ ꝯsecrato defi-
ciat: ali⁹ nouã hostiã accipiat/ quã
ꝯsecret: ⁊ missã more solito ꝑficiat
Uel vt vult doctor sctũs sumat in
cipiendo vbi alius dimisit. xviij.
Si post cõsecrationẽ vtriusq; nul
lo sũpto sacramẽto defecerit: ali⁹
sacerdos vbi dimissũ ẽ ĩcipiat ⁊ fi
niat sacramẽta ĩuẽta sumẽdo. xix
Si de cibo diei p̃cedẽtꝭ aliq̃d ĩ ore
sacerdotis remãserit: qđ deglutie-
rit nõ ex intẽtiõe: ſ; ꝑ modũ saliue
casualiter: vel aq̃ in modica q̃ttita
te in os lauãdo intrauerit: nõ ĩpe-
dit celebrare. Caueat tñ ne id ꝯti-
gat: sec⁹ si ex ꝓposito deglutierit qꝛ
nõ esset ieiunus volũtarie. xx.
Si post ꝯsecrationẽ corpis cogno
uerit nõ esse vinũ ĩ calice: siq̃dẽ cor
pus nõ sũpserit calicẽ rite p̃paret:
et ab illo loco sicꝫ modo incipiat ⁊
missã cõpleat. Si vero corp⁹ dñi-
cũ sũpserit: hostiã nouã ⁊ vinũ cũ
aq̃ rite p̃paret: ꝯsecret: sumat: ⁊ ꝑ-
Si ṽo post ꝯsecratio [ficiat. xxi.
nẽ sãguis recordet᷑ aquã nõ posuis
se ĩ calice: missã more solito ꝯpleat
caueatq; ne ĩfra calicẽ sacrũ aquã
Si sũpto corpe dñi [ĩfũdat. xxij.
aquã etiã solã sup quã ṽba ꝯsecra
tiõis errore ꝓtulit: putãs calicẽ es-
se rite preparatũ sũpserit accipiat
hostiã nouã quã cõsecret ⁊ p̃paret
calicẽ: ponẽdo vinũ et aquã more
solito: cõsecret ⁊ ꝑficiat. Nã prece-
ptũ de ꝑfectiõe sacramẽti mai⁹ est
q̃ꝫ preceptũ ꝙ sacramẽtũ a ieiunis
Si etiã sa [ꝯficiat᷑ ⁊ sumat᷑. xxiij.
cerdos post sumptionẽ sacramẽti
species euomuerit debet vomit⁹ il
le cremari: et cineres iuxta altare
recõdi: nisi ibi appareret sacramẽ
tũ: qꝛ tũc nõ esset cõburẽdũ sed cõ-
seruãdũ vt prius dictũ est. xxiiij.
Si de sãguĩe aliq̃d supra corpale
aut aliud ornamẽtũ seu vestimen
tũ ceciderit: pars illa abscindat᷑: ⁊
in loco reliquiarũ seruet᷑: prius tñ
q̃ttũ fieri poterit sacramẽtũ extra-
hat᷑: videlicet vestimẽtũ abluatur
et ablutio a sacerdote sumat᷑. Si
vero sup terrã: lapidẽ: vel lignũ:
de sanguine ceciderit: lingẽdus/ ex
tergẽdus/ et radẽdus est locus ille
et puluis ĩ sacro loco reponẽdus.



¶ Incipit missale secūdum usum
insignis ecclesie Parisiensis.
¶ Dñica prima aduēt⁹. Introit⁹

AD te leuaui aïam me
am deus me⁹ in te cō
fido nō erubescā: ne-
q; irrideāt me inimi-
ci mei: eteni uniuersi
qui te expectāt/nō cōfundētur. ps
Uias tuas dñe demōstra michi: et semi
tas tuas edoce me. Glia pri. Sicut erat
kyrie eleison. iij. Christe eleisō. iij.
kyrie eleisō. iij. Nō dr. Glia in ex-
celsis. usq; ad natiuitatem dñi qñ
fit de tēpore. Dominus vobiscū.
Et cum spiritu tuo. Oratio.
Excita q̄s dñe potentiā tuā ⁊
veni: ut ab iminētib⁹ pctō-
rū nroꝝ periculis te mereamur ꝓ
tegente eripi: te liberante saluari.

Qui viuis ⁊ regnas. cū deo patre
in unitate. Si mēoria euenerit: fa
ciēda est. Postea de beata maria.
[Orem⁹.
Deus q̇ de beate
marie ꝟginis utero verbū
tuū angelo nūciāte/carnē suscipe-
re voluisti: presta supplicib⁹ tuis:
ut q̇ vere eā dei genitricē credim⁹:
eius apud te intercessionib⁹ adiu-
uemur. Per eundem dñm. Et ita
fit per totū aduentū. Lectio epl'e
bti pauli apl'i ad Romanos. xiij.
FRatres. Sciētes q2 hora
est: iā nos de sono surgere
Nūc eni ꝓpior est nr̄a salus: q̄ cū
credidim⁹. Nox ꝑcessit: dies autē
appropinquauit. Abijciam⁹ ergo
ōpa tenebrarū. et iduamur arma
lucis: sic ut i die honestē ābulem⁹
Nō in ꝯmessationib⁹: ⁊ ebrietati
bus: nō in cubilib⁹ et ipudicitijs.
Nō in cōtentione/et emulatione.
Sed iduimini: dñm iesū xp̄m. R̄
Uniuersi q̇ te expectāt nō ꝯfundent dñe
V̄. Uias tuas dñe notas fac michi ⁊ se-
mitas tuas edoce me. Et sep reiterat
R̄. Alla. V̄. Ostēde nobis dñe miam
tuā ⁊ salutare tuū da nobis. Alla. psa
SAlus eterna indeficiēs mū
di vita. Lux sepiterna et re
dēptio ꝟe nr̄a Cōdolēs hūana pe
rire secla ꝑ tentātis numina. Nō
linq̄ns excelsa adisti ima ꝓpria cle
mētia. Mox tua spōtanea gr̄a as-
sumēs humana. Que fuerāt pdi-
ta oïa saluasti terrea. Ferēs mun
do gaudia. Tu aïas ⁊ corpa. No
stra xp̄e expia. Ut possideas luci-
da. Nosmet habitacula. Aduētu
ꝟmo iustifica. In scdo nosq; libe-

ra. Ut cũ facta luce magna iudicabis oĩa. Cõpti stola icorrupta nosmet tua subseq̃mur mox vestigia quecunq; visa. Amen.

Secundum Mattheu. xxi.

In illo tpe. Cũ appropinq̃sset iesus hierosolymis ⁊ venisset bethphage ad mõtẽ oliueti: tũc misit duos discipl'os dicẽs eis Ite in castellũ qđ cõtra vos est: et statim iuenietis asinã alligatã/ et pullũ cũ ea. Soluite: et adducite michi. Et si q̃s vobis aliq̃d dixerit dicite q2 dñs his opus habet: ⁊ cõfesti dimittet eos. Hoc aũt totũ factũ est: vt adipleref qđ dictũ est p pphetã dicentẽ. Dicite filie syon: ecce rex tu9 venit tibi mãsuet9: sedẽs sup asinã/ ⁊ pullũ filium subiugalis. Eũtes aũt discipuli: fecerũt sicut precepit illis iesus. Et adduxerũt asinã ⁊ pullũ: ⁊ iposuerũt sup eos vestimẽta sua: ⁊ eũ desup sedere fecerũt. Plurima autem turba strauerũt vestimenta sua in via. Alij aũt cedebãt ramos de arboribus: et sternebant in via. Turbe aũt q̃ pcedebãt/ ⁊ q̃ sequebanf: clamabãt dicẽtes. Osanna filio dauid: bñdictus q̃venit/ in noĩe dñi.

Credo. Et dr credo oĩbus dieb9 dñicis de quocũq; fiat missa pter q̃ de defũctis. Offr. Ad te dñe leuaui aĩam meã de9 me9 in te 2fido nõ erubescã: neq; irrideãt me inimici mei: eteni vniuersi q̃ te expectãt nõ 2fũdẽf. Secr.

Hec sacra nos q̃s dñe potenti ỽtute mũdatos: ad suũ faciãt puriores venire principiũ. Per dnm. Mẽoria si euenerit vt̃s

De beata maria. Secreta.

In mẽtib9 nr̃is q̃s dñe vere fidei sacramẽta 2firma: vt q̃ cõceptũ de ỽgine deũ verũ et hominẽ cõfitemur: p eiusdẽ salutifere icarnationis potentiã/ ad eternã mereamur puenire leticiã. P eũdem. Prefatio cõis. Cõio. Dñs dabit benignitatem et terra nostra dabit fructum suum. Postcõio.

Suscipiam9 dñe miam tuã i medio tẽpli tui: et reparationis nr̃e vẽtura solẽnia/ cõgruis honorib9 pcedam9. P. De beata maria. Postcõ

Gratiã tuã q̃s dñe mẽtib9 nr̃is infũde: vt qui angelo nũciãte xpi filij tui incarnationẽ cognouim9: p passionem eius et crucẽ/ ad resurrectionis gloriã perducamur. Per eundem. Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo Bñdicamus dño. Adiutoriũ. Et cetera. Et dr semp. Bñdicam9 qñ non fuit dictũ. Gloria in excelsis. Excepto qñ fit de mortuis. Quãdo ỽo dictũ fuit Glia i excelsis dicif Ite missa est. ¶ Notandũ q̃ p totũ aduẽtũ fit mẽoria de btã maria vt supra. nisi qñ fit de mortuis. Et quãdo fit de sctis fit memoria de aduẽtu et de beata maria.

¶ Feria scđa tertia ⁊ q̃nta officiũ vt̃s. de die dñica. Excepto q̃ non dicif psa nec credo. Si tñ feria q̃rta vel sexta festũ euenerit oportet aliqua aliaꝝ feriaꝝ fieri officiũ de epistola ⁊ euãgelio dictaꝝ feriarũ Et sic p totũ ãnũ nisi aliud signef Nota q̃ ãmodo qñ fit de btã maria dr̃ itroit9. Rorate. ⁊ cetera. vt

infra in missis cōibus continet cū memō. de aduētu. Alie vero misse cōmunes non mutant: in ipsis tū fiat memoria de aduētu et de beata maria. ¶ Feria quarta. Lectio epistole beati iacobi apostoli. v.

Charissimi. Patiētes estote: vsq3 ad aduētum dñi. Ecce agricola expectat pciosum fructū terre patiēter ferens: donec accipiat tēporaneū ⁊ serotinū terre. Patientes igit estote ⁊ vos: ⁊ ɔfirmate corda vestra: qm̄ aduentus dñi appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrū: vt nō iudicemini. Ecce iudex añ ianuā assistit. Exēplū accipite fratres exitus mali ⁊ lōganimitatis: ⁊ laboris/ ⁊ patientie/ pphetas qui locuti sunt in nomie dñi nostri: iesu christi. Secundū Mattheum. iij.

In illo tpe. Uenit iohānes baptista predicans in deserto iudee: ⁊ dicēs. Penitentiā agite appropinquabit eni regnū celorū. Hic est eni de quo dictū est: p isaiā pphetā dicentē. Uox clamātis in deserto parate viā dñi: rectas facite semitas eius. Ipse aūt iohānes habebat vestimētū de pilis camelorū: ⁊ zonā pelliceā circa lumbos eius. Esca aūt eius erat locuste: et mel siluestre. Tūc exibat ad eum hierosolyma ⁊ oīs iudea/ ⁊ oīs regio circa iordanē: ⁊ baptizabātur in iordane ab eo: cōfitētes peccata sua. ¶ Feria. vj. Scdm Lucā. iij.

In illo tpe. Dicebat iohannes ad turbas: que exibant vt baptizarētur ab ipso. Genimina viperarū: quis ostendet vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos penitentie: ⁊ ne ceperitis dicere: patrē habem9 abraham. Dico eni vobis: qr potēs est deus de lapidib9 istis suscitare filios abrahe. Iā eni securis ad radicem arboris posita est. Omis ergo arbor non faciēs fructū bonū excidet: ⁊ in ignē mittet. Et interrogauerūt eū turbe dicētes. Quid ergo faciemus? Respondēs autē: dicebat illis. Qui habet duas tunicas: det non habēti. Et q̄ habet escas: similiter faciat Uenerūt autem et publicani vt baptizarent: et dixerūt ad illū. Magister: quid faciemus? At ille dixit eis. Nichil amplius q̄ qđ cōstitutū est vobis faciatis. Interrogauerūt autē eū et milites dicētes. Quid faciemus et nos? Et ait illis. Neminē cōcuciatis neq3 calūniā faciatis: ⁊ contenti estote stipendijs vestris. Existimāte autē populo et cogitātib9 oībus in cordibus suis de iohāne ne forte ipse esset xp̄s: respondit iohannes dicens oībus. Ego quidē baptizo vos aqua: veniet aūt fortior me: cui9 non sum dignus soluere corrigiā calciamentorū eius. Ipse vos baptizabit i spiritu sctō et igni. Cuius vētilabrum in manu ei9: ⁊ purgabit areā suam. Et cōgregabit triticū in horreū suū: paleas aūt comburet igni inextinguibili. Multa quidem ⁊ alia exhortās: euāgelizabat populo. Cetera vts. ¶ Sabbato missa de beata maria virgine. Introit9. Ro

rate celi. vt infra in missis cōibus

Dñica scda aduētus. Introit⁹.

Populus syon ecce dñs veni et ad saluādas gētes ꝛ auditā faciet dñs gloriā vocis sue in leticia cordis vrī. ℣. Qui regis israel intende: q̄ deducis velut ouē ioseph. Glīa pr̄i. Nō dr Glīa i excel.

Excita q̄s dñe corda Orō. nostra ad preparādas vnigeniti tui vias: vt p eius aduentū purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecum viuit. Memoria si occurrerit ꝛ de beata maria vt supra. Lectio epistole beati pauli apl̄i. Ad Romanos. xv.

Frēs. Quecūqꝫ scripta sūt ad nr̄am doctrinā scripta sunt: vt p patientiā ꝛ cōsolationē scripturaꝝ spem habeam⁹. Deus aūt patiētie ꝛ solatij: det vobis id ip̄m sape in alterutrū scd̄m iesum xp̄m: vt vnanimes vno ore honorificetis deū ꝛ patrē dñi nostri iesu xp̄i. Propter qđ suscipite inuicē sicut ꝛ xp̄s suscepit vos in honorē dei. Dico enī xp̄m iesum ministrū fuisse circūcisionis: ꝑpter veritatē dei/ad ꝯfirmādas ꝑmissiones patrū. Gentes aūt sup misericordia honorare deum: sicut scriptū est. Propterea ꝯfitebor tibi in gētib⁹ dñe: ꝛ nōi tuo cātabo. Et iterū dicit. Letamini gētes: cū plebe eius Et iterū. Laudate oēs gētes dñm ꝛ magnificate eū oēs ppl̄i. Et rursum isaias ait. Erit radix iesse: et qui exurget regere gētes: in eū gētes sperabūt. Deus aūt spei: reple at vos omni gaudio/ꝛ pace in credēdo vt abūdetis in spe: ꝛ virtute sp̄ūs sancti. ℟. Ex syon species decoris eius deus manifeste veniet. ℣. Congregate illi sanctos ei⁹ qui ordinauerūt testamētum eius sup sacrificia. Alla. ℣. Letatus sum in his q̄ dicta sunt michi in domū dñi ibim⁹. ℣. Stantes erāt pedes nostri i atrijs tuis hierl̄m. Prosa

Regnātem sempiterna p secla susceptura. Cōcio deuote ꝯcrepa. Factori reddēdo debita Quē iubilāt agmina celica ei⁹ vultu exhilarata. Quem expectāt oīa terrea ei⁹ nutu examināda. Districtū ad iudicia Clemētē in potētia Tua nos salua xp̄e clemētia propter quos passus es dira. Ad poli astra subleua nitida qua sorde tergis scl̄a. Influe salus vera effuga pericula. Omnia vt sint mūda tribue pacifica. vt hinc tua salui misericordia. Leti regna post adeamus supera. Quo regnas secl̄a p infinita. Amē. Scd̄m Lucā. xxj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Erūt signa in sole/ꝛ luna/ꝛ stellis: ꝛ ī terris pressura gentiū pre cōfusione sonit⁹ maris ꝛ fluctuū: arescētibus hoībus pre timore ꝛ expectatiōe: q̄ superuenient vniuerso orbi. Nā virtutes celoꝝ mouebunt. Et tūc videbūt filiū hoīs veniētē in nube: cū potestate magna ꝛ maiestate. His aūt fieri incipiētib⁹: respicite et leuate capita vestra: qm̄ appropinq̄t redēptio vr̄a. Et dixit ill' similitudinē. Uidete ficulneā ꝛ oēs arbores cū ꝑducunt iam ex se fructū: scitis qm̄ ꝓpe est estas. Ita ꝛ vos cū vi-

deritis hec fieri: scitote q̄m ꝓpe est regnū dei. Amē dico vobis: q2 nō preteribit generatio hec donec oīa fiāt. Celū ⁊ terra trāsibūt: verba autē mea nō transibunt. Credo.
Offr. De⁹ tu cōuertēs viuificabis nos et plebs tua letabitur in te ostēde nobis dn̄e miam tuā ⁊ salutare tuū da nobis.
Placare dn̄e q̄s Secreta. humilitatis nostre precib⁹ et hostijs: vt vbi nulla suppetunt suffragia meritoꝝ: tuis nobis succurre p̄sidijs. Per do. Cōio. Hierusalē surge ⁊ sta in excelso ⁊ vide iocunditatē q̄ veniet tibi a deo tuo. Post cōio.
Repleti cibo potuq3 spiritalis alimōie: supplices te dn̄e dep̄camur: vt hui⁹ ꝑticipatiōe mysterij: doceas nos terrena despicere: ⁊ amare celestia. P do. Per ebdo. d2 vn⁹ v̄sus de all'a p ordinē.
¶ Fer. iiij. Lcō malachie ꝓphē. iij
Hec dicit dn̄s de⁹. Ecce ego mitto angelū meū: ⁊ preparabit viā ante faciē meā. Et statī veniet ad tēplū suū dn̄ator quem vos q̄ritis: ⁊ angel⁹ testamēti quē vos vultis. Ecce venit: dicit dn̄s exercituū. Et q̄s poterit cogitare diē aduentus ei⁹? Et q̄s stabit ad videndū eū? Ipse enī q̄si ignis cōflans: et quasi herba fullonū. Et sedebit ↄflās ⁊ emūdans argentū et purgabit filios leui. Et colabit eos q̄si aurū et q̄si argentū: ⁊ erūt dn̄o offerētes sacrificia in iusticia. Et placebit dn̄o sacrificiū iuda et hirlm sicut dies scl'i: et sicut anni antiqui. Et accedā ad vos in iudicio: et ero testis velox maleficis et adulteris/ ⁊ piuris: ⁊ q̄ calūniant mercedes mercenarij: et humiliāt pupillos ⁊ viduas: ⁊ opprimūt peregrinū: nec timuerūt me dicit dn̄s. Ecce ego mittā vobis helyā ꝓphetā: anteq̄3 veniat dies dn̄i magn⁹ ⁊ horribilis. Et ↄuertet coꝛ patrū in filios: ⁊ coꝛ filioꝝ ad p̄res eoꝝ. Dicit dn̄s oṗs. Se. Mattheū. xj.
In illo tp̄e. Dixit iesus turb ⁊ discipulis suis. Amē dico vobis: nō surrexit iter natos mulierū maioꝛ iohāne baptista. Qui aūt minoꝛ est in regno celoꝝ: maioꝛ est eo. A dieb⁹ autē iohānis baptiste vsq3 nunc regnū celoꝝ vim patit: ⁊ violēti rapiūt illud. Oēs enī ꝓphete: ⁊ lex vsq3 ad iohānē ꝓphetauerūt. Et si vult' recipe: ipe est helyas q̄ vētur⁹ est. Qui habet aures audiēdi: audiat. ¶ Fer. vj.
Initiū sc'i euāgelij. Se. Marcū. j.
Principiū euāgelij iesu xp̄i filij dei: sicut scriptū est ī isaia ꝓpheta. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā: q̄ preparabit viā tuā ante te. Vox clamātis ī deserto: parate viā dn̄i: rectas facite semitas ei⁹. Fuit iohānes in deserto baptizās: ⁊ p̄dicans baptismū penitētie: in remissionē pctōꝝ. Et egrediebat ad illū oīs iudee regio ⁊ hierosolymite vniuersi: ⁊ baptizabant ab illo in ioꝛdanis flumie ↄfitētes pctā sua. Et erat iohānes vestit⁹ pilis cameloꝝ: ⁊ zona pellicea circa lumbos ei⁹: ⁊ locustas et mel siluestre edebat: ⁊ predicabat dicēs. Veniet fortioꝛ me post me: cui⁹ nō sum dign⁹ ꝓcūbēs soluere

corrigiā calciamētoꝝ eiꝰ. Ego baptizo vos aq̄: ille autē baptizabit vos spū sctō. ¶ Dn̄ica.iij. Offm̄.

Gaudete in dn̄o semp iterū dico gaudete: modestia vestra nota sit oībus hoībꝰ: dn̄s ꝓpe est nichil solliciti sitis: sed ī omī orōne petitiōes vestre innotescāt apud deū. ps. Et pax dei que exuperat omnē sensum custodiat corda vr̄a et intelligētias vestras. Glīa pr̄i. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio

Aurem tuā q̄s dn̄e p̄cibus nostris accōmoda: ⁊ mentis nr̄e tenebras: grā tue visitationis illustra. Qui vi. Memoria vts. notatū ē. Ad Corinthios. p̄me.iiij

Fratres Sic nos existimet homo vt ministros xp̄i: ⁊ dispēsatores misteterioꝝ dei. Hic iā querit̄ inter dispensatores: vt fidelis q̄s inueniat̄. Michi aūt p minimo ē vt a vobis iudicer aut ab humano die: sed neq̄ meipm̄ iudico. Nichil eni michi cōscius sum: sed nō in hoc iustificatꝰ sum. Qui autē iudicat me: dn̄s est. Itaq̄ nolite ante tp̄s iudicare: quoadusq̄ veniat dn̄s q̄ et illuminabit abscōdita tenebrarū: et manifestabit cōsilia cordiū. Et tūc laus erit: vnicuiq̄ a deo. R̷. Qui sedes dn̄e sup cherubin excita potentiā tuā ⁊ veni. V̷. Qui regis israel intēde qui deducis velut ouem ioseph. Alla. V̷. Excita dn̄e potētiā tuā et veni vt saluos facias nos. Prosa.

Qui regis sceptra forti dextra solus cūcta. Tu plebi tuā ostēde magnā excitādo potentiam. Presta dona illi salutaria. Quē p̄dixerūt ꝓphetica vaticinia. A clara poli regia. In nr̄a iesum mitte dn̄e arua. Amen. Secundū

In illo tp̄e: [Mattheū. xj. Cū audisset iohānes in vinculis opera xp̄i: mittēs duos de discipulis suis ait illi. Tu es q̄ vēturus es: an aliū expectamꝰ? Et respōdens iesus ait illis. Euntes renūciate iohāni: que audistis et vidistis. Ceci vidēt/claudi ambulāt leprosi mūdant̄. Surdi audiunt: mortui resurgūt: pauperes euāgelizātur. Et beatꝰ est: qui nō fuerit scādalizatꝰ in me. Illis aūt abeūtibꝰ: cepit iesus dicere ad turbas de iohāne. Quid existis in desertū videre? Harūdinē vento agitatā? Sed quid existis videre? Hominē mollibꝰ vestitū? Ecce qui mollibꝰ vestiunt̄: in domibꝰ regum sunt. Sed q̄d existis videre? Prophetā Etiā dico vobis ⁊ plusq̄ ꝓphetā. Hic est enī: de quo scriptū est. Ecce ego mitto āgelū meū ante faciem tuā qui preparabit viā tuā: ante te. Credo. Offr̄. Bn̄dixisti dn̄e terrā tuā auertisti captiuitatem iacob remisisti iniquitatem plebi tue. Secreta.

Deuotionis nr̄e tibi dn̄e q̄s hostia iugiter immolet̄: q̄ ⁊ sacri peragat instituta mysterij ⁊ salutare tuū nobis misericorditer operet̄. P do. Cōio. Dicite pusillanimes ↄfortamini ⁊ nolite timere ecce deꝰ noster veniet et saluabit nos. Post cōi.

Imploramꝰ dn̄e clemētiam tuā: vt hec diuina subsidia a vicijs expiatos: ad festa vētura nos p̄paret. P. ¶ Fer.iiij. Intro.

Rorate celi desup et nubes pluāt iustū apiat terra et germiet saluatorē. ps. Celi enarrāt gl'iam dei: ꝛ opa manuū eius annūciat firmamētū. Gl'ia. Ōrō sine Dñs vobiscū. sed dr tm̄ Oremus

Presta q̄s ōps de⁹: vt redēptionis nr̄e ventura solēnitas: ꝛ p̄sētis nob vite subsidia ꝯferat: ꝛ eterne btītudinis p̄mia largiat. Per. Lcō isaie ꝓphete. ij.ca.

In dieb⁹ illis. Dixit isaias ꝓpheta. Erit i nouissimis diebus p̄parat⁹ mons dom⁹ dñi in vertice montiū: ꝛ eleuabit sup colles. Et fluēt ad eū oēs gētes ꝛ ibūt ppl'i multi ꝛ dicēt. Uenite ascēdamus ad mōtē dñi: et ad domū dei iacob: et docebit nos vias suas/ et ambulabim⁹ in semitis ei⁹: q2 de syon exibit lex/ ꝛ verbū dñi de hierusalē. Et iudicabit gētes: ꝛ arguet ppl'os multos. Et ꝯflabūt gladios suos in vomeres: ꝛ lāceas suas in falces. Nō leuabit gēs ꝯtra gentē gladiū: nec exercebuntur vltra ad p̄liū. Dom⁹ iacob venite et ambulem⁹: in lumine dñi dei nr̄i.

R. Tollite portas principes vr̄as ꝛ eleuamini porte eternales ꝛ introibit rex gl'ie V. Quis ascēdet in montē dñi aut quis stabit in loco scō eius innocēs manib⁹ ꝛ mūdo corde. Dñs vobiscū. Orem⁹.

Festina q̄s dñe ne tardaueris et auxiliū nobis supne virtutis īpēde: vt aduēt⁹ tui ꝯsolatiōe subleuent: q̄ in tua pietate cōfidūt. Qui vi. Lcō isaie ꝓphete. vij

In diebus illis Locutus est dñs ad achaz dicēs. Pete tibi signū a dño deo tuo in ꝓfundū inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Nō petā: ꝛ nō tētabo dñm. Et dixit. Audite ergo dom⁹ dauid. Nunq̄d parū est vobis molestos esse hoib⁹: q2 molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signū. Ecce virgo cōcipiet ꝛ pariet filiū: ꝛ vocabit nomē ei⁹ emanuel. Butyrū ꝛ mel comedet: vt sciat reprobare malū: ꝛ eligere bonū. R. Prope est dñs oib⁹ inuocātib⁹ eū oibus qui inuocāt eū in veritate. V. Laudē dñi loquet os meū ꝛ bñdicat oīs caro nomen sctm̄ ei⁹. Scdm Lucam. j.ca.

In illo tpe. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth: ad virginē desponsatā viro: cui nomen erat ioseph de domo dauid et nomen virginis maria. Et ingressus angel⁹ ad eā: dixit. Aue grā plena dñs tecū: bñdicta tu in mulierib⁹. Que cū audisset: turbata est in sermone ei⁹/ ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enī gratiā apud deū Ecce ꝯcipies ī vtero ꝛ paries filiū et vocabis nomen ei⁹ iesum. Hic erit magn⁹: et fili⁹ altissimi vocabit. Et dabit illi dñs deus sedē dauid patris ei⁹: ꝛ regnabit ī domo iacob in eternū: ꝛ regni ei⁹ nō erit finis. Dixit aūt maria ad angelū Quomodo fiet istud: q̄m virū nō cognosco? Et respōdens angel⁹ dixit ei. Spūs sctūs supueniet in te et virt⁹ altissimi obumbrabit tibi Ideoq3 et qd̄ nascet ex te sctm̄ vo-

cabit filiꝰ dei. Et ecce elizabeth cognata tua: ⁊ ipsa ꝯcepit filiū in senectute sua. Et hic mēsis est sextꝰ illi q̄ vocat sterilis: qꝛ nō erit impossibile apud deū oīe verbū. Dixit aūt maria. Ecce ancilla dñi. Fiat michi scd̄m verbū tuū. **Offꝛ.** Aue maria gr̄a plena dñs tecū bn̄dicta tu in mulieribus ⁊ bn̄dictꝰ fructus vētris tui.

Accepta tibi sint **Secreta** q̄s dñe nr̄a ieiunia: q̄ et expiando nos tua gr̄a dignos efficiant: ⁊ ad remedia pducāt eterna. P do. **Cōio.** Ecce virgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū et vocabit nomen eiꝰ emanuel.

Salutaris tui **Post cōio.** dñe munere saciati supplices te depcamur: vt cuiꝰ letamur gustu renouemur effectu. Per dominū. ¶ **Feria sexta. Introitus.**

Prope esto dñe ⁊ omēs vie tue veritas inicio cognoui de testimonijs tuis qꝛ ī eternū tu es. **Ps.** Beati imaculati in via: qui ambulāt in lege dñi. Gloria patri. Dominus vobiscū. **Oratio.**

Excita q̄s dñe potentiā tuā ⁊ veni: vt hi q̄ in tua pietate cōfidūt: ab oī citiꝰ aduersitate liberent. Qui vi. **Lcō isaie ꝓphete.** xj.

Hec dicit dñs deꝰ. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eiꝰ ascēdet. Et requiescet sup eū spūs dñi: spūs sapiētie ⁊ intellectꝰ/ spūs cōsilij ⁊ fortitudinis/ spūs scientie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eū spūs timoris dñi. Nō scd̄m visionē oculoꝝ iudicabit: neqꝫ scd̄m auditū aurium arguet: sed iudicabit in iusticia pauperes: et arguet in eq̄tate p mā suetis terre. Et percutiet terrā virga oris sui: et spū labioꝝ suoꝝ interficiet ipiū. Et erit iusticia cingulū lūboꝝ eiꝰ: et fides cinctoriū renū eiꝰ. **℟.** Ostēde nobis dñe miam tuā ⁊ salutare tuū da nobis. **℣.** Bn̄dixisti dñe terrā tuam auertisti captiuitatē iacob. **Scd̄m Lucā.** ꝑmo.

In illo tpe. Exurgēs maria abijt in mōtana cū festinatiōe ī ciuitatē iuda: ⁊ ītrauit in domū zacharie ⁊ salutauit elizabeth Et factū est vt audiuit salutationē marie elizabeth: exultauit īfās in vtero eiꝰ. Et repleta ē elizabeth spū scō ⁊ exclamauit voce magna ⁊ dixit. Bn̄dicta tu īter mulieres ⁊ bn̄dictꝰ fructꝰ vētris tui. Et vnde hoc michi: vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enī vt facta ē vox salutatiōis tue ī auribꝰ meis: exultauit ī gaudio infās in vtero meo Et btā q̄ credidisti: qm̄ pficient ea q̄ dicta sunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aīa mea dñz. Et exultauit spūs meꝰ: ī deo salutari meo. **Offꝛ** Deꝰ tu ꝯuersus viuificabis nos ⁊ plebs tua letabit ī te ostēde nobis dñe miam tuā ⁊ salutare tuū da nobis.

Muneribꝰ nr̄is q̄s **Secre.** dñe p̄cibusqꝫ susceptis: ⁊ celestibꝰ nos mūda mysterijs: ⁊ clemēter exaudi. P d. **Cōio.** Ecce dñs veniet ⁊ omnes scti eius cū eo et erit in die illa lux magna. **Post cōio.**

Tui nos dñe sacramenti libatio sctā restauret: ⁊ a vetustate purgatos in mysterij salutaris faciat transire cōsortiū. Per dominū. ¶ **Sabbato. Introitꝰ.**

Ueni ꝛ ostende nobis faciē tuā dn̄e/q̄ sedes sup cherubi ꝛ salui erim⁹. Ps. Qui regis israel intēde: q̄ deducis velut ouē ioseph. Gl'a. Orō sine Dn̄s vobiscū.

Deus q̄ ꝯspicis qꝛ [Oꝛem⁹. ex nostra prauitate affligimur: ꝯcede ꝓpici⁹: vt ex tua visitatione ꝯsolemur. Qui vi. Lcō isaie [ꝓphete. xix.

In dieb⁹ illis. Clamabūt ad dn̄m a facie tribulātis: et mittet eis saluatoꝛē et ꝓpugnatoꝛē q̄ liberet eos. Et cognoscet dn̄s ab egypto: ꝛ cognoscēt egyptij dn̄m in die illa: ꝛ colēt eū in hostijs ꝛ in munerib⁹: ꝛ vota vouebūt dn̄o ꝛ soluēt. Et pcutiet dn̄s egyptū plaga: ꝛ sanabit eā. Et reuertent̄ ad dn̄m: et placabit̄ eis: ꝛ sanabit eos dn̄s deus nr̄. R. A sūmo celo egressio ei⁹ ꝛ occursus eius vsq3 ad summū ei⁹. V. Celi enarrāt gloriā dei: ꝛ opa manuū ei⁹ annūciat firmamētū. Orō sine Dn̄s vob. Oꝛem⁹.

Concede q̄s ops de⁹: vt qui sub pctī iugo ex vetusta seruitute depꝛimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui te. Lcō isaie ꝓphe[te. xxxv.

Hec dicit dn̄s de⁹ Letabit̄ deserta et inuia et exultabit solitudo: ꝛ floꝛebit q̄si liliū. Germinans germinabit: ꝛ exultabit letabūda: ꝛ laudās. Gl'a libani data ē ei: decoꝛ carmeli ꝛ saron. Ipsi videbūt gl'iam dn̄i: ꝛ decoꝛē dei nr̄i. Cōfoꝛtate man⁹ dissolutas: et genua debilia roboꝛate. Dicite pusillanimes ꝯfoꝛtamini: ꝛ nolite timere. Ecce de⁹ noster vltionē adducet retributiōis: de⁹ ipse veniet ꝛ saluabit nos. Tūc aperient̄ oculi cecoꝝ: ꝛ aures surdoꝛū patebūt. Tunc saliet sicut ceruus claud⁹: ꝛ apta erit lingua mutoꝝ qꝛ scisse sunt in deserto aque: ꝛ toꝛrentes in solitudine. Et q̄ erat arida in stagnū: ꝛ sitiēs in fontes aq̄rū. Ait dn̄s ops. R. In sole posuit tabernaculū suū ꝛ ipse tanq̄ sponsus ꝓcedēs de thalamo suo. V. A summo celo egressio ei⁹ ꝛ occursus ei⁹ vsq3 ad summū eius. Orō sine Dn̄s vobiscum.

Indignos nos q̄s [Oꝛem⁹ domie famulos tuos quos actionis ꝓpꝛie culpa ꝯtristat: vnigēiti filij tui aduētu letifica. Qui tecū vi. Lcō isaie ꝓphete. xl. ca.

Hec dicit dn̄s de⁹. Sup mōtem excelsum ascēde: tu qui euāgelizas syon: exalta in foꝛtitudine vocē tuā: qui euāgelizas hierusalē. Exalta noli timere: dic ciuitatib⁹ iude. Ecce de⁹ vester. Ecce dn̄s de⁹ in foꝛtitudine veniet: ꝛ bꝛachiū eius dn̄abit̄. Ecce merces ei⁹ cū eo: ꝛ op⁹ illi⁹ coꝛā ipso. Sicut pastoꝛ gregē suū pascet ꝛ ī bꝛachio suo cōgregabit agnos: ꝛ in sinu suo leuabit eos dn̄s de⁹ nr̄. R. Dn̄e de⁹ virtutū ꝯuerte nos ꝛ ostēde faciē tuā ꝛ salui erim⁹. V. Excita dn̄e potentiā tuā et veni vt saluos facias nos.

Orō sine Dn̄s vob. Oꝛem⁹

Pꝛesta q̄s ops de⁹ vt filij tui vētura solēnitas: ꝛ p̄sent̄ nob̄ vite remedia cōferat et p̄mia eterna ꝯcedat. P eūd. Lcō isaie ꝓphē. xlv.

Hec dicit dn̄s deus. Chꝛisto meo cyro cui⁹ appꝛehēdi de

ꝯterã vt subiiciã ante faciẽ eiꝰ gen
tes: ⁊ doꝛsa regũ vertã. Et aperiã
coꝛã eo ianuas: ⁊ poꝛte nõ claudẽ
tur. Ego ante te ibo: ⁊ glĩosos ter
re humiliabo. Poꝛtas ereas ꝯterã
et vectes ferreos cõfringã. Et da=
bo tibi thesauros absconditos: et
arcana secretoꝛum vt scias qꝛ ego
dñs qui inuoco nomẽ tuũ deꝰ isrl'
Propter seruũ meũ iacob: ⁊ israel
electũ meũ: ⁊ vocaui te noĩe tuo: ⁊
assimilaui te: ⁊ nõ cognouisti me.
Ego dñs et nõ est amplius: extra
me nõ est deꝰ. Accinxi te: ⁊ non co
gnouisti me. Ut sciãt hi qui ab oꝛ=
tu solis: ⁊ q̇ ab occidẽte: qm̃ absq̃
me nõ est deꝰ. Ego dñs ⁊ nõ est al
ter. Foꝛmãs lucem: ⁊ creans tene
bꝛas. Faciẽs pacẽ: ⁊ creans malũ
Ego dñs faciẽs oĩa hec. Roꝛate ce
li desup / ⁊ nubes pluãt iustũ apia
tur terra: ⁊ germiet saluatoꝛẽ. Et
iusticia oꝛiat simul: ego dñs crea=
ui eũ. ℟. Excita dñe potentiã tuã ⁊ ve
ni vt saluos facias nos ℣. Qui regꝭ
israel intẽde qui deducis velut ouem io=
seph: qui sedes sup cherubin appare co=
rã effrayin beniamin ⁊ manasse. Ora
tio sine Dñs vobiscũ. Oꝛemus.

PReces pp̃li tui q̃s dñe clemẽ
ter exaudi: vt q̇ iuste ꝑ pec=
catis nostris affligimur: pietatis
tue visitatiõe cõsolemur. Qui vi.

Lectio Danielis pꝛophete. iij. ca.

IN diebꝰ illis. Angelꝰ dñi de
scẽdit cũ azaria ⁊ sociis eiꝰ ĩ
foꝛnacẽ: et excussit flãmã ignis de
foꝛnace: ⁊ fecit mediũ foꝛnacis q̃si
vẽtũ roꝛis flãtẽ. Flãma aũt diffu=
sa est sup foꝛnacẽ cubitis q̃dꝛagin
ta nouẽ: ⁊ incẽdit quos repperit iu
xta foꝛnacẽ de caldeis ministros
regis q̇ eã incẽdebãt. Illos aũt nõ
tetigit ignis: neq̃ contristauit nec
q̇cq̃ molestie intulit. Tũc hi tres
q̃si ex vno oꝛe laudabãt ⁊ glĩfica=
bãt: ⁊ bñdicebãt deũ in foꝛnace di
cẽtes. Bñdictꝰ es dñe deus patrũ
nr̃oꝝ: ⁊ laudabilis ⁊ glĩosus ⁊ su
perexaltatꝰ in scl'a. Et bñdictũ no
men glĩe tue sctm̃: ⁊ laudabile: et
superexaltatũ in oĩbꝰ scl'is. Bñdictꝰ
es in tẽplo sctõ glĩe tue: et suplau=
dabilis ⁊ supglĩosus in scl'a. Bñ=
dictꝰ es in thꝛono regni tui: ⁊ sup=
laudabilis ⁊ superexaltatꝰ in secula
Bñdictꝰ es q̇ ĩtueris abyssos ⁊ se=
des sup cherubĩ ⁊ suplaudabilis:
et superexaltatꝰ in scl'a. Bñdictꝰ es
dñe in firmamẽto celi: ⁊ laudabi=
lis ⁊ glĩosus in scl'a. Bñdicite oĩa
opa dñi dño: benedicite celi dño.
Bñdicite angeli dñi dño: hymnũ
dicite ⁊ superexaltate eũ in scl'a. Bñ
dicite aq̃ oẽs q̃ sup celos sunt dño
bñdicite omẽs virtutes dñi dño.
Bñdicite sol ⁊ luna dño: hymnũ
dicite ⁊ superexaltate eũ in scl'a. Bñ
dicite stelle celi dño: bñdicite ĩber
et ros dño. Bñdicite oĩs spũs dei
dño: hymnũ dicite et superexaltate
eũ in scl'a. Bñdicite ignis et estus
dño: benedicite noctes ⁊ dies dño
Bñdicite lux ⁊ tenebꝛe dño: hym=
nũ dicite et superexaltate eũ in secu=
la. Benedicite frigus ⁊ cauma do
mino: bñdicite pꝛuina ⁊ niues do
mino benedicite fulgura ⁊ nubes
dño: hymnũ dicite ⁊ superexalta=
te eum in secula. Benedicat terra

dñm: bñdicite mōtes ⁊ colles dño benedicite oīa nascētia terre dño: hymnū dicite et superexaltate eū in scl'a. Benedicite maria ⁊ flumina dño: bñdicite fontes dño: bñdicite cete et oīa q̄ mouent̄ in aq̄s dño hymnū dicite et superexaltate eū in scl'a. Benedicite oēs volucres celi dño: bñdicite bestie ⁊ vniuersa pecora dño: bñdicite filij hoīm dño hymnū dicite: ⁊ superexaltate eū in scl'a. Benedicat isrl' dño: bñdicite sacerdotes dñi dño: bndicite serui dñi dño: hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in secula. Bñdicite spūs et aīe iustoꝝ dño: bñdicite scti et humiles corde dño: hymnū dicite et superexaltate eū in scl'a. Benedicite anania azaria misael dño: hymnū dicite et superexaltate eū in scl'a.

Benedictus es dñe de⁹ Tract⁹ patrū nostrorum ⁊ laudabilis ⁊ gl'iosus in secula. ℣. Et bñdictū nomen glorie tue qđ est sanctū. Et laudabile et gl'iosum in scl'a. ℣. Benedicāt te oēs angeli et scti tui. Et laudēt te ⁊ glorificent in scl'a. ℣. Gl'ia patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Et laus ⁊ honor ⁊ potestas ⁊ iperiū ℣. Sicut erat in principio ⁊ nūc et semp ⁊ in secula seculoꝝ amen. Et laus ⁊ honor et potestas ⁊ imperiū. Bñdictus es dñe deus patrū nostroꝝ ⁊ laudabilis et gl'iosus in scl'a. Dñs vobiscū. Orō.

Deus q̄ trib⁹ pueris mitigasti flāmas igniū: ↄcede ꝓpici⁹: vt nos famulos tuos non exurat flāma vicioꝝ. P. Lcō ep'le btī pauli apostoli. Ad Thessalonicē= [ses.ij. ij.ca.

Frēs. Rogamus vos ꝑ aduētū dñi nr̄i iesu xp̄i: ⁊ nr̄e ↄgregatiōis in ipm vt non cito moueamini a vr̄o sensu/neq; terreamini/neq; ꝑ spm̄/ neq; ꝑ sermonē/neq; ꝑ epistolā tanq̄ ꝑ nos missam: q̄si instet dies dñi. Ne quis vos seducat vllo modo. Qm̄ nisi venerit discessio p̄mū: et reuelat⁹ fuerit homo pcti fili⁹ ꝑditiōis/ q̄ aduersat̄ et extollit̄ sup oē qđ dicit̄ de⁹/ aut qđ colit̄: ita vt in templo dei sedeat: ostēdēs se tanq̄ sit de⁹. Non retinetis q᷑ cū adhuc essem apud vos: hec dicebā vobis Et nūc qđ detineat scitis: vt reuelet̄ in suo tpe. Nā mysteriū iā operatur iniq̄tatis tantū: vt q̄ tenet nūc teneat: donec de medio fiat: et tūc reuelabit̄ ille iniqu⁹ quē dñs iesus interficiet spū oris sui: et destruet illustratiōe aduētus sui. Tract⁹.

Qui regis israel intēde q̄ deducis velut ouē ioseph. ℣. Qui sedes sup cherubin appare corā effraym beniamin ⁊ manasse. ℣. Excita dñe potentiā tuā et veni vt saluos facias nos. Non reincipit̄. Scdm Lucā. iij.ca.

Anno quintodecimo imperij tyberij cesaris: ꝓcurāte pontio pilato iudeā: tetrarcha autē galilee herode/philippo aūt fratre eius tetrarcha yturee ⁊ trachonitidis regionis: ⁊ lisania abiline tetrarcha sub principib⁹ sacerdotum anna ⁊ caypha: factū est verbum dñi super iohannē zacharie filiū in deserto. Et venit in omnē regionē iordanis p̄dicās baptismum penitentie in remissionē peccatorū: sicut scriptū est in libro sermonū isaie ꝓphete. Uox clamātis

in deserto: parate viã dñi: rectas facite semitas ei⁹. Oĩs vallis iplebit: ⁊ oĩs mõs et coll' humiliabit Et erũt praua indirecta et aspera in vias planas. Et videbit oĩs caro salutare dei. Offr. Exulta satis filia syon p̃dica filia hierusalẽ ecce rex tuus venit tibi sctũs et saluator. Secre.

Sacrificijs p̃sentib⁹ q̃s dñe itẽde placat⁹: vt et deuotiõi nr̃e pficiãt ⁊ saluti. P dñm. Cõio Exultauit vt gigas ad currẽdã viam/ a summo celo egressio eius ⁊ occursus ei⁹ vsq₃ ad summũ eius. Post cõio.

Quesumus dñe de⁹ nr̃: vt sacrosctã mysteria q̃ p reparatiõis nr̃e munimine cõtulisti: et p̃sens nobis remediũ esse facias ⁊ futurũ. P. ¶ Dñica.iiij. Introit⁹

Rorate celi desup et nubes pluãt iustũ: apiat terra et germiet saluatorẽ. ps. Celi enarrãt gl'iam dei ⁊ opa manuũ ei⁹ ãnũciat firmamẽtũ. Gl'ia. Nõ dr Gl'a in.

Excita dñe potẽtiã tuã Orõ et veni: ⁊ magna nobis virtute succurre vt per auxiliũ gratie tue qđ nr̃a pctã prepediunt: indulgentia tue ppiciationis acceleret. Qui viuis. Ad Philippenses. iiij.

Frẽs. Gaudete i dño semp iterũ dico gaudete. Modestia vr̃a nota sit oĩbus hoĩb⁹: dñs enĩ ppe est. Nichil solliciti sitis: sed in oĩ orõne ⁊ obsecratiõe cũ grarũ actiõe: petitiões vr̃e innotescãt apud deũ. Et pax dei q̃ exuperat oẽm sensum: custodiat corda vr̃a ⁊ intelligẽtias vr̃as. In xp̃o iesu: dño nr̃o. R. Prope est dñs oĩb⁹ inuocãtibus eũ oĩbus q̃ inuocãt eũ in veritate. V. Laudẽ dñi loquet' os meũ ⁊ bñdicat oĩs caro nomen sctm̃ ei⁹. Alla. V. Ueni dñe ⁊ noli tardare relaxa facinora plebis tue. Si fiat die dñico. Prosa

Iubilem⁹ oẽs vna. Deo nr̃o qui creauit oĩa. Per quẽ cũcta ꝯdita sunt scl'a. Celũ qđ pluri ma luce coruscat ⁊ diuersa sydera Sol mũdi schema noctiũ dec⁹ luna cetera splẽdẽtia. Mare solũ alta plana ⁊ pfunda flumia. Aeris ampla spacia quo discurrũt aues vẽti atq₃ pluuia. Hec simul cũcta tibi soli deo patri militãt. Nũc et in euũ sine fine p secla laus eorum tua gl'ia. Qui p salute nr̃a prolẽ vnicam. Pati in terra misisti sine culpa: sed ob nr̃a delicta. Te trinitas p̃camur vt corpa nr̃a ⁊ corda regas ⁊ ptegas ⁊ dones pctõꝝ veniã. Amen. Scdm Iohannẽ. j.

In illo tpe. Miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad iohannẽ: vt interrogarent eũ/ tu quis es? Et cõfessus est ⁊ nõ negauit. Et ꝯfessus est: q₂ nõ sum ego xp̃s. Et interrogauerũt eũ. Quid ergo? Helyas es tu? Qui dixit. Nõ sum. Propheta es tu? Et respõdit. Non. Dixerũt ergo ei. Quis es: vt respõsum dem⁹ his q̃ miserũt nos? Quid dicis de teipo? Ait. Ego vox clamãtis i deserto dirigite viã dñi sicut dicit isaias ppheta. Et q̃ missi fuerãt: erãt ex phariseis. Et iterrogauerũt eũ et dixerũt ei. Quid ergo baptizas si tu non es xp̃s/ neq₃ helyas/ neq₃ ppheta? Respondit eis iohãnes di

cēs. Ego baptizo in aqua: mediꝰ
autē vestrū stetit: quē vos nescitis
Ipse est qui post me vētureꝰ est qui
ante me factꝰ est: cuiꝰ ego nō sum
dignus vt soluā eiꝰ corrigiā calcia
menti. Hec in bethania facta sunt
transiordanē: vbi erat iohannes
baptizās. Credo. si fiat die dñico
Offer. Cōfortamini ⁊ iam nolite time-
re ecce eni deus noster retribuet iudiciū:
ipse veniet ⁊ saluos nos faciet. Secre.
SAcrificijs presentibꝰ dñe q̄s
placatꝰ intēde: vt ⁊ deuotio
ni nr̄e ꝓficiāt ⁊ saluti. P. d. Cōio
Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiū ⁊ voca
bitur nomen eiꝰ emanuel. Post cōio.
SUmptis dñe munerib q̄s:
vt cū frequētatiōe mysterij
crescat nr̄e salutis effectꝰ. P. Per
ebdo. missa de dñica sine ꝓla ⁊ cre
do. In vigil. nati. dñi. Introi.
HOdie scietis q2 veniet dñs
⁊ saluabit vos: ⁊ mane vi
debitis gl̄iam eiꝰ. Ps. Dñi
est terra ⁊ plenitudo eius orbis terrarū
et vniuersi q̄ habitāt in eo. Gl̄ia. Oro.
DEus q̄ nos redēptiōis nr̄e:
annua expectatione letifi-
cas: p̄sta. vt vnigenitū tuū quē re
demptorē leti suscipimꝰ: venientē
quoqȝ iudicē securi videamꝰ dñm
nostrū iesū xp̄m filiū tuū. Qui te.
Mēoria nulla. Lcō isaie ꝓphē. lxij
HEc dicit dñs deꝰ. Propter
syon nō tacebo: ⁊ ꝓpter hie
rusalē nō quiescā: donec egrediat
vt splendor iustus eiꝰ: et saluator
eius vt lāpas accēdat. Et videbūt
gentes iustū tuū: ⁊ cūcti reges in-
clytū tuū. Et vocabit tibi nomen
nouū: qd̄ os dñi noīauit. Et eris
corona glorie in manu dñi: ⁊ dia-
dema regni in manu dei tui. Nō
vocaberis vltra derelicta: ⁊ terra
tua non vocabit ampliꝰ desolata
Sed vocaberis volūtas mea ī ea ⁊
terra tua inhabitabit. Quia ꝯpla
cuit dño in te. Lectio epistole bea-
ti pauli apl̄i: ad Romanos. p̄mo
FRatres. Paulus seruꝰ xp̄i
iesu vocatꝰ apostolꝰ segre-
gatus in euangeliū dei: qd̄ ante ꝓ
miserat ꝑ ꝓphetas suos: ī scriptu-
ris sctīs de filio suo: qui factus est
ei ex semine dauid secundū carnē.
Qui predestinatꝰ est filiꝰ dei in vir
tute: secūdū spiritū sctīficationis:
ex resurrectione mortuoꝝ iesu xp̄i
dñi nostri: ꝑ quē accepimꝰ gratiā
⁊ apostolatū ad obediēdū fidei in
oībus gentibus pro noīe eius. In
quibꝰ estis et vos vocati: iesu xp̄i
domini nostri. R. Hodie scietis quia
veniet dñs et saluabit vos ⁊ mane vide
bitis gloriam eius. V. Qui regis israel
intēde qui deducis velut ouē ioseph qui
sedes super cherubin appare coram effra
ym bēiamin ⁊ manasse. Si dñica fue
rit. Alla. V. Crastina die delebit ini-
quitas terre ⁊ regnabit super vos salua
tor mundi. Si dñica fuerit. Prosa.
Jubilemus oēs vna. vt supra fo.
preced. Scdm Mattheū. p̄mo.
IN illo tpe. Cū esset despōsa
ta mater iesu maria ioseph
anteq̄ ꝯuenirēt inuēta est in vtero
habēs de spū sctō. Joseph aūt vir
eiꝰ cū esset iustꝰ: ⁊ nollet eā tradu-
cere voluit occulte dimittere eam.
Hec aūt eo cogitāte: ecce āgelꝰ dñi

in somnis apparuit ei dicens. Joseph fili dauid: noli timere accipe mariā cōiugē tuā. Quod eni in ea natū est: de spiritu sctō est. Pariet autē filiū: ⁊ vocabis nomen eiꝰ iesum. Ipse eni saluū faciet populū suū: a peccatis eoꝝ. Nō dicit Credo. nisi sit dñica. Offꝫ. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales ⁊ introibit rex glie. Secreta

DA nobis q̄sumus omp̄s deus: vt sicut ad adoranda filij tui natalicia ꝓuenimus: sic eiꝰ munera capiamꝰ sempiterna gaudentes. Per eundem. Cōio. Reuelabitur gloria domini et videbit omnis caro salutare dei nostri. Post cōio.

DA nobis q̄sumus domine vnigeniti filij tui recensita natiuitate respirare: cuius celesti mysterio pascimur et potamur. Qui tecū. ¶ In die natalis dñi. Missa in gallicantu. Introitus.

DOminus dixit ad me filiꝰ meꝰ es tu ego hodie genui te. ps. Quare fremuerūt gentes: et populi meditati sunt inania. Gloria patri. Gloria in excelsis. Orō.

DEus qui hanc sacratissimā noctē veri luminis fecisti illustratione clarescere: da q̄sumus vt cuius lucis mysteria ī terra cognouimus: eiꝰ quoqꝫ gaudijs ī celo ꝑfruamur. Per dñm. Memoria nulla. Lectio isaie ꝓphete. ix.

HEc dicit dñs. Populus gētium qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnā. Habitātibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Paruulus eni natus est nobis: ⁊ filius datꝰ est nobis. Et factus est principatus sup humerū eiꝰ: et vocabit nomen eiꝰ admirabilis/ cōsiliarius/ deus fortis/ pater futuri seculi/ ꝑnceps pacis. Multiplicabit eius imperiū: et pacis nō erit finis. Super soliū dauid/ et super regnū eius sedebit vt confirmet illud ⁊ corroboret in iudicio et iusticia. Amodo et vsqꝫ in sempiternū. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad Titum. ij.

CHarissime. Apparuit grā dei saluatoris nostri oībus hominibus erudiēs nos: vt abnegātes impietatē et sclaria desideria: sobrie/ ⁊ iuste/ ⁊ pie/ viuamꝰ in hoc seculo. Expectātes beatā spem: et aduētum glorie magni dei: et saluatoris nostri iesu xp̄i. Qui dedit semetip̄m pro nobis: vt nos redimeret ab om̄i iniquitate: ⁊ mūdaret sibi populū acceptabilē: sectatorē bonoꝝ operū. Hec loquere: et exhortare. In xp̄o iesu: dño nr̄o. R. Tecum principiū in die virtutis tue in splendoribus sctōꝝ ex vtero ante luciferū genui te. V. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuoꝝ. Alleluia. V. Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Prosa.

SAlus eterna indeficiēs mūdi vita. Lux sempiterna et redēptio vere nostra. Condolens humana perire secla per tētantis numina. Nō linquēs excelsa adisti ima ꝓpria clementia. Mox tua spontanea gratia assumēs humana. Que fuerāt perdita oīa salua

sti terrea. Ferēs mundo gaudia.
Tu aīas et corpora. Nostra xp̄e
expia. Ut possideas lucida. Nos-
met habitacula. Aduētu p̄mo iu-
stifica. In scđo nosq₃ libera Ut cū
facta luce magna iudicabis oīa.
Compti stola icorrupta nosmet
tua subseq̄mur mox vestigia q̄cū-
q₃ visa. Amen. Scđm Lucā. ij.

IN illo tp̄e. Exijt edictū a ce
sare augusto: vt describeret
vniuersus orbis. Hec descriptio p̄
ma facta est: a p̄side syrie cyrino.
Et ibāt oēs: vt p̄fiterētur singuli
in suā ciuitatē. Ascendit autem et
ioseph a galilea de ciuitate naza-
reth in iudeā ciuitatē dauid q̄ vo-
cat bethleē: eo q̄ esset de domo et
familia dauid: vt p̄fiteret cū ma-
ria despōsata sibi vxore pregnāte
Factū est autē cū essent ibi: ipleti
sunt dies vt pareret. Et peperit fi
liū suū primogenitū. Et pānis eū
inuoluit: et reclinauit eū in prese-
pio: q₂ nō erat ei locus in diuerso-
rio. Et pastores erant in regione
eadē: vigilātes et custodiētes vigi
lias noctis supra gregē suū. Et ec
ce angelus dn̄i stetit iuxta illos: ⁊
claritas dei circūfulsit illos. Et ti
muerūt timore magno Et dixit il
lis āgel⁹. Nolite timere. Ecce eni
euāgelizo vobis gaudiū magnū/
q̄d erit oīni p̄p̄lo: q₂ nat⁹ est vobis
hodie saluator q̄ est xp̄s dn̄s in ci-
uitate dauid. Et hoc vobis signū
Inuenietis infantē pānis iuolu-
tū: ⁊ positū in presepio. Et subito
facta est cū angelo multitudo mi-
litie celestis exercit⁹: laudātiū deū
et dicētiū. Gl̄ia in altissimis deo:
et in terra pax hoīb⁹ bone volūta
tis. Credo. Offr. Letent celi ⁊ exul
tet terra ante faciē dn̄i qm̄ venit. Secr

ACcepta tibi sit dn̄e q̄s ho-
dierne festiuitatis oblatio
vt tua gr̄a largiēte: p̄ hec sacrosā-
cta ɔmertia in illi⁹ ueniamur for-
ma/in quo tecū est nr̄a substantia
Qui tecū. Prefatio. Eterne deus.
Quia per incarnati verbi.

COmmunicātes et noctē sa-
cratissimā celebrantes: qua
beate marie intemerata v̄ginitas
huic mūdo edidit saluatorē. Sed
et memoriā venerātes: in primis
eiusdē gloriose semp virginis ma
rie genitricis eiusdē dei: et dn̄i nr̄i
iesu christi. Sed et beatorum.
Caueat sacerdos scđam vel tertiā
missā celebratur⁹/ne scđam potio
nem sumat. et sic in missa sequēti.
Cōio. In splēdorib⁹ sctōrum ex vtero an-
te luciferū genui te. Dicta cōione sta-
tim laudes icipiunt. Antiphona.

QUem vidistis pastores dicite/an
nūciate nobis in terris q̄s appa
ruit. natū vidim⁹ in choro angelorum sal-
uatorē dn̄m venite adorem⁹. ps. Dn̄s
regnauit. aña. Genuit puerpera regē
cui nomē eternū/ et gaudiū matris hn̄s
cū v̄ginitatis honore. nec primā similē vi
sa est nec habere seq̄ntē all'a. ps. Iubi-
late. añ. Angel⁹ ad pastores ait: ānūcio
vobis gaudiū magnū. q₂ nat⁹ ē vobis ho
die saluator mūdi all'a. ps De⁹ de⁹ me
us. añ. Facta est cū āgelo multitudo ce
lestis exercit⁹ laudātiū ⁊ dicētiū/gl̄a i ex
celsis deo: ⁊ i terra pax hoīb⁹ bonevolūta
tis all'a all'. p̄. Bn̄dicite. ā. Paruul⁹ fi

lius hodie natus est nobis: et vocabit̃ de us fortis all'a. ps. Laudate dominũ Nec capitulũ nec hymnus nec. ỽ dr̃. sed finita añ. stati incipit sacer dos hãc añ. Gloria in excelsis deo et in terra pax hoĩbus bone volũtatis all'a all'a. ps. Bñdictꝰ. Et terminãtur laudes ⁊ missa hac orõe. Dñs vo.

DA nobis q̃s dñe Postcõio. deꝰ noster: vt q̇ natiuitatẽ dñi nostri iesu xp̃i nos frequẽtare gaudemꝰ: dignis cõuersationibꝰ ad eiꝰ mereamur ꝑuenire cõsortiũ Qui te. Missa in mane. Introitꝰ

LUx fulgebit hodie super nos qꝛ natus est nobis dñs: et vocabit̃ admira-bilis deꝰ: princeps pacis pater futuri seculi cuiꝰ regni non erit finis. ps. Dñs regnauit decorẽ in-dutus est: indutus est dñs fortitudinẽ ⁊ p̃cinxit se. Gl'ia pr̃i. Gl'ia in excelsis.

DA nobis q̃s omp̃s Orõ. deus: vt q̇ noua incarnati ỽbi tui luce perfundimur: hoc in nostro resplẽdeat opere: qđ ꝑ fidẽ fulget in mẽte. Iste due orones di cũtur ad vnũ. Per dñm. De sctã

DA q̃s ops anastasia. Orõ. deus: vt q̇ beate anastasie martyris tue solẽnia colimꝰ: eius apud te patrocinia sentiamꝰ. P dñm. Lectio Ysaie ꝓphete. lxi.

HEc dicit dñs deꝰ. Spiritꝰ dñi super me: eo ꝙ vnxerit me: ad annũciãdũ mãsuetis misit me. Ut mederer ɔtritis corde: ⁊ p̃-dicarẽ captiuis ĩdulgẽtiã: et clau-sis aptionẽ. Ut p̃dicarẽ annũ pla cabilẽ dño: ⁊ diẽ vltionis deo nr̃o Ut ɔsolarer oẽs lugẽtes: vt pone-rẽ fortitudinẽ lugẽtibus syon. Et darẽ eis coronã ꝑ cinere: oleũ gau dij ꝑ luctu / palliũ laudis pro spũ meroris. Et vocabũtur in ea for-tes iusticie: plantatio dñi ad gl'ifi cãdũ. Ecce dñs auditũ fecit in ex-tremis terre. Dicite filie syon. Ec-ce saluator tuꝰ venit: ecce merces eius cũ eo: et opus illius corã illo. Et vocabũt eos populus sctũs: re dẽpti a dño deo nr̃o. Lectio ep̃le beati pauli ap̃li. Ad Titum. iij.

CHarissimi. Apparuit beni-gnitas ⁊ hũanitas saluato ris nr̃i dei: nõ ex operibꝰ iusticie q̃ fecimꝰ nos: sed scđm suã miaꝫ sal uos nos fecit. Per lauacrũ regene ratiõis et renouationis spũs scti: quẽ effudit in nos abũde: ꝑ iesum xp̃m saluatorẽ nr̃m. Ut iustifica-ti grã ipsius heredes simus scđm spem vite eterne. In xp̃o iesu dño nr̃o. ℟. Bñdictꝰ q̇ venit in noĩe dñi deꝰ dñs et illuxit nobis. ỽ. A dño factũ est istud / et est mirabile ĩ oculis nr̃is. All'a ỽ. Dñs regnauit decorẽ ĩduit ĩduit dñs fortitudinẽ ⁊ p̃cinxit se virtute. Prosa.

REgnãtẽ sẽpiterna ꝑ secla su sceptura Cõcio deuote ɔcre pa. Factori reddẽdo debita. Quẽ iubilãt agmĩa celica eiꝰ vultu exhi larata Quẽ expectãt oĩa terrea eiꝰ nutu examinãda. Districtũ ad iu-dicia Clemẽtẽ ĩ potẽtia Tua nos salua xp̃e clemẽtia ꝓpter quos pas sus es dira. Ad poli astra subleua nitida q̃ sorde tergis sec'la. Influe salus ỽa effuga pericula. Oĩa vt sint mũda tribue pacifica. Ut hic

tua salui misericordia Celi regna post adeamꝰ supera. Quo regnas secula p infinita. Amen. Scd̄m Lucā. ij.

In illo tpe. Pa stores loquebant̄ adinuicē. Trāseamus vsq3 bethleem: et videamꝰ hoc verbū qđ factū est: qđ fecit dn̄s ⁊ ostēdit nobis. Et venerūt festinātes: ⁊ inuenerūt mariā et ioseph / ⁊ infantē positū in presepio. Vidētes autē: cognouerūt de verbo qđ dictū erat illis de puero hoc. Et oēs qui audierunt mirati sunt: ⁊ de his q̄ dicta erāt a pastoribus ad ipsos. Maria autē conseruabat oīa verba hec: conferēs in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificātes et laudātes deum in oībus que audierant ⁊ viderāt sicut dictum est ad illos. Credo.

Offr. Deus eni firmauit orbem terre qui non cōmouebitur parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Secreta.

Munera nr̄a q̄sumꝰ dn̄e natiuitatis hodierne mysteriis apta pueniāt: vt sicut homo genitus idem refulsit deꝰ: sic nobis hec terrena substātia ↄferat qđ diuinū est. De sancta anastasia.

Accipe q̄s dn̄e munera dignanter oblata: ⁊ btē anastasie suffragātibꝰ meritis: ad nostre salutis auxiliū puenire concede. Per dn̄m. Prefatio. Quia per incarnati. et Cōmunicātes ⁊ diē. vt supra. Cōio. Exulta filia syon lauda filia hierusalē ecce rex tuꝰ venit sctūs et saluator mundi. Post cōio.

Huius nos dn̄e sacramenti semper nouitas natalis instauret: cuiꝰ natiuitas singularis humanam reppulit vetustatem. De sctā anastasia. Post cōio.

Saciasti dn̄e familiā tuā muneribus sacris: eius q̄s semper interuētione nos refoue: cuiꝰ solennia celebramꝰ. Per dominū.

Ad magnā missam. Introitus.





Puer natus est nobis et filius datus est nobis: cuiꝰ imperiū sup humerū eius et vocabitur nomen eiꝰ magni cōsilij angelus. ps. Cātate dn̄o canticū nouū: quia mirabilia fecit. Glia.

Gloria in excelsis. Orō.

Concede q̄s omp̄s deus: vt

nos vnigeniti tui noua ꝑ carnem
natiuitas liberet: quos sub pctī
iugo vetusta seruitꝰ tenet. P eūdē
Mēoria nulla. Lcō isaie ꝓphete. lij

HEc dicit dñs deus Propter
hoc sciet pplus meꝰ nomen
meū in die illa: qꝛ egoipse q̇ loque-
bar ecce assum. Quā pulchri sup
montes pedes annūciantis ⁊ pre-
dicātis pacē: annūciantis bonū:
predicātis salutē: dicētis syon: re-
gnabit deus tuus. Uox speculato
rū tuoꝝ leuauerūt vocē: simul lau
dabūt: quia oculo ad oculū vide-
bunt: cū ꝯuerterit dñs syon. Gau
dete ⁊ laudate simul deserta hieru
salem: qꝛ cōsolatus est dñs popu-
lum suū redemit hierusalē. Para-
uit dominus brachiū sanctū suū:
in oculis omniū gētium. Et vide-
būt omēs fines terre: salutare dei
nostri. Lectio epistole beati pauli
apostoli. Ad Hebreos. primo.

FRēs. Multipharie multis
qꝫ modis olim deꝰ loquēs
patribꝰ in ꝓphetis: nouissime die-
bus istis locutꝰ est nobis in filio:
quē cōstituit heredē vniuersoꝝ: p
quē fecit ⁊ scla. Qui cū sit splēdor
glorie ⁊ figura substantie eiꝰ: por
tansqꝫ oīa verbo virtutis sue pur
gationē peccatoꝝ faciēs: sedet ad
dexterā maiestatis in excelsis. Tā
to melior angelis effectus: quāto
differētius pre illis nomen heredi
tauit. Cui enī dixit aliquando an
geloꝝ filiꝰ meꝰ es tu: ego hodie ge
nui te. Et rursum. Ego ero illi in
patrē: ⁊ ipse erit michi in filiū. Et
cū iterū introduxit ꝑmogenitū in
orbē terre dixit. Et adorent eū oēs
angeli eiꝰ Et ad angelos quidē di
xit. Qui facit angelos suos spiri-
tus ⁊ ministros suos flāmā ignis
Ad filiū autē. Thronꝰ tuus deus
in seculū sclī: virga equitatis vir-
ga regni tui. Dilexisti iusticiam ⁊
odisti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te
deꝰ deus tuꝰ oleo exultationis pre
participibꝰ tuis. Et tu in ꝑncipio
dñe terrā fundasti: ⁊ opa manuū
tuaꝝ sunt celi. Ipsi peribūt tu au
tem ꝑmanebis: ⁊ omnes vt vesti-
mentū veterascent. Et velut ami-
ctum mutabis eos: ⁊ mutabunt.
Tu autē idēipse es: ⁊ anni tui non
deficiēt. ℟. Viderūt oēs fines terre sa
lutare dei nostri iubilate deo oīs terra.
℣. Notū fecit dñs salutare suū ante cō-
spectū gentiū reuelauit iusticiā suā. Al
leluia. ℣. Dies sctificatus illuxit nobis
venite gētes ⁊ adorate dñm qꝛ hodie de
scendit lux magna sup terrā. Prosa.

LEtabūdus exultet fidelis
chorus alle. Regē regū in
tacte ꝓfudit thorus: res miranda
Angelus ꝯsilij natꝰ est de virgine
sol de stella. Sol occasum nesciēs
stella semp rutilās semper clara.
Sicut sydus radiū ꝓfert virgo fi
liū pari forma. Neqꝫ sydus radio
neqꝫ mater filio fit corrupta. Ce-
drus alta libani conformat̄ ysopo
valle nr̄a. Uerbū ens altissimi cor
porari passum est carne sumpta.
Isaias cecinit synagoga memi-
nit nūqꝫ tn̄ desinit esse ceca. Si nō
suis vatibꝰ credat vel gentilibꝰ si
byllinis versibꝰ hec ꝑdicta. Infe-
lix ꝓpera crede vel vetera cur dā-

naberis gẽs misera. Quẽ docet littera vatũ ꝯsidera ipm genuit puerpera. Dñs vobiscũ. Initiũ scti euãgelij: secundũ Johannẽ. Ꝑmo

IN principio erat verbũ. Et verbũ erat apud deũ: et de⁹ erat verbũ. Hoc erat in principio: apud deũ. Oĩa p ipm facta sunt: et sine ipso factũ est nichil. Quod factũ est in ipso vita erat. Et vita erat lux hoim: ⁊ lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eã non cõprehẽderũt Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohãnes. Hic venit in testimoniũ: vt testimoniũ phiberet de lumine: vt oẽs crederẽt per illũ Nõ erat ille lux: sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnẽ hoiem venientẽ in hunc mundũ. In mũdo erat: ⁊ mũdus p ipsum fact⁹ est: et mũdus eũ nõ cognouit. In ppria venit: ⁊ sui eũ nõ receperũt. Quotquot aũt receperũt eum: dedit eis potestatẽ filios dei fieri his q̃ credũt in noĩe ei⁹. Qui nõ ex sanguinib⁹/ neqꝫ ex volũtate carnis/ neqꝫ ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbũ caro factum est: et habitauit i nobis. Et vidim⁹ gloriã eius: gl'iam quasi vnigeniti a patre. Plenũ gratie: et veritatis. Credo. Offꝫ. Tui sunt celi et tua est terra orbẽ terrarũ ⁊ plenitudinẽ ei⁹ tu fũdasti iusticia ⁊ iudiciũ preparatio sedis tue

OBlata dñe mune Secreta ra noua vnigeniti tui natiuitate sctifica: nosqꝫ p hec a pctõꝝ nostroꝝ maculis emunda. P eundem. Prefatio. Quia p incarnati

COmmunicãtes ⁊ diẽ sacratissimũ celebrãtes: quo beate marie intemerata virginitas: huic mũdo edidit saluatorẽ. Sed ⁊ memoriã venerãtes. Imprimis eiusdẽ gl'iose semper virginis marie genitricis eiusdẽ dei ⁊ dñi. et cetera. Cõio. Uiderunt omnes fines terre salutare dei nostri. Post cõio.

PResta q̃s oṗs deus: vt natus hodie saluator mundi sicut diuine nobis generatiõis est auctor: ita ⁊ imortalitatis sit ipse largitor. Qui tecũ. In fine misse euãgelium. Pastores. ¶ Nota ꝙ amodo vsqꝫ ad epiphan. qñ fit de btã maria dr introit⁹. Puer. ⁊ cetera vt i missis cõib⁹ cõtinet. Alie aũt misse cões nõ mutant. In ipsis tñ fit mẽoria de btã maria per orõnẽ. Deus qui salutis. ⁊ cetera.

¶ Dñica infra octauas. Introit⁹

DUm mediũ silẽtiũ tenerẽt oĩa ⁊ nox in suo cursu medium iter haberet: oipotens sermo tu⁹ dñe de celis a regalib⁹ sedib⁹ venit. ps. Dñs regnauit decorẽ indutus est: indut⁹ est dñs fortitudinẽ ⁊ precinxit se. Gl'ia pri. Gl'ia in excelsis. Quacunqꝫ die euenerit. Oratio.

OMnipotẽs sempiterne de⁹: qui vnigenito tuo nouã creaturã nos tibi esse fecisti: custodi opa misericordie tue ⁊ ab omnib⁹ nos maculis vetustatis emunda: vt p auxiliũ gr̃e tue i illi⁹ inueniamur forma: i quo tecũ est nr̃a substãtia. Qui tecũ. ¶ Sequunt memorie de sctõ stephano/ de sctõ iohãne/ de inocẽtib⁹/ ⁊ de btã maria

Deus q̄ salutis. q̄re post fes. innocētiū. Lcō ep̄le bti pauli apl̄i. Ad Galathas. iiij.

FRatres. Quāto tp̄e heres paruul⁹ est: nichil differt a seruo cū sit dn̄s oīm. Sed sub tutorib⁹ ⁊ actorib⁹ est: vsq̧ ad p̄finitū tp̄s a patre. Ita et nos cū essem⁹ paruuli: sub elemētis mūdi eramus seruiētes. At vbi venit plenitudo tp̄is: misit de⁹ filiū suū natū ex muliere/factū sub lege: vt eos q̄ sub lege erāt redimeret: vt adoptionē filioꝝ reciperemus. Qm̄ aūt estis filij dei: misit de⁹ sp̄m filij sui in corda vr̄a clamantē abba pater. Itaq̧ iam nō est seru⁹: sed fili⁹. Qd̄ si fili⁹: et heres p deū. R. Speciosus forma p̄ filijs hoim diffusa est gratia in labijs tuis. V. Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi lingua mea calamus scribe velociter scribētis. Alla. V. Dn̄s regnauit decorē induit induit dn̄s fortitudinē ⁊ p̄cinxit se virtute. Prosa

SPlendor patris et figura se ꝯformās hoī. Potestate nō natura partū dedit virgini. Adā vet⁹ tandē let⁹ nouū p̄mat canticū. Fugitiu⁹ ⁊ captiuus p̄deat in publicū. Eua luctū vite fructū virgo gaudēs edidit. Nec sigillū propter illū castitatis pdidit. Si crystall⁹ sit humecta atq̧ soli sit obiecta scitillat igniculū. Nec crystallus rūpitur nec ī partu soluit pudoris signaculū. Sup tali genitura stupet vsus et natura deficitq̧ ratio. Res est ineffabilis tā pia tā humilis xp̄i generatio. Frōdē florē nucē sicca virga p̄fert ⁊ pudica virgo dei filiū. Fert celestē vellus rorem creatura creatorē creature preciū. Frondis floris nucis roris pietati saluatoris cōgruūt mysteria. Frons est xp̄s protegēdo flos dulcore nux pascendo ros celestis gr̄a. Cur qd̄ virgo peperit est iudeis scādalū cū virga p̄duxerit sicca sic amigdalū. Cōtēplemur adhuc nucē nā prolata nux in lucem lucis est mysteriū. Trinā gerens vnionē tria ꝯfert vnctionē lumen et eduliū. Nux ē xp̄s cortex nucis circa carnem pena crucis testa corpus osseum. Carne tecta deitas ⁊ xp̄i suauitas signat per nucleum Lux est cecis ⁊ vnguētū xp̄s egris ⁊ fomentū pijs aīalib⁹. O q̄ dulce sacramētū fenū carnis ī frumētū ꝯuertit fidelib⁹. Quos sub vmbra sacramēti iesu pascis in p̄senti tuo vultu satia. Splēdor patri coeterne nos hinc transfer ad paterne claritatis gaudia. Amen.

Secundum Lucam. ij. capi.

IN illo tp̄e. Erant ioseph et maria mater iesu: mirātes sup his q̄ dicebant de illo. Et benedixit illis symeō: ⁊ dixit ad mariā matrē ei⁹. Ecce posit⁹ est hic in ruinā: et in resurrectionē multorū in isrl̄: ⁊ in signū cui contradicet. Et tuā ipsi⁹ animā ptransibit gladi⁹ vt reuelent ex multis cordib⁹ cogitatiōes. Et erat anna p̄phetissa filia phanuel de tribu asser. Hec p̄cesserat in dieb⁹ multis: ⁊ vixerat cū viro suo annis septē a virginitate sua. Et hec vidua erat vsq̧ ad annos octoginta quattuor: q̄ nō

discedebat de tēplo ieiunijs ⁊ obsecrationib⁹ seruiēs nocte ac die. Et hec ipsa hora supueniēs cōfitebať dn̄o: ⁊ loquebať de illo oībus q̄ expectabāt redēptionē hirl'm. Et vt pfecerūt oīa scd'm legē dn̄i: reuersi sunt in galileā in ciuitatē suā nazareth. Puer aūt crescebat ⁊ cōfortabať: plen⁹ sapientia. Et gratia dei: erat in illo Credo. Offer. Deus enim firmauit orbem terre qui non commouebitur parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Secreta.

Hec munera q̄s dn̄e ⁊ vincula nostre prauitatis absoluant: ⁊ tue nobis misericordie dona cōciliēt. P do. Prefatio. Quia p incarnati. Cōmunicātes. vt. s. Cōio. Tolle puerū ⁊ matrē ei⁹ et vade in terrā iuda defuncti sunt eni qui querebant animā pueri. Postcōio.

Presta q̄s dn̄e: vt p hec munera que dn̄i nostri iesu xp̄i arcane natiuitatis mysterio gerimus: purificate mentis intelligētia ꝯsequamur. Per eundē. ¶ In die circuncisionis dn̄i. Introitus.



Puer nat⁹ est nobis ⁊ fili⁹ datus est nobis cui⁹ imperiū super humerum eius / ⁊ vocabiť nomen eius magni consilij angelus. ps. Cantate dn̄o canticū nouū quia mirabilia fecit. Gl'ia. Gl'ia in excel. Oratio

Deus qui nobis nati saluatoris diem celebrare concedis octauū: fac nos q̄s eius perpetua diuinitate muniri: cui⁹ sum⁹ carnali cōmertio reparati. Qui tecum viuit. Memoria nulla. Lcō epl'e bti pauli apl'i. Ad Titū. ij.

Charissime. Apparuit gratia dei saluatoris nostri oībus hoībus erudiēs nos: vt abnegātes impietatem ⁊ secularia desideria sobrie / ⁊ iuste / et pie / viuam⁹ in hoc sc'lo. Expectātes beatā spem et aduentū glorie magni dei: ⁊ saluatoris nostri iesu xp̄i. Qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab oī iniquitate: ⁊ mūdaret sibi ppl'm acceptabilē: sectatorē bonoꝝ operū. Hec loquere: et exhortare. In christo iesu: dn̄o nostro. R. Viderunt oēs fines terre salutare dei nostri iubilate deo oīs terra V. Notū fecit dn̄s salutare suū ante conspectū gentiū reuelauit iustiā suā. Alleluia. V. Dies sctificatus illuxit nobis venite gētes et adorate dn̄m quia hodie descendit lux magna sup terrā. Prosa. Letabūdus. quere in die natalis dn̄i. Secundum Lucam. ij. capi.

In illo tpe. Postq̄ consummati sunt dies octo vt circūcideretur puer: vocatū est nomen ei⁹ iesus. Quod vocatū est ab angelo: priusq̄ in vtero ꝯciperetur. Credo. Offertoriū. Tui sunt celi et tua est terra orbē terrarū ⁊ plenitudinē eius tu fundasti iusticia ⁊ iudicium preparatio sedis tue. Secreta.

Presta q̄sumus dn̄e: vt per hec munera que dn̄i nostri iesu christi arcane natiuitatis mysterio gerimus: purificate mentis intelligentia ꝯsequamur. Per eūdem. Prefatio. Quia p incarnati

et Cōmunicātes. Quere ante canonem. Cōio. Viderunt om̄es fines terre salutare dei nostri. Post cōio.

Presta q̄sum⁹ dn̄e: vt quod saluatoris nr̄i iterata solēnitate percipimus: perpetue nobis redemptionis conferat medicinam. Per eundē. In vigilia epiphanie domini. Introitus.

Lux fulgebit hodie super nos/ q2 natus est nobis dn̄s: et vocabit̄ admirabilis de⁹ princeps pacis pater futuri seculi/ cuius regni non erit finis. ps. Dn̄s regnauit decorē indutus est: indutus est dn̄s fortitudinē ꝛ precinxit se. Gloria pr̄i. Non dicit̄ Gl̄ia in excelsis. nec Credo. nisi sit dn̄ica.

Corda nostra q̄sum⁹ Orō. dn̄e vēture festiuitatis splēdor illustret: quo et mundi huius tenebris carere valeam⁹: et peruenire ad patriam claritatis eterne. Per dn̄m. Memoria symeonis. Da q̄s. de cōi. ꝛ de btā maria. Deus qui salutis. Lcō ep̄le bti pauli apl̄i. Ad Titū. iij.

Charissime. Apparuit benignitas ꝛ humanitas: saluatoris dei nostri Non ex opibus iusticie q̄ fecimus nos: sed secundū suā misericordiā saluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis ꝛ renouationis spiritus sancti: quem effudit in nos abūde: per iesum christū saluatorem nostrū. Ut iustificati gratia ipsius heredes simus: scd̄m spem vite eterne. In christo iesu: domino nostro. ℞. Benedict⁹ qui venit in nomine dn̄i deus dn̄s ꝛ illuxit nobis. ℣. A domino factū est et est mirabile in oculis nostris Alleluia. ℣. Dn̄s regnauit decorem induit dn̄s fortitudinē ꝛ precinxit se virtute. Non dicit̄ prosa etiā si fuerit dn̄ica. Dicit̄ autē all'a quacunq3 die euenerit. Secundū Mattheum. ij. ca.

In illo tempore. Defuncto herode: ecce apparuit angelus dn̄i in somnis ioseph in egypto dicens. Surge: ꝛ accipe puerū ꝛ matrē eius: et vade in terrā israel Defuncti sunt enī: qui q̄rebāt animā pueri. Qui consurgens/ accepit puerū et matrem eius: ꝛ venit ī terram israel. Audiens aūt q̄ archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: timuit illo ire. Et admonit⁹ in sōnis: secessit ī partes galilee. Et veniēs habitauit in ciuitatē que vocatur nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per pphetas: quoniā nazareus vocabit̄. Offer. Deus enī firmauit orbem terre qui non cōmouebitur parata sedes tua deus ex tūc a seculo tu es. Secreta.

Tribue quesumus domine vt eum presentibus immolemus sacrificijs et sumam⁹: quē venture solennitatis pia munera preloquuntur: iesum christū dn̄m nostrū. Qui tecum viuit. Cōio. Tolle puerum ꝛ matrem eius ꝛ vade in terram iuda defuncti sunt enim qui querebant animā pueri. Post cōio.

Illumina q̄sumus dn̄e populū tuum: ꝛ splēdore gratie tue cor eius semper accende: vt saluatoris mundi stella famulante manifestata natiuitas: mētib⁹

eorum reueletur semper & crescat. Per eundem. ¶ In die epiphanie. Ad missam. Introit⁹



Ecce aduenit dñator dominus et regnũ in manu ei⁹ et potestas et imperiũ. Ps. De⁹ iudiciũ tuũ regi da et iusticiã tuã filio regis. Glia. Glia i ex

Deus q̃ hodierna die Oro. vnigenitũ tuũ gẽtib⁹ stella duce reuelasti. cõcede ppici⁹: vt q̃ iã te ex fide cognouim⁹: vsq₃ ad cõtẽplandã speciẽ tue celsitudinis perducamur. P eũdẽ. Mẽoria nulla

Lectio Isaie prophete. lx.

Surge illuminare hiẽrl'm: q2 venit lumẽ tuũ: et glia dñi sup te orta est. Q2 ecce tenebre operiẽt terrã: & caligo populos Sup te autẽ orieẽ dñs: & glia ei⁹ in te videbit. Et ambulabũt gẽtes in lumine tuo: et reges in splẽdore ort⁹ tui. Leua in circuitu oculos tuos et vide: oẽs isti cõgregati sũt: venerũt tibi. Filij tui de lõge veniẽt: et filie tue de latere surgẽt. Tũc videbis et afflues/ et mirabit/ et dilatabit cor tuũ: qñ cõuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentiũ venerit tibi. Inũdatio camelorũ operiet te: dromedarij madian et effa. Oẽs de saba veniẽt: aurũ et thus deferẽtes: et laudẽ dño annũciantes. R. Oẽs de saba veniẽt aurũ et thus deferẽtes et laudẽ dño annunciãtes. V. Surge et illuminare hierl'm q2 glia dñi sup te orta est. Alla. V. Vidimus stellam eius in oriente et venimus cũ muneribus adorare dñm. Prosa.

Epiphaniã dño canam⁹ gloriosã. Qua plẽ dei vere magi adorãt. Immẽsam caldei cui⁹ perseq₃ venerant potẽtiã. Quẽ cũcti pphete cecinere venturũ gẽtes ad saluãdas. Cuius maiestas ita est iclinata vt assumeret serui formã. Ante secula q̃ de⁹ et tpa hõ factus est in maria. Balaã de quo vaticinãs exibit ex iacob rutilãs inq̃t stella. Et cõfriget ducũ agmina regionis moab maxima potẽtia. Huic magi mũera deferũt preclara aurũ simul thus et myrrhã Thure deũ pdicãt auro regẽ magnũ hoĩem mortalẽ myrrha. In sõnis hos monet angel⁹ ne redeãt ad regẽ cõmotũ pter regna. Pa

uebat eteni nimiũ regem natũ ve rens amittere regni iura. Magni stella sibi micante p̃uia. Pergunt alacres itinera patriã q̃ eos ducebat ad propriã linquẽtes herodis mãdata. Qui percussus corde nimiũ pre ira extẽplo mãdat eludia magica. Nõ linqui taliter ĩpunita sed mox priuari eos vita. Dis nũc caterua tinnulũ iũgat laudibus organi neuma. Mystice offerens regi regũ xp̃o munera preciosa. Poscẽs vt per orbẽ regna oĩa ꝓtegat in secula sẽpiterna. Amẽ.

Secundum Mattheum. ij.

Cum nat⁹ esset iesus in bethleem iude. in dieb⁹ herodis regis: ecce magi ab oriẽte venerũt hierosolymã dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorũ? Uidim⁹ eni stellam eius in oriẽte: et venimus adorare eum. Audiens autẽ herodes rex turbatus est: et omis hierosolyma cũ illo. Et congregans om̃es principes sacerdotũ: et scribas populi: sciscitabat̃ ab eis vbi xp̃us nasceret̃. At illi dixerunt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptum est per ꝓphetã. Et tu bethleem terra iuda: nequaq̃ minima es in principib⁹ iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populũ meũ israel. Tunc herodes clam vocatis magis: diligẽter didicit ab eis tẽpus stelle que apparuit eis. Et mittẽs eos in bethleem: dixit. Ite et interrogate diligẽter de puero. Et cum inueneritis renũciate michi: vt et ego veniens adorem eũ. Qui cũ audissent regem abierũt. Et ecce stella quã viderant in oriente antecedebat eos: vsq̃ dũ veniens staret supra/ vbi erat puer. Uidẽtes autem stellã: gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domũ: inuenerũt puerũ cum maria matre eius. Et ꝓcidentes: adorauerũt eũ. Et apertis thesauris suis: obtulerũt ei munera: aurũ/thus/et myrrhã. Et respõso accepto in somnis: ne redirẽt ad herodem: per aliã viã: reuersi sũt in regionem suã. Credo. Offr. Reges tharsis et insule munera offerent: reges arabum et saba dona adducent: et adorabunt eum om̃es reges terre om̃es gentes seruient ei. Secreta.

Ecclesie tue q̃sumus dñe dona ꝓpicius intuere: quibus non iã aurũ. thus. ⁊ myrrha profertur: sed q̃d hisdem muneribus declarat̃/immolat̃/ et sumit̃ iesus xp̃us dñs noster. Qui tecũ viuit. Prefatio. Quia per incarnati. Et per oct. etiã quando fit de sanctis infra. Cõmunicãtes. Quere ante canonem. Cõio. Uidimus stellam eius in oriente et venimus cum muneribus adorare dominum. Postcõio.

Presta quesum⁹ om̃ps de⁹: vt que solenni celebramus officio: purificate mẽtis intelligẽtia cõsequamur. Per dñm. ¶ In crastino nisi sit dñica. Et tunc feria secunda sequenti. Introitus.

Ecce aduenit dñator dñs: et regnũ in manu eius / et potestas et ĩperiũ. Ps. De⁹ iudiciũ tuũ regi da: et iusticiã tuã filio regis. Glĩa patri. Glĩa in excel. Orõ.

Deus qui hodierna die vnigenitũ tuũ gentibus stella duce reuelasti: concede ꝓpicius: vt qui iam te ex fide cognouim⁹: vsq; ad cõtemplandam speciem tue celsitudinis perducamur. Per eũdem. Ad Romanos. iij.

Fratres: Scimus qm̃ que cũq; lex loquitur: his q̃ in lege sunt loquitur. Ut om̃e os obstruat̃/ & subditus fiat om̃is mundus deo: q2 ex operib⁹ legis nõ iustificabit̃ om̃is caro corã illo. Per legẽ eni: cognitio peccati. Nũc autẽ sine lege: iusticia dei manifestata est: testificata a lege et ꝓphetis. Justicia autẽ dei per fidẽ iesu christi: in om̃es & sup oẽs qui credunt in eũ. Non eni est distinctio. Oẽs eni peccauerũt/ & egent gloria dei. Justificati gratis per gratiã ipsius: per redẽptionẽ que est in christo iesu. Quẽ proposuit deus propiciatorẽ per fidẽ in sanguine ipsius ad ostẽsionem iusticie sue: propter remissionẽ precedẽtiũ delictorũ in sustẽtatione dei. ad ostensionem iusticie eius in hoc tẽpore: vt sit ipse iustus & iustificãs eum qui ex fide est iesu christi: domini nostri. ℟. Om̃es de saba venient aurum et thus deferentes et laudẽ dño annunciantes. ℣. Surge et illuminare hierusalem/ quia gloria dñi sup te orta est. Alleluia. ℣. Uidimus stellã eius in oriente/ et venimus cũ munerib⁹ adorare dominum. Non dicit̃ prosa priuatis diebus oct. Secdm Johannẽ. i

In illo tempore. Uidit iohãnes iesum venientẽ ad se: et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mũdi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir. qui ante me factus est: quia prior me erat/ et ego nesciebã eum. Sed vt manifestet̃ in israel. Propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit iohãnes dicẽs. Quia vidi spiritũ descẽdentẽ quasi columbã de celo: et mansit sup eũ: et ego nesciebã eũ. Sed qui misit me baptizare in aqua: ille michi dixit. Super quẽ videris spiritũ descendẽtẽ et manentẽ sup eũ: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi. et testimoniũ perhibui: quia hic est fili⁹ dei. Credo. Offr. Reges tharsis et insule munera offerent reges arabũ et saba dona adducẽt/ et adorabunt eum omnes reges terre omnes gentes seruient ei. Secreta.

Ecclesie tue q̃s dñe dona ꝓpicius intuere: quib⁹ non iam aurũ/ thus/ & myrrha/ ꝓfert̃: Sed quod hisdem muneribus declaratur immolatur & sumitur iesus christus dñs noster. Qui tecũ viuit. Prefatio. et Cõmunicãtes. vt in die. Cõio. Uidimus stellã eius in oriente et venimus cum muneribus adorare dominum. Postcõio.

Presta q̃sumus om̃ps de⁹: vt que solenni celebramus officio: purificate mentis intelligentia consequamur. Per dominum. Alijs diebus octauarum nisi sit dominica vel fiat officium dominice/ fiat sicut in die festi. excepto q2 non dicitur prosa.

¶ Dñica infra octauas. Introit⁹

In excelso throno vidi sedere virũ quẽ adorat multitudo angelorũ psallẽtes in vnũ: ecce cui⁹ imperiũ pmanet in eternũ. Ps. Jubilate deo oĩs terra: psalmũ dicite nomi ei⁹/ date gl'iam laudi ei⁹. Gl'ia patri. Gl'ia in excel. Oro

Vota dñe q̃s supplicantis populi celesti pietate pseq̄re: vt q̄ agẽda sũt videãt: et adimplenda q̄ viderint cõualescant. P dñm. Nõ fit alia memoria de epiphania. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad Romanos. xij. c.

Fratres: Obsecro vos per miam dei: vt exhibeatis corpora vr̃a hostiã viuentẽ/ sctãm deo placẽtẽ: rationabile obsequiũ vestrũ. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri. vt pbetis q̄ sit voluntas dei bona: ⁊ beneplacẽs ⁊ pfecta. Dico enĩ per gratiã que data est michi oĩbus q̄ sunt inter vos: nõ plus sapere q̃ oportet sapere/ sed sapere ad sobrietatem. Et vnicuiqȝ sicut deus diuisit mensurã fidei. Sicut enĩ in vno corpore multa mẽbra habemus: oĩa autem mẽbra nõ eundẽ actũ habent: ita et multi vnũ corpus sum⁹ in xp̄o. Singuli autẽ: alter alterius mẽbra. In xp̄o iesu: dño nostro. ℞. Benedict⁹ dñs deus israel/ qui facis mirabilia magna sol⁹ a seculo. ℣. Suscipiãt mõtes pacẽ populo tuo et colles iusticiã. Alleluia. ℣. Jubilate deo oĩs terra seruite dño in leticia. Si fiat die dominico prosa. Epiphaniã domino. vt supra in die.

Secundum Lucam. ij.

In illo tẽpore: Cũ factus esset iesus annoꝝ duodecim: ascẽdentib⁹ illis hierosolymã secũdũ cõsuetudinẽ diei festi: ꝯsummatisqȝ dieb⁹ cũ redirẽt remãsit puer iesus in hierusalẽ: ⁊ non cognouerũt parẽtes eius. Existimãtes autem illũ esse in comitatu: venerũt iter diei: et requirebãt eũ inter cognatos et notos. Et nõ inuenientes: regressi sũt in hierusalẽ requirẽtes eũ. Et factũ est post triduũ: inuenerũt illũ sedẽtem in tẽplo in medio doctoꝝ audientẽ illos. ⁊ interrogantẽ eos. Stupebant autẽ oĩes qui eũ audiebãt: sup prudẽtia et respõsis eius. Et vidẽtes admirati sunt. Et dixit mater ei⁹ ad illũ. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes querebam⁹ te. Et ait ad illos. Quid est ꝙ me querebatis? Nesciebatis quia in his que patris mei sunt: oportet me esse? Et ipsi non intellexerũt verbum: quod locutus est ad illos. Et descendit cũ eis: ⁊ venit nazareth: et erat subdit⁹ illis. Et mater eius cõseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et iesus pficiebat sapientia ⁊ etate/ et gratia: apud deũ et hoĩes. Credo. Offr. Jubilate deo omnis terra iubilate deo oĩs terra: seruite domino in leticia intrate in conspectu eius in exultatione quia dñs ipse est deus.

Oblatum tibi Secreta. domine sacrificium viuificet nos semp: et muniat. Per do. Prefatio. Quia p ĩcarnati infra.

Communicantes. vt s. Coio. Fili quid fecisti nobis sic ego et pater tuus dolentes querebamus te/ et quid est quod me querebatis nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse. Post coio.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per do.

In octa. epiphanie. Introitus

Ecce aduenit dominator dominus et regnum in manu eius et potestas et imperium. ps. Deus iudicium tuum regi da: et iusticiam tuam filio regis. Gloria patri. Gloria in excelsis.

Deus cuius vnigenitus. Oro. in substantia nostre carnis apparuit: presta quesumus: vt per eum quem similem nobis foris agnouimus intus reformari mereamur. Qui tecum. Lectio isaie prophete. xij.

Domine deus meus honorificabo te laudem tribuam nomini tuo quia facis mirabiles res. Consilium tuum antiquum: verum fiat. Domine excelsum est brachium tuum: deus sabaoth corona spei que ornata est gloria. Exultet desertum: et exultent solitudines iordanis. Et populus meus videbit altitudinem domini: et maiestatem dei nostri et erit congregatus et redemptus per deum. Et veniet in syon cum laude: et leticia sempiterna super caput eius laus et exultatio. Et aperiam in montibus flumina: in medijs campis fontes dirumpam: et terram sitientem sine aqua confundam. Ecce puer meus exaltabitur/ et eleuabitur: et sublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: et dicetis in illa die. Confitemini domino: et inuocate nomen eius. Notas facite in populis virtutes eius. Cantate domino: quia mirabilia fecit. Annunciate hoc in vniuersa terra: dicit dominus omnipotens. R. Omnes de saba venient aurum et thus deferentes et laudem domino annunciantes. V. Surge et illuminare hierusalem quia gloria domini super te orta est

Alleluia. V. Uidimus stellam eius in oriente et venimus cum muneribus adorare dominum. Prosa. Epiphaniam.

Secundum Mattheum. iij. ca.

In illo tempore. Uenit iesus a galilea in iordanem ad iohannem: vt baptizaretur ab eo. Johannes autem: prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari: et tu venis ad me? Respondens autem iesus dixit ei. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem iesus: confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritum dei descendentem sicut columbam: et venientem super se. Et ecce vox de celis dicens. Hic est filius meus dilectus: in quo michi complacui. Credo. Offerto. Reges tharsis et insule munera offerent reges arabum et saba dona adducent et adorabunt eum omnes reges terre omnes gentes seruient ei. Secreta.

Hostias tibi domine pro nati filij tui apparitione deferimus suppliciter exorantes: vt sicut ipse nostrorum auctor est munerum: ita ipse sit misericors et susceptor iesus christus dominus noster. Qui tecum. Prefatio. Quia cum vnigenitus. Infra. Communicantes. vt s. Coio.

Vidimus stellã ei⁹ in oriente ⁊ venim⁹ cũ munerib⁹ adorare dñm. Post cõio.

Celesti lumine q̃s dñe semp et vbiq₃ nos preueni: vt mysteriũ cui⁹ nos participes esse voluisti: et puro cernam⁹ intuitu: et digno percipiamus effectu. P do.

Dñica p̃ma post octa. epipha.

Omnis terra Introitus. adoret te deus ⁊ psallat tibi: psalmũ dicat nomini tuo altissime. ps. Jubilate deo om̃is terra: psalmum dicite nomini eius/date gloriã laudi eius. Gloria patri. Si die dñico fiat. Glia in excel et Credo

Omnipotẽs sempiter Oro. ne deus qui celestia simul et terrena moderaris: supplicatiões populi tui clementer exaudi: ⁊ pacem tuã nostris concede temporibus. Per dñm. Memoria que occurret. Et de beata maria. Deus qui salutis. quere in missa cõi beate marie ⁊ sic fiat vsq₃ ad purificationem. Ad Romanos. xij.ca.

Fratres. Habentes donationes secundũ gratiã que data est nobis differẽtes. Siue p̄phetiã secundũ rationẽ fidei. Siue ministeriũ: in ministrãdo. Siue qui docet in doctrina. Qui exhortat: in exhortãdo. Qui tribuit in simplicitate. Qui preest: in sollicitudine. Qui miseret: in hilaritate. Dilectio: sine simulatiõe. Odiẽtes malũ: adherẽtes bono. Charitatẽ fraternitatis inuicẽ diligentes: honore inuicẽ p̄ueniẽtes. Sollicitudine nõ pigri: spũ feruentes: dño seruiẽtes. Spe gaudentes/in tribulatiõe patiẽtes. Orationi instãtes: necessitatib⁹ sctõꝝ cõmunicãtes. Hospitalitatẽ sectãtes. Bñdicite p̄sequẽtibus vos: benedicite ⁊ nolite maledicere. Gaudere cũ gaudẽtibus: flere cũ flentib⁹. Idipsum: inuicẽ sentientes. Non alta sapientes: sed humilibus cõsentientes. R. Misit dñs verbũ suũ et sanauit eos et eripuit eos de interitu eoꝝ. V. Cõfiteant dño misericordie ei⁹ ⁊ mirabilia eius filijs hoim. Alla. V. Laudate dñm omẽs angeli eius: laudate eũ oẽs virtutes eius. Prosa nulla. Secundũ Johãnẽ. ij.

In illo tpe. Nuptie facte sunt ĩ chana galilee: et erat mater iesu ibi. Vocatus est autẽ iesus: ⁊ discipuli eius ad nuptias. Et deficiẽte vino: dicit mater iesu ad eũ. Vinum non habẽt. Et dicit ei iesus. Quid michi ⁊ tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcunq₃ dixerit vobis facite. Erãt autem ibi lapidee hydrie sex posite scđm purificationem iudeorũ: capiẽtes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsq₃ ad summũ. Et dicit eis iesus. Haurite nunc: ⁊ ferte architriclino. Et tulerũt. Vt aũt gustauit architriclinus aquã vinũ factũ: ⁊ nõ sciebat vnde esset Ministri aũt sciebãt qui hauserãt aquã: vocat spõsum architriclin⁹ et dicit ei. Ois homo primũ bonũ vinũ ponit: ⁊ cũ inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Tu aũt seruasti vinũ bonum: vsq₃ adhuc

Hoc fecit inicium signorũ iesus in chana galilee: ⁊ manifestauit gloriam suã. Et crediderũt in eũ discipuli ei⁹. Credo. Offr. Jubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa terra psalmũ dicite nomini ei⁹ venite ⁊ audite ⁊ narrabo vobis oẽs qui timetis deum q̃nta fecit dñs aĩe mee alla. Secr.

Oblata tibi dñe munera sctifica: nosq₃ a pctõꝝ nostroꝝ maculis emũda. P d. Cõio. Dixit dñs implete hydrias aqua ⁊ ferte architriclino dũ gustasset architriclin⁹ aquã vinũ factũ dixit sponso seruasti vinũ bonum vsq₃ adhuc hoc signũ fecit iesus primũ corã discipulis suis. Post cõio.

Augeatur in nobis dñe q̃s tue virtutis operatio vt diuinis vegetati sacramẽtis ad eoꝝ pmissa capienda tuo munere preparemur. P do. ¶ Feria. iiij. Ad Rõs. Audi [Collocẽses. j.

Fratres. Audi stis dispẽsationem grẽ dei que data est michi i vobis: vt impleã verbũ dei mysteriũ qđ absconditum fuit a seculis ⁊ generationibus. Nunc aũt manifestũ est sanctis ei⁹: quibus voluit de⁹ notas facere diuitias glie sacramẽti huius in gẽtibus quod est xp̃s in vobis spes glie quẽ nos annũciam⁹ Corripiẽtes omnẽ hominẽ: et docentes in omni sapiẽtia vt exhibeamus omnẽ hominẽ perfectũ. In xp̃o iesu: dño nostro. Scdm Lu[cam. iiij

In illo tẽpore. Regressus ẽ iesus in virtute spiritus in galileã: ⁊ fama exijt p vniuersam regionẽ de illo. Et ipse docebat in synagogis eoꝝ ⁊ magnificabat ab oĩbus. Et venit nazareth vbi erat nutritus: ⁊ intrauit scdm cõsuetudinẽ suã die sabbati in synagogã: ⁊ surrexit legere. Et tradit⁹ est illi liber isaie ꝓphete. Et vt reuoluit librũ inuenit locũ vbi scriptum erat. Spiritus dñi sup me / ꝓpter qđ vnxit me: euãgelizare pauperibus misit me. Sanare cõtritos corde: predicare captiuis remissionẽ / et cecis visũ. Dimittere confractos in remissionẽ predicare annũ dñi acceptũ: ⁊ diem retributionis. Et cũ plicuisset librũ reddidit ministro: ⁊ sedit. Et omniũ in synagoga oculi: erant intẽdentes in eũ. Cepit autẽ dicere ad illos: q꞉ hodie impleta est hec scriptura in aurib⁹ vestris. Et oĩes testimoniũ illi dabant: ⁊ admirabãtur in verbis grẽ: q̃ procedebãt de ore eius. ¶ Feria sexta. Scdm [Marcum. vj.

In illo tpe. Egressus iesus abijt in patriam suã: ⁊ sequebant̃ eũ discipuli sui. Et facto sabbato: cepit in synagoga docere. Et multi audientes: admirabant̃ in doctrina eius dicẽtes. Unde huic hec oĩa? Et que est sapiẽtia que data est illi: et virtutes tales q̃ p man⁹ ei⁹ efficiũtur? Nõne hic est faber fili⁹ marie frater iacobi / ⁊ ioseph / et iude / ⁊ symonis. Nõne ⁊ sorores ei⁹ hic nobiscũ sunt? Et scãdalizabant̃ in illo. Et dicebat eis iesus. Quia nõ est ꝓpheta sine honore nisi i patria sua / ⁊ in cognatiõe sua: et i domo sua. Et nõ poterat ibi vllã virtutẽ facere: nisi paucos infirmos iposi

tis manibus curauit. Et mirabã tur: propter incredulitatẽ eorum.

¶ Dominica secunda. Introitus

Adorate deũ oẽs angeli ei⁹ audiuit et letata est syon et exultauerũt filie iude. Ps. Dñs regnauit exultet terra: letentur in sule multe. Gloria patri. Si fiat die dñico. Gloria in excelsis. et Credo Et sic vsq ad septuagesimã. Oro

Omnipotẽs sempiterne deus infirmitatẽ nostrã ꝓpici⁹ respice: atq ad ꝓtegendũ nos dexterã tue maiestatis extẽde. P d. Memoria de sctis q occurret: et de beata maria. Ad Romanos. xij.ca.

Fr̃es. Nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos: nulli malũ ꝑ malo reddẽtes. Prouidentes bona/nõ tantũ coram deo: sed etiã corã oĩbus hoĩb⁹. Si fieri potest qd ex vobis est: cũ oĩbus hoĩbus pacẽ habentes. Non vosmet ipsos defendentes charissimi: sed date locũ ire. Scriptũ est enĩ. Michi vindictã: et ego retribuã dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illũ. Si sitit: potũ da illi. Hoc enĩ facies: carbones ignis cõgeres sup caput ei⁹. Noli vinci a malo: sed vince in bono malũ. R̃ Timebũt gentes nomen tuũ dñe et oẽs reges terre gloriã tuã. V. Quoniã edificauit dñs syon et videbitur in maiestate sua. Alleluia. V. Dñs regnauit exultet terra letentur insule multe. Prosa nulla. Secundũ Mattheũ. viij.

In illo tpe. Cũ descẽdisset iesus de monte: secute sunt eũ turbe multe. Et ecce leprosus veniens: adorabat eũ dicẽs. Dñe si vis potes me mũdare. Et extẽdens iesus manũ: tetigit eũ dicens. Volo Mũdare. Et cõfestim mũdata est lepra ei⁹. Et ait illi iesus. Vide: nemini dixeris. Sed vade ostẽde te sacerdoti: et offer mun⁹ tuũ qd precepit moyses: in testimoniũ illis. Credo. Offer. Dextera dñi fecit virtutẽ dextera dñi exaltauit me nõ moriar sed viuã et narrabo opa dñi. Secreta

Hec hostia dñe q̃sumus mũdet nr̃a delicta: et ad sacrificiũ celebrãdũ/sub ditoꝝ tibi corpa mẽtesq sctificet. P d. Cõio. Mirabant oẽs de his q procedebãt de ore dei.

Quos tãtis dñe Post cõio. largiris vti mysterijs q̃s: vt effectib⁹ eoꝝ nos veraciter aptare digneris. P d. ¶ Feria. iiij. Ad Timotheum. prime. j.ca.

Charissime: Fidelis sermo et oĩni acceptiõe dign⁹: qr xp̃s iesus venit in mũdũ pctõres saluos facere: quoꝝ primus ego sum. Sed ideo misericordiã cõsecut⁹ sum: vt in me primo ostenderet iesus xp̃s omnẽ patientiã: ad informationẽ eorum qui credituri sunt illi in vitam eternã. Regi autẽ sclõꝝ imortali inuisibili: soli deo nr̃o honor et gloria in scl̃a sclõꝝ amen. Scdm Marcũ.

In illo tpe. Venit ad iesum leprosus deprecãs eũ: et genu flexo dixit. Si vis: potes me mũdare. Jesus autẽ misert⁹ ei⁹: extẽdit manũ suã: et tangẽs eũ ait illi. Volo. Mũdare. Et cũ dixisset: statim discessit ab eo lepra/et mũdat⁹ est. Et cõminat⁹ est

ei et stati eiecit illũ: ꝛ dicit illi. Uide nemini dixeris: sed vade ostẽde te pncipi sacerdotũ: ꝛ offer p emũdatione tua q̃ precepit moyses: in testimoniũ illis. ¶ Fer. vj. Ad Hebreos. iij.

Fres. Considerate apostolũ ꝛ põtificẽ cõfessionis nr̃e iesum: qui fidelis est ei qui fecit illũ sicut ꝛ moyses in oĩ domo ei⁹. Amplioris eni glie iste pre moyse dign⁹ habitus est: quãto ampliorẽ honorẽ habet dom⁹: qui fabricauit illã. Omis nãqꝫ domus fabricaẽ ab aliquo. Qui aũt oĩa creauit: de⁹ est. Et moyses quidẽ fidelis erat in tota domo ei⁹: tã q̃ famulus in testimoniũ eoꝝ que dicenda erãt: xp̃s vero tanq̃ fili⁹ in domo sua. Que domus nos sumus: si fiduciã et gl'iam spei: vsqꝫ ad finẽ firmã retineam⁹. Scdm Marcum. x.

In illo tpe. Offerebant iesu paruulos: vt tangeret illos. Discipuli autẽ: cõminabanẽ offerentibus. Quos cũ videret iesus: indigne tulit. Et ait illis. Sinite paruulos venire ad me: ꝛ ne phibueritis eos. Talium est eni regnũ dei. Amen dico vobis: quisqꝫ non receperit regnũ dei velut paruulus nõ intrabit in illud. Et complexãs eos: ꝛ imponens manus sup illos: bñdicebat eos. ¶ Dñica tertia. Introitus.

Adorate deũ oẽs angeli ei⁹ audiuit ꝛ letata est syon ꝛ exultauerũt filie iude. Ps. Dominus regnauit exultat terra: letentur insule multe. Gloria patri. Si fiat die dñico dicitur Gloria i excelsis. et Credo. Et sic vsqꝫ ad lxx. Oro.

Deus q̃ nos in tãtis periculis cõstitutos pro humana scis fragilitate nõ posse sub sistere da nobis salutẽ mentis et corpis: vt ea que p pctis nr̃is patimur: te adiuuãte vincamus. P d. Ad Romanos. xiij.

Fres. Nemini quicq̃ debeatis: nisi vt inuicẽ diligatis. Qui eni diligit pximũ: legẽ impleuit. Nã nõ adulterabis/ nõ occides/ nõ furaberis/ nõ falsum testimoniũ dices: nõ cõcupisces rem proximi tui. Et si qd est aliud mãdatũ: in hoc verbo instauraẽ. Diliges pximũ tuũ: sicut teipsum. Dilectio pximi: malũ nõ opatur. Plenitudo ergo legis: est dilectio. R. Timebunt gẽtes nomen tuũ dñe ꝛ oẽs reges terre gloriã tuã. V. Quoniã edificauit dñs syon et videbit i maiestate sua. All'a. V. Dñs regnauit exultet terra letenẽ insule multe Prosa nulla. Scdm Mattheum. viij.

In illo tpe Ascendẽte iesu in nauiculã: secuti sũt eũ discipuli ei⁹. Et ecce motus magn⁹ fact⁹ est in mari: ita vt nauicula opireẽ fluctib⁹. Ipse vero dormiebat Et accesserũt ad eũ discipuli ei⁹: et suscitauerũt eũ dicentes. Dñe: salua nos perim⁹. Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei? Tũc surgẽs imperauit vẽtis ꝛ mari: ꝛ facta est tranqllitas magna. Porro hoĩes mirati sũt dicẽtes. Qualis ẽ hic? Quia vẽti ꝛ mare obediũt ei. Credo. Offr. Dextera dñi fecit virtutẽ dextera dñi exaltauit me nõ moriar sed viuã ꝛ narrabo opa dñi. Secre.

Concede q̄sumus dñe: vt hu
ius sacrificij munus obla=
tũ: fragilitatẽ nostrã ab om̃i ma=
lo purget semp et muniat. Per d.
Cõio. Mirabantur omnes de his que
procedebant de ore dei. Post cõio.
Munera tua nos deus dele=
ctatiõibꝰ terrenis expediãt
et celestibꝰ semp instruãt alimẽtis
P d. ¶ Fer.iiij. Ad Romanos.v.
Fratres. Sicut per vniꝰ de
lictũ in om̃es hoĩes in con
dẽnationẽ mortis: sic ⁊ per vnius
iusticiã in omẽs hoĩes: in iustifica
tionẽ vite. Sicut enĩ per inobedi
entiã vnius hoĩs pctõres constitu
ti sunt multi: ita ⁊ per vnius obe=
ditionẽ iusti cõstituent multi. Lex
autẽ subintrauit: vt abũdaret de=
lictum. Ubi autẽ abundauit deli=
ctũ: supabundauit ⁊ gratia. Ut si
cut regnauit peccatũ in mortẽ: ita
et gratia regnet per iusticiã in vi=
tam eternã. Per iesum xp̄m: dñm
nostrũ. Scdm Marcum. iij.ca.
In illo tpe. Exeũtes phari=
sei statim cũ herodianis cõ=
silium faciebant aduersus iesum:
quomodo eũ pderent. Jesus autẽ
cũ discipulis suis secessit ad mare:
et multa turba a galilea et iudea
secuta est eũ. Et ab hierosolymis
et idumea: ⁊ trãs iordanem ⁊ qui
circa tyrum et sydonẽ multitudo
magna audiẽtes q̄ faciebat vene=
rũt ad eum. Et dixit iesus discipu
lis suis: vt ĩ nauicula sibi deserui=
rent: pter turbã ne cõprimerẽt eũ
Multos enĩ sanabat ita vt irrue=
rent in eum: vt illũ tangerẽt quot
habebant plagas. Et spũs
immũdi cum illũ videbant/ proci=
debãt ei: et clamabãt dicẽtes. Tu
es filiꝰ dei. Et vehemẽter cõmina=
batur eis ne manifestarẽt illũ. Et
ascendens in montẽ vocauit ad se
quos voluit ipse: et venerũt ad eũ
Et fecit vt essent duodecim cum il
lo: ⁊ vt mitteret eos predicare. Et
dedit illis potestatem curandi in=
firmitates: et eijciendi demonia.
¶ Feria.vi. Scdm Lucam. ix.
In illo tpe. Factum est aũt
euntibꝰ illis ĩ via: dixit qui
dã ad iesum. Sequar te: quocũq;
ieris. Et ait illi iesus. Uulpes fo=
ueas habẽt ⁊ volucres celi nidos:
filius autẽ hoĩs non habet vbi ca
put suũ reclinet. Ait aũt ad alterꝝ.
Sequere me. Ille autẽ dixit. Dñe
permitte me primũ ire: et sepelire
patrẽ meũ. Dixitq; ei iesus. Sine
vt mortui sepeliãt mortuos suos:
tu autẽ vade ⁊ annũcia regnũ dei
Et ait alter. Sequar te dñe: sed p
mitte michi primũ renũciare his/
qui domi sunt. Ait ad illum iesus
Nemo mittens manũ ad aratrũ
⁊ aspiciens retro: aptus est regno
dei. ¶ Dñica quarta. Introitus.
Adorate deũ oẽs angeli eiꝰ
audiuit ⁊ letata est syon ⁊
exultauerũt filie iude. Ps.
Dñs regnauit exultet terra: letentur in
sule multe. Gloria patri. Oratio.
Familiã tuã q̄sumꝰ dñe cõ=
tinua pietate custodi: vt q̄
in sola spe grẽ celestis innitit: tua
semper protectione muniat. Per
dominũ. Ad Collocenses. iij.

FRatres. Induite vos sicut electi dei sctī ⁊ dilecti viscera misericordie benignitatē/humilitatē/modestiā/patientiā/supportantes inuicē: et donantes vobismetipsis: si quis aduersus aliquē habet querelā. Sicut ⁊ dñs donauit vobis: ita et vos. Sup oīa autem hec: charitatem habete/qđ est vinculū perfectionis. Et pax xp̄i exultet in cordibus vr̄is: in qua ⁊ vos vocati estis in vno corpore: ⁊ grati estote. Uerbū xp̄i habitet in vobis abūdanter: in omi sapientia docētes ⁊ cōmouentes vosmet ipsos in psalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis spiritualib⁹ in gratia cantātes in cordibus vestris deo. Om̄e qđcūqȝ facitis in verbo aut in opere: oīa in noīe dñi nostri iesu christi facite. Grās agentes deo ⁊ patri p iesum xp̄m: dñm nostrū. R. Timebūt gentes nomen tuū dñe et oēs reges terre gloriā tuā. V. Quoniā edificauit dñs syon et videbitur in maiestate sua. Alleluia. V. Dñs regnauit exultet terra letentur insule multe. Prosa nulla. Scdm Mattheum. xiij.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolam hāc. Simile est regnū celorū homini q̄ seminauit bonū semen i agro suo Cū aūt dormirēt hoīes: venit inimic⁹ ei⁹ ⁊ supseminauit zizania in medio tritici: ⁊ abijt. Cū autē creuisset herba ⁊ fructum fecisset: tūc apparuerūt ⁊ zizania. Accedētes aūt serui prisfamilias: dixerūt ei. Dñe. nōne bonū semē seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimic⁹ hō hoc fecit. Serui aūt dixerunt ei. Uis: im⁹ ⁊ colligimus ea? Et ait. Nō. Ne forte colligētes zizania eradicetis simul cū eis et triticū. Sinite vtraqȝ crescere vsqȝ ad messē: et in tpe messis. dicā messorib⁹. Colligite primū zizania: ⁊ alligate ea in fasciculos ad cōburēdū: triticū aūt ↄgregate i horreū meū. Credo. Offr. Dextera dñi fecit virtutē dextera dñi exaltauit me/nō moriar sed viuā et narrabo opera dñi. Secreta.

HOstias tibi dñe placatiōis offerimus. vt ⁊ delicta nr̄a miserat⁹ absoluas. ⁊ nutācia corda tu dirigas. P. Cō. Mirabāt oēs de his q̄ pcedebāt de ore dei. Postcōio

QUesum⁹ omps de⁹: vt illi⁹ salutaris capiam⁹ effectū: cui⁹ p hec mysteria pignus accepimus. Per. ¶ Feria quarta. Secundum Mattheum. xi.

IN illo tpe. Respōdēs iesus dixit. Cōfitebor tibi pater dñe celi et terre: q̄ abscōdisti hec a sapiētib⁹ et prudētib⁹/et reuelasti ea paruulis. Ita pater: qm̄ sic fuit placitū ante te. Oīa michi tradita sunt: a pr̄e meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neqȝ patrem q̄s nouit nisi filius. ⁊ cui voluerit fili⁹ reuelare. Uenite ad me oēs q̄ laboratis/et onerati estis/⁊ ego reficiā vos. Tollite iugū meum super vos: ⁊ discite a me/quia mitis sū et humilis corde. et inuenietis requiē aīabus vr̄is. Iugū eni meū suaue est: et on⁹ meū leue. ¶ Sabbato ante lxx. ad missā vel ad me

moriã si missa nõ fiat de tpe. Oro

COnserua ppl'm tuũ de⁹: et noi tuo fac deuotũ vt diuinis subiect⁹ officijs: et tpalia viriliter agat: ⁊ eterna dona percipiat. Per dominum. Secreta.

HEc nos oblatio deus mundet/qs: et renouet et gubernet ⁊ ptegat. Per dñm. Postcõio

CElestibus dñe pasti delicijs qs: vt semp eadẽ p quo vera citer viuim⁹ appetam⁹. Per dñm

¶ Dominica in .lxx. Introitus.

CIrcundederũt me gemit⁹ mortis dolores iferni circũdederũt me: et in tribulatione mea iuocaui dñm et exaudiuit de tẽplo sacto suo vocẽ meã. Ps Diligã te dñe fortitudo mea: dñs firmamẽtũ meũ ⁊ refugiũ meũ ⁊ liberator meus. Glia pa. Nõ dicit Glia in excel. vsq ad pascha ꝑterq̃ i die purificatiõis et annũciationis. ⁊ in ecclia parisiẽsi sabbato post Letare. qñ fit missa de lacte btẽ marie.

PReces populi tui Orem⁹. qs dñe clemẽter exaudi: vt qui iuste p pctis nr̃is affligimur: p tui nois glia misericorditer liberemur. Per dominũ. Memoria sctõr si occurrat. et de btã maria si ante purificationẽ fuerit.

Ad Corinthios. i.ix.ca.

FRatres. Nescitis q hi qui in stadio currunt: oẽs qdẽ currũt: sed vnus accipit brauiũ. Sic currite: vt ɔprehẽdatis. Ois enĩ qui in agone ɔtẽdit: ab omib⁹ se abstinet. Et illi quidẽ vt corruptibilẽ coronã accipiant: nos aũt incorruptã. Ego igit sic curro: nõ quasi in icertum. Sic pugno: nõ qsi aerem verberãs. Sed castigo corpus meũ/et in seruitutẽ redigo ne forte cũ alijs p̃dicauerim/ipe reprob⁹ efficiar. Nolo enĩ vos ignorare fratres: qm̃ p̃res nr̃i oẽs sub nube fuerũt. ⁊ oẽs mare trãsierũt et omẽs in moyse baptizati sũt in nube et i mari. Et oẽs eadẽ escam spiritalẽ mãducauerũt: ⁊ oẽs eundem potũ spiritalẽ biberũt. Bibebãt autẽ de spirituali: ɔsequẽte eos petra. Petra autẽ: erat xp̃us. ℟. Adiutor in opportunitatib⁹ in tribulatione sperẽt in te qui nouerũt te qm̃ nõ derelinquis querẽtes te dñe. ℣. Qm̃ nõ in finẽ obliuio erit pauperis patientia pauperũ non peribit in eternũ/ exurge domine non preualeat homo. Tractus.

DE pfũdis clamaui ad te dñe dñe exaudi vocẽ meã. ℣. Fiãt aures tue intẽdentes in orõnẽ serui tui. ℣. Si iniqtates obseruaueris dñe dñe qs sustinebit. ℣. Quia apud te ꝓpiciatio est et propter legẽ tuã sustinui te dñe. ¶ Per eb domadã nõ dicit tractus. et sic deinceps. Scdm Mattheũ. xx.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolam hãc. Simile est regnũ celor homi p̃rifamilias: q̃ exijt primo mane ɔducere operarios in vineã suã. Conuẽtione autẽ facta cũ operarijs ex denario diurno: misit eos in vineam suã Et egressus circa horã terciã. vidit alios stãtes in foro ociosos: et illis dixit. Ite et vos in vineam meã: ⁊ quod iustũ fuerit dabo vobis. Illi aũt abierũt. Iterũ

autē exijt circa sextā ⁊ nonā horā:
et fecit similiter. Circa vndecimā
vero exijt: ⁊ iuenit alios stātes: et
dicit illis. Quid hic statis tota die
ociosi? Dicūt ei. Quia nemo nos cō-
duxit. Dicit illis. Ite et vos in vi-
neā meā. Cū sero autē factū esset:
dicit dñs vinee: procuratori suo.
Voca operarios. et redde illis mer-
cedē: incipiēs a nouissimis vsqȝ ad
primos. Cū venissent ergo q̄ circa
horā vndecimā venerant: accepe-
rūt singulos denarios. Venientes
autē ⁊ primi: arbitrati sūt q̄ plus
essent accepturi. Acceperūt aūt et
ipsi singulos denarios. Et accipi
entes. murmurabāt aduersus pa
trēfamilias dicētes. Hi nouissimi
vna hora fecerūt: et pares illos no-
bis fecisti. q̄ portauim⁹ pōdus di-
ei ⁊ estus? At ille respōdēs vni eo-
rū: dixit. Amice: nō facio tibi iniu
riā. Nōne ex denario ɔuenisti me
cū? Tolle qđ tuū est et vade. Vo-
lo autē et huic nouissimo dare: si-
cut ⁊ tibi. An nō licet michi quod
volo facere? An ocul⁹ tu⁹ neqȝ est:
quia ego bonus sū? Sic erūt nouissi
mi primi: et p̄mi nouissimi. Mul-
ti eni sūt vocati: pauci vero electi.
Credo. Offer. Bonū est cōfiteri dño
et psallere nomi tuo altissime. Secre.
Muneribus nr̄is q̄s dñe p̄ci
busqȝ susceptis: et celestib⁹
nos mūda mysterijs: ⁊ clementer
exaudi. P do. Coio. Illumina faciē
tuā sup seruū tuū ⁊ saluū me fac in tua
mia dñe nō cōfundar qm̄ inuocaui te.
Fideles tui de⁹ p [Postcō.
tua dona firmētur: vt ea-
dē ⁊ pcipiēdo reqrant: et querēdo
sine fine pcipiant. P do. ¶ Feria
quarta. Ad Hebreos. iiij.
Fratres. Festinem⁹ igredi
in illā requiē: vt ne in idip
sū q̄s incidat icredulitatis exēplū
Viuus est eni sermo dei et efficax.
et penetrabilior omi gladio anci-
piti: et ptingēs vsqȝ ad diuisionē
aīe ac spūs: cōpagū quoqȝ ac me-
dullarū: et discretor cogitationū:
et intentionū cordis. Et nō est vl-
la creatura iuisibilis: in cōspectu
ei⁹. Oia eni nuda ⁊ apta sunt ocu
lis ei⁹. ad quē nobis sermo. Habē
tes ergo pontificē magnū q̄ pene-
trauit celos iesū filiū dei: teneam⁹
spei nr̄e cōfessionē. Non eni habe-
mus pōtificem q̄ nō possit cōpati
infirmitatib⁹ nr̄is: tētatū autē p
omnia p similitudine absqȝ pctō.
Adeam⁹ ergo cū fiducia ad thro-
nū gratie eius: vt miam cōsequa-
mur: et grām inueniam⁹ in auxi-
lio opportuno. P iesū xp̄m dñm
nr̄m. Scdm Marcū. ix.ca.
In illo tēpe. Egressus iesus
ibat p galileā: nec volebat
quenq̄ scire. Docebat aūt discipu
los suos: ⁊ dicebat illis. Qm̄ fili⁹
hoīs tradet in man⁹ hoim: ⁊ occi
dēt eū. Et occisus: tercia die resur-
get. At illi ignorabāt verbū: et ti-
mebāt eū iterrogare. Et venerūt
capharnaū. Qui cū domi essent: i
terrogabat eos. Quid in via tra-
ctabatis? At illi tacebant. Siqui
dē in via inter se disputauerāt: q̄s
esset illorū maior. Et residēs voca
uit duodecim. Et ait illis. Si q̄s

vult primus esse: erit oīm nouissimus. et oīm minister. Et accipiēs puerū/statuit eū in medio eorum: quē cū complexus esset / ait illis. Quisquis vnū ex huiusmodi pueris receperit in noīe meo: me recipit. Et quicūq͡ȝ me susceperit: non me suscipit: sed eum qui misit me.

¶ Feria sexta. Scdm Lucam. ix

In illo tpe. Factū est cū cōplerent̄ dies assūptionis iesu: ⁊ ipe faciē suā firmauit/ vt iret in hirlm. Et misit nūcios ante cōspectū suū: et eūtes intrauerūt in ciuitatē samaritanoꝝ/ vt pararēt illi. Et nō receperūt illū: q2 facies ei⁹ erat euntis hirlm. Cū vidissēt autē eū discipuli ei⁹: iacobus et iohānes dixerūt. Dñe. vis dicimus vt ignis descēdat de celo. et consumat illos? Et cōuersus icrepauit illos dicēs. Nescitis cui⁹ spiritus estis. Fili⁹ hoīs nō venit aīas pdere: sed saluare. Et abierunt: in aliud castellū. ¶ Dñica i sexagesima

Exurge quare obdormis dñe exurge ⁊ ne repellas in finē: quare faciē tuā auertis/obliuisceris tribulationē nr̄am adhesit in terra venter noster: exurge dñe adiuua nos/ et libera nos. Offm. ps. De⁹ aurib⁹ nr̄is audiuimus: patres nr̄i annūciauerūt nobis. Gl̄a pr̄i. kyrie el. Nō dr̄. Gl̄a i ex.

Deus q̄ cōspicis/ q2 ex nulla nr̄a actione cōfidim⁹: ɔcede ꝓpici⁹: vt cōtra aduersa omīa doctoris gentium protectione muniamur. Per dominum. Orēm⁹

¶ Ad Corinthios. xj. et. xij.

Fratres. Libēter suffertis insipiētes: cū sitis ipsi sapientes. Sustinetis enī: si q̄s vos in seruitutē redigit. Si q̄s deuorat: si q̄s accipit: si q̄s extollit̄: si q̄s in faciē vos cedit. Scdm ignobilitatē dico: q̄si nos infirmi fuerim⁹ in hac parte. In quo q̄s audet. In insipientia dico: audeo ⁊ ego. Hebrei sūt ⁊ ego. Israelite sūt: et ego Semē abrahe sūt ⁊ ego. Ministri xp̄i sūt ⁊ ego. Ut min⁹ sapiēs dico plus ego. In laborib⁹ plurimis. in carcerib⁹ abūdāti⁹. In plagis supra modū: in mortib⁹ frequēter A iudeis q̄nq̄es q̄dragenas: vna min⁹ accepi. Ter virgis cesus sū. semel lapidat⁹ sū: ter naufragiū feci. Nocte et die in pfūdū maris fui. In itineribus sepe. Periculis fluminū/ periculis latronū/ periculis ex genere/ periculis ex gentib⁹/ periculis in ciuitate/ periculis ī solitudine/ periculis in mari/ periculis in falsis fratrib⁹. In labore et erūna: in vigilijs multis. In fame et siti. ī ieiunijs multis. In frigore et nuditate. Preter illa q̄ extrinsec⁹ sūt: istātia mea quotidiana: sollicitudo oīm eccl̄iaꝝ. Quis infirmat̄: ⁊ ego nō ifirmor? Quis scādalizat̄: ⁊ ego nō vror? Si gloriari oportet: que īfirmitatis mee sūt gl̄iabor. Deus ⁊ pater dñi nostri iesu xp̄i scit: q̄ est bñdict⁹ in secula: q͡ȝ nō mētior. Diuisio.

Damasci ꝑposit⁹ gentis arethe regis. custodiebat ciuitatē damascenoꝝ: vt me ɔprehēderet. Et p fenestrā in sporta dimissus sū p

murũ: et sic effugi manꝰ eius. Si gl'iari oportet: non expedit quidẽ Veniã aũt ad visiones: ⁊ reuelationes dñi. Scio hoiem in xp̄o ãte annos q̃ttuordeci siue in corpore siue extra corpꝰ. nescio deꝰ scit: raptũ huiusmodi vsq; ad terciũ celũ Et scio huiusmodi hominẽ siue in corpe siue extra corpus. nescio deꝰ scit: qm̃ raptꝰ est in paradisũ. ⁊ audiuit arcana verba q̃ nõ licet hoĩ loq̃. Pro huiusmodi gl'iabor: pro me autẽ nichil nisi in ĩfirmitatibꝰ meis. Nã et si voluero gl'iari: nõ ero ĩsipiẽs. Veritatẽ enĩ dicã. Parco aũt: ne quis me existimet supra id qd̃ videt in me: aut audit aliq̃d ex me. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me: datꝰ est michi stimulꝰ carnis mee: angelꝰ sathane q̃ me collaphizet. Propter qd̃ ter dñm rogaui. vt discederet a me: ⁊ dixit michi. Sufficit tibi gr̃a mea Nã virtꝰ in ĩfirmitate pficit̃. Libẽter igit̃ gl'iabor: in ĩfirmitatibꝰ meis: vt ĩhabitet in me: virtꝰ xp̄i. ℟. Sciãt gẽtes qm̃ nomẽ tibi deꝰ tu solus altissimus super omnẽ terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotam ⁊ sicut stipulam ante faciem venti. Tractus.

Commouisti dñe terrã ⁊ cõturbasti eã. ℣. Sana ɔtritiones eiꝰ q2 mota est. ℣. Ut fugiãt a facie arcus vt liberent̃ electi tui. Scdm Lucã. viij.

In illo tpe. Cũ turba plurima: cõueniret ad iesũ: et de ciuitatibꝰ pperarẽt ad eũ: dixit p similitudinẽ. Exijt q̃ seminat: seminare semẽ suũ. Et dũ seminat: aliud cecidit secus viã. ⁊ ɔculcatũ est. et volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit sup petrã: et natũ aruit: q2 nõ habebat humorẽ. Et aliud cecidit iter spinas: et simul exorte spine suffocauerũt illud. Et aliud cecidit in terram bonã: ⁊ ortũ fecit fructũ cẽtuplũ Hec dicẽs clamabat Qui habet aures audiẽdi: audiat. Interrogabant aũt eũ discipuli eius: q̃ esset hec parabola. Quibꝰ ipse dixit. Uobis datũ est nosse mysteriũ regni dei: ceteris aũt in parabolis. vt videntes nõ videãt. et audiẽtes nõ itelligãt. Est aũt hec parabola. Semẽ est verbũ dei. Qui aũt secꝰ viã: hi sũt q̃ audiũt: deinde venit diabolꝰ et tollit verbũ de corde eorũ: ne credẽtes salui fiãt. Nã q̃ supra petrã hi sũt q̃ cũ audierint cũ gaudio suscipiũt verbũ. Et hi radices nõ habẽt q2 ad tẽpus credũt/ ⁊ in tpe tẽtatiõis recedũt. Qd̃ aũt in spinis cecidit: hi sũt q̃ audierũt: et a sollicitudinibꝰ ⁊ diuitijs ⁊ voluptatibus vite eũtes suffocant̃: ⁊ nõ referũt fructũ. Qd̃ aũt in bonã terrã hi sunt q̃ in corde bono et optimo audiẽtes verbũ retinẽt. Et fructũ afferũt: in patiẽtia. Credo. Offer.

Perfice gressus meos in semitis tuis vt nõ moueant̃ vestigia mea/ inclina aurẽ tuã ⁊ exaudi verba mea / mirifica mias tuas q̃ saluos facis sperantes in te dñe.

Secre. Oblatũ tibi dñe sacrificiũ viuificet nos semp: ⁊ muniat. P d. Cõ. Introibo ad altare dei ad deũ q̃ letificat iuuẽtutẽ meã.

Postcõ. Supplices te rogamus omp̄s deꝰ: vt quos tu

is reficis sacramētis: tibi etiā placitis morib⁹ dignāter deseruire cōcedas. P d. Nota q̄ p ebdomadā dē tm̄ vna pars epl'e. ¶ Feria secunda. Secundū Mattheū. xiij.

In illo tpe. Cōgregate sūt ad iesū turbe multe: ita vt naviculā ascendēs sederet. Et oīs turba stabat in littore: ⁊ locut⁹ est eis multa ī parabolis dicēs. Ecce exijt q̄ seminat seminare. Et dū seminat: q̄dā ceciderūt secus viā. ⁊ venerūt volucres ⁊ comederunt ea. Alia aūt ceciderūt in petrosa: vbi nō habebāt terrā multā/⁊ ꝯtinuo exorta sūt. q2 nō habebāt altitudinem terre. Sole aūt orto estuauerūt: et q2 nō habebāt radicē aruerūt. Alia aūt ceciderūt in spinas. et creuerūt spine: ⁊ suffocauerunt ea. Alia aūt ceciderūt in terrā bonā. ⁊ dabāt fructū aliud cētesimū aliud sexagesimū/aliud tricesimū. Qui habet aures audiēdi: audiat ¶ Fer. iij. Scdm Mattheū. xiij.

In illo tpe. Accedētes discipuli ad iesū: dixerūt ei Quare ī parabolis loq̄ris eis? Qui respōdēs: ait illis. Q2 vobis datū ē nosse mysterium regni celoꝝ: illis aūt nō est datū. Qui enī habet dabit' ei: ⁊ abūdabit. Qui aūt nō habet: et quod habet auferet' ab eo. Uos ergo audite parabolā seminātis. Oīs q̄ audit verbū regni. ⁊ nō ītelligit: venit malus et rapit qd̄ seminatū est in corde eius. Hic est q̄ secus viā: seminatus est. Qui autē supra petrosa seminat⁹ est: hic est q̄ verbū audit: ⁊ ꝯtinuo cū gaudio suscipit illud. Non aūt habet in se radicē: sed est tpalis. Facta aūt tribulatiōe et psecutiōe ꝓpter verbū: ꝯtinuo scādalizat'. Qui autē est seminat⁹ in spinis: hic est q̄ verbū dei audit: ⁊ sollicitudo scl'i isti⁹ ⁊ fallacia diuitiaꝝ suffocat verbū et sine fructu efficit'. Qui vo in bonā terrā seminat⁹ est: hic est q̄ audit verbū ⁊ itelligit. ⁊ fructum affert Et facit q̄dē aliud cētesimū. aliud aūt sexagesimū. aliud vero tricesimū. ¶ Feria. iiij. Ad Hebreos. xij

Fratres. Recogitate dn̄m iesū xp̄m. q̄ talē sustinuit a pctōrib⁹ aduersus semetip̄m ꝯtradictionē: vt ne fatigemini animis vestris deficiētes. Nōdū enī vsq3 ad sāguinē restitistis aduersus pctm̄ repugnātes: ⁊ obliti estis ꝯsolationis q̄ vobis tanq̄ filijs loquit' dicēs Fili mi. noli negligere disciplinā dn̄i: neq3 fatigeris dū ab eo argueris. Quē enī diligit dn̄s: castigat. Flagellat aūt oēm filiū: quē recipit In disciplina pseuerate: tāq̄ filijs vobis se offert de⁹. Quis enī fili⁹: quem nō corripit pater? Qd̄ si extra disciplinā estis: cuius participes facti estis? Omēs ergo adulteri: ⁊ nō filij estis. Deīde patres q̄dē carnis nr̄e habuim⁹ eruditores: et reuerebamur eos. Nō multomagis obtēperabimus prī spūum: ⁊ viuem⁹. Se. marcū. iiij

In illo tpe. Congregata est ad iesū turba multa: ita vt in naui ascēdēs sederet ī mari. Et oīs turba circa mare sup terram erat: ⁊ docebat illos in parabolis

multa. et dicebat illis in doctrina sua. Audite. Ecce exijt seminans: ad seminādū. Et dū seminat: aliud cecidit circa viā. et venerunt volucres celi: ⁊ comederūt illud. Aliud vero cecidit super petrosa/ vbi nō habuit terrā multā: ⁊ stati exortū est: qm̄ nō habebat altitudinē terre. Et qn̄ exort⁹ est sol exestuauit: Et eo ꝙ nō habebat radicē exaruit. Et aliud cecidit i spinas. ⁊ ascēderūt spine/ et suffocauerūt illud: ⁊ fructū nō dedit. Et aliud cecidit in terrā bonā: ⁊ dabat fructū ascēdētē et crescētē. Et afferebat: vnū triginta. et vnū sexaginta. ⁊ vnū centū. Et dicebat. Qui habet aures audiendi: audiat. ℂ Feria qnta. Scd̄m Marcum. iiij. ca.

In illo tpe. Accesserunt ad iesum scribe ꝛ pharisei dicētes. Magister: volum⁹ a te signū videre. Qui respōdēs ait illis. Generatio mala ꝛ adultera signum querit / ꝛ signū non dabitur ei: nisi signū ione prophete. Sicut enī fuit ionas in vētre ceti tribus diebus et tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre: trib⁹ diebus et tribus noctib⁹. Uiri niniuite surgēt in iudicio cum generatione ista / ꝛ condēnabunt eam quia penitentiā egerunt in predicatiōe ione. Et ecce plusq̄ iona hic Regina austri surget ī iudicio cū generatione ista / et condemnabit eam: quia venit a finib⁹ terre audire sapientiam salomonis. Et ecce plusq̄ salomon hic. Cū autem spiritus immundus exierit ab homine: ambulat p loca arida querens requiē / ꝛ non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domū meā: vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantē: scopis mundatā ꝛ ornatam. Tunc vadit ꝛ assumit septē alios spiritus secum nequiores se et intrantes habitant ibi. Et fiūt nouissima hoīs illius / peiora prioribus. Sic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fratres stabāt foris: querētes loqui ei. Dixit aūt ei quidā. Ecce mater tua ꝛ fratres tui foris stāt: querētes te. At ipse respōdens: dicenti sibi ait Que est mater mea: ꝛ qui sūt fra-

tres mei. Et extendēs manum in discipulos suos: dixit. Ecce mater mea ꝛ fratres mei. Quicūqꝫ enī fecerit volūtatē patris mei q̄ in celis ē: ipse meᵘ frater: ꝛ soroꝛ et mater est. Offꝛ. Meditaboꝛ in mādatis tuis que dilexi valde ꝛ leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Hostias tibi dn̄e placatiōis offerimus: vt ꝛ delicta nr̄a miseratᵘ absoluas: ꝛ nutātia corda tu dirigas. Per dn̄m. Prefatio Qui corpoꝛali. Cōio. Intellige clamoꝛē meū intēde voci oꝛationis mee rex meus et deus meus qm̄ ad te oꝛabo dn̄e Postcōio.

Tui dn̄e q̄s per ceptiōe sacramēti: ꝛ a nr̄is mūdemur occultis: ꝛ ab hostiū liberemur īsidijs. P d. Sup ppl̄m. Oꝛemᵘ Humiliate capita vr̄a deo

Mentes nr̄as q̄s dn̄e lumine tue claritatꝭ illustra: vt videre possimᵘ que agēda sunt: et que recta sunt agere valeamᵘ. P dn̄m. ¶ Feria quinta. Introitus

Confessio et pulchritudo ī cōspectu eius sctitas ꝛ magnificētia in sctificatione eius. ps. Cantate dn̄o canticū nouum cantate dn̄o om̄is terra. Glia pr̄i. Oꝛemus. Flectamus genua leuate.

Deuotionem ppl̄i tui q̄s dn̄e benignᵘ intēde: vt q̄ p abstinētiā macerant̄ in corpe: p fructū boni opis reficiant̄ in mēte. P do. Lectio Esdre pphete. neemie. j.

In diebᵘ ilł. Oꝛauit esdras dicēs. Queso dn̄e deᵘ celi fortis magne atqꝫ terribilis: q̄ custodis pactū ꝛ miam cū his qui te diligūt ꝛ custodiūt mandata tua: fiant aures tue auscultātes: ꝛ oculi tui apti: vt audias oꝛationem serui tui, quam ego oꝛo corā te hodie nocte ꝛ die p filijs isrł seruis tuis: ꝛ ꝯfiteboꝛ p pctīs filioꝝ israel qui bus peccauerūt tibi. Memēto verbi qđ mādasti moysi famulo tuo dicēs. Cū transgressi fueritis: ego disperdā vos in ppłos: ꝛ si reuertamini ad me: ꝛ custodiatis precepta mea: ꝛ faciatis ea: etiam si adducti fueritꝭ ad extrema celi: inde ꝯgregabo vos, ꝛ reducā vos in locū quē elegi: vt habitaret nomen meū ibi. Et ipsi serui tui ꝛ ppłs tuus quos redemisti in foꝛtitudine tua magna: et in manu tua valida. Obsecro dn̄e sit auris tua intēdēs ad oꝛationē serui tui ꝛ ad oꝛationē seruoꝝ tuoꝝ q̄ volūt timere nomen tuū: ꝛ dirige seruū tuū hodie. Et da miam ppło tuo: dn̄e deus nr̄. R. Custodi me dn̄e vt pupillā oculi: sub vmbꝛa alarū tuaꝝ ptege me. V. De vultu tuo iudiciū meū pdeat oculi tui videāt eq̄tates. Sc̄d. Mattheū.

In illo tpe. Egressus iesus secessit in partes tyri ꝛ sidonis. Et ecce mulier chananea a finibᵘ illis egressa: clamauit dicens ei. Miserere mei dn̄e fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non respōdit ei verbū. Et accedentes discipuli eius: rogabant eum dicētes. Dimitte eam: qꝛ clamat post nos. Ipse autē respondens ait Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. At illa venit: ꝛ adoꝛauit eū dicēs

Dn̄e: adiuua me. Qui respondēs ait. Non est bonū sumere panē filioꝝ: et mittere canib⁹. At illa dixit. Etiā dn̄e. Nā ꝛ catelli edūt de micis q̄ cadūt de mensa dn̄oꝝ suorū. Tūc respondens iesus: ait illi. O mulier/magna est fides tua: fiat tibi sicutvis. Et sanata est filia ei⁹: ex illa hora. Offr. Immittit angel⁹ dn̄i in circuitu timentiū eū et eripict eos gustate ꝛ videte qm̄ suauis est dn̄s.

Sacrificia q̄s dn̄e Secreta. ꝯpensius nos ista restaurēt que medicinalib⁹ sunt instituta ieiunijs. Per do. Prefatio. Qui corporali. Cōio. Panis quē ego dedero caro mea est ꝑ seculi vita. Post cōio.

Tuoꝝ nos dn̄e largitate donoꝝ: ꝛ tēporalibus attolle presidijs: ꝛ renoua sempiternis. Per dn̄m. Sup ppl̄m. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Da q̄s dn̄e populis xp̄ianis et q̄ ꝓfitent agnoscere: et celeste munus diligere qd̄ frequētāt ꝑ dn̄m. ¶ Feria sexta. Introit⁹.

De necessitatib⁹ meis eripe me dn̄e vide humilitatem meā ꝛ laborē meū ꝛ dimitte om̄ia peccata mea. ps. Ad te dn̄e leuaui animā meā: deus meus in te confido non erubescā. Gloria p̄ri. Orem⁹. Flectamus genua leuate.

Esto dn̄e ꝓpici⁹ plebi tue: et quā facis tibi esse deuotam benigno refoue miserat⁹ auxilio. ꝑ do. Lcō ezechielis ꝓphete. xviij.

Hec dicit dn̄s deus. Anima que peccauerit: ipsa morieꝛ Filius nō portabit iniquitatē patris: et pater non portabit iniquitatē filij. Iusticia iusti sup eū erit: et impietas impij sup eū erit. Si aūt impius egerit penitētiā ab oībus pctis suis que opat⁹ est: ꝛ custodierit oīa p̄cepta mea: ꝛ fecerit iudiciū ꝛ iusticiā: vita viuet et nō morieꝛ. Oīm iniquitatū ei⁹ quas opatus est: nō recordabor. In iusticia sua quā opat⁹ est viuet. Nūquid volūtas mea est mors impij dicit dn̄s de⁹: et non vt cōuertaꝛ a vijs suis et viuat? Si autē auerterit se iustus a iusticia sua: ꝛ fecerit iniquitatē scd̄m oēs abhomiationes quas opari solet impius: nūquid viuet? Oēs iusticie ei⁹ quas fecerat non recordabunꝛ. In preuaricatione qua preuaricat⁹ est: ꝛ in peccato suo qd̄ peccauit: in ip̄is morieꝛ. Et dixistis. Non est equa via dn̄i. Audite dom⁹ isrl̄. Nunquid via mea non est equa: ꝛ non magis vie vestre praue sunt? Cū eni auerterit se iust⁹ a iusticia sua: et fecerit iniquitatē: morieꝛ in eis. In iniusticia quā opatus est morietur. Et cū auerterit se impi⁹ ab impietate sua quā operatus est: et fecerit iudiciū ꝛ iusticiā/ ipse aīam suā viuificabit. Considerās eni et auertēs se ab oīb⁹ iniq̄tatib⁹ suis quas opatus est: vita viuet/ et nō morieꝛ. Dicit dn̄s: oīps. R. Saluū fac seruū tuū de⁹ meus sperātē in te. V. Aurib⁹ pcipe dn̄e orōnē meā. Tract⁹.

Domine non secundū peccata nostra que fecimus nos neq̧ secundū iniquitates n̄ras retribuas nobis. V. Dn̄e ne memineris iniquitatū nostrarū

antiquarū cito anticipent nos misericordie tue qꝛ pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et ꝓpter gloriā nois tui dñe libera nos ⁊ ꝓpicius esto peccatis nostris ꝓpter nomen tuum. Secundū Johannem. v.

In illo tpe. Erat dies festus iudeoꝝ: ⁊ ascendit iesus hierosolymā. Est autē hierosolymis ꝓbatica piscina q̄ cognominatur hebraice bethsaida/ q̄nqꝫ porticus habēs. In his iacebat multitudo magna languētiū cecoꝝ/claudoꝝ aridoꝝ expectātium aque motū. Angelus autē dñi/ scd̄m tēpus descēdebat in piscinā: ⁊ mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinā post motionē aque: sanus fiebat a quacunqꝫ detinebat infirmitate. Erat aūt quidā homo ibi trigita ⁊ octo annos habēs/in infirmitate sua. Hūc cum vidisset iesus iacentē/ ⁊ cognouisset qꝛ multū iam tēpus haberet: dicit ei Uis sanus fieri? Respōdit ei languid⁹ Dñe: hominē nō habeo/ vt cū turbata fuerit aqua: mittat me in piscinā. Dū venio eni ego: alius ante me descēdit. Dicit ei iesus. Surge tolle grabatū tuū: et ambula. Et statim sanus fact⁹ est homo ille: ⁊ sustulit grabatū suū/ ⁊ ambulabat. Erat aūt sabbatū: i illo die Dicebāt ergo iudei: illi qui sanus fuerat fact⁹. Sabbatū est: non licet tibi tollere grabatū tuum. Respondit eis. Qui me sanū fecit ille michi dixit: tolle grabatū tuum ⁊ ambula. Interrogauerunt ergo eū/ quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabatū tuū et ambula? Is autē qui sanus fuerat effectus: nesciebat q̄s esset. Jesus eni declinauit a turba ꝯstituta in loco. Postea inuenit eū iesus in templo ⁊ dixit ei. Ecce sanus fact⁹ es: iam noli peccare: ne deterius aliquid tibi contingat. Abijt ille homo: ⁊ nūciauit iudeis/ qꝛ iesus esset: qui fecit eū sanum. Offerto. Benedic anima mea domino ⁊ noli obliuisci omnes retributiones eius et renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secreta.

Suscipe q̄s domine munera nostris oblata sacrificijs: ⁊ tua ꝓpici⁹ dona sctifica. P d. Prefatio. Qui corporali. Cōio. Erubescāt ⁊ ꝯturbent̄ oēs inimici mei auertantur retrorsū ⁊ erubescāt valde velociter. Post cōio.

Per huius dñe opationē mysterij: et vicia nostra purgent̄: et iusta desideria cōpleant̄. P do. Sup pplm. Oremus. Humiliate capita vr̄a deo.

Exaudi nos misericors de⁹: ⁊ mētib⁹ nr̄is gr̄e tue lumen ostēde. P d. ¶ Sabbato. Introi.

Intret oratio mea in ꝯspectu tuo/ iclina aurē tuā ad precē meā dñe. ps. Dñe de⁹ salutis mee in die clamaui: ⁊ nocte corā te. Gl̄ia pr̄i. sine Dn̄s vobiscū. Oremus. Flectam⁹ genua leuate. Et sic in seq̄ntib⁹. Nec vertit se sacer.

Populū tuū q̄s dñe ꝓpicius respice: atqꝫ ab eo flagella tue iracūdie clemēter auerte. Per do. Lcō libri deuteronomij. xxvj.

In diebus illis Locutus est moyses ad dn̄m dicens. Re

spice domine de sanctuario tuo/ et de excelso celorū habitaculo/ et benedic ppl'o tuo israel/ et terre quā dedisti nobis/ sicut iurasti patrib⁹ nr̄is: terre lacte et melle mananti. Audi israel: hodie dn̄s deus tuus precepit tibi vt facias mādata hec atqꝫ iudicia: ⁊ custodias/ ⁊ impleas ex toto corde tuo: et ex tota aīa tua. Dn̄m elegisti hodie vt sit tibi deus: ⁊ ambules in vijs eius: ⁊ custodias cerimōias illi⁹/ ⁊ mādata atqꝫ iudicia: ⁊ obedias eius imperio. En dn̄s elegit te hodie: vt sis ei ppl'us peculiaris. Sicut locut⁹ est tibi ⁊ custodias oīa precepta illius: et faciat te excelsiorem cūctis gentib⁹: quas creauit in laudē/ et nomen et gloriā suā. Ut sis ppl'us scūs dn̄i dei tui: sicut locut⁹ est tibi. ℞. Propicius esto dn̄e pctis nostris nequādo dicāt gentes vbi est deus eoꝝ. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorē nois tui dn̄e libera nos. Orem⁹. Flectamus genua leuate

Deus q̄ nos in tātis periculis cōstitutos pro humana scis fragilitate nō posse subsistere/ da nobis salutē mētis ⁊ corporis. vt ea que pro peccatis nostris patimur te adiuuante vincamus. P dn̄m. Lcō libri deuteronomij. xj.

In diebus illis. Dixit moyses filijs isrl'. Si custodieritis mādata q̄ ego precepio vobis/ ⁊ feceritis ea: vt diligatis dn̄m deum vestrū: ⁊ ambuletis in oīb⁹ vijs ei⁹ adherētes ei: disp̄det dn̄s oēs gētes istas ante faciē vestrā: ⁊ possidebit/ eas q̄ maiores et fortiores vobis sunt. Ois locus quē calcauerit pes vester: vester erit. A deserto ⁊ libano: et flumine magno eufrate vsqꝫ ad mare occidentale: erūt termini vr̄i. Null⁹ stabit cōtra vos. Terrorē vr̄m ⁊ fortitudinē dabit dn̄s de⁹ vester: sup omnē terrā quā calcaturi estis: sicut locut⁹ est vobis. ℞. Protector nr̄ aspice deus ⁊ respice sup seruos tuos. ℣. Dn̄e de⁹ virtutū exaudi preces seruoꝝ tuorū. Orem⁹. Flectamus genua leuate

Protector noster aspice de⁹/ vt qui peccatoꝝ nr̄oꝝ pondere premimur: pcepta misericordia libera tibi mente seruiam⁹. P dn̄m. Lcō libri Machabeoꝝ. ij.j.

In dieb⁹ illis. Orationē faciebant sacerdotes: dū offerent sacrificiū p populo israel. Jonata inchoāte: ceteris autē respōdētibus et dicētibus. Benefaciat vobis de⁹: ⁊ meminerit testamēti sui: qđ ad abrahā isaac et iacob locut⁹ est seruoꝝ suorū fideliū: ⁊ det vobis cor omibus: vt colatis eū ⁊ faciatis eius voluntatē corde magno et aīo volēti. Adaperiat dn̄s cor vestrū in lege sua: ⁊ in pceptis suis/ ⁊ faciat pacē. Exaudiat orōnes vr̄as et recōsilietur vobis: nec vos deserat ī tpe malo: dn̄s de⁹ nr̄. ℞. Cōuerte dn̄e aliquantulū ⁊ deprecare super seruos tuos. ℣. Dn̄e refugiū factus es nobis a generatione ⁊ progenie. Orem⁹. Flectamus genua leuate

Adesto q̄s dn̄e supplicatiōibus nr̄is: vt esse te largiēte mereamur: ⁊ inter p̄spera humiles: ⁊ inter aduersa securi. P dn̄m

Lcō li. Sapie. Ecclsiastici.xxxvj

MIserere nostri dn̄e deꝰ oīm et respice nos: ⁊ ostēde nobis lucē miserationū tuaꝝ. Et immitte timorē tuū sup gētes: q̄ non exquisierūt te. Ut cognoscāt ꝙ nō est deꝰ nisi tu: vt enarrēt magnalia tua. Alleua manū tuā sup gentes alienas: vt videāt potentiā tuam. Sicut eni in ɔspectu eoꝝ sctificatus es in nobis: sic in cōspectu nr̄o magnificaberis in eis: vt cognoscāt te sicut ⁊ nos agnouimꝰ: qꝛ non est deꝰ pꝛeter te dn̄e. Innoua signa: ⁊ imuta mirabilia. Glorifica manū/⁊ bꝛachiū dextrū. Excita furorē: ⁊ effunde irā. Extolle aduersariū: ⁊ affligе inimicū. Festina tp̄s/⁊ memēto finis: vt enarrēt mirabilia tua. Dn̄e deꝰ nr̄. ℟. Saluū fac ppl'm tuū dn̄e ⁊ bn̄dic hereditati tue. ℣. Ad te dn̄e clamabo deꝰ meꝰ ne sileas a me ⁊ ero similis descēdētibꝰ in lacū. Oremꝰ. Flectamꝰ ge. leuate.

PReces ppl'i tui q̄s dn̄e clemēter exaudi: vt qui iuste pꝛo pctīs nr̄is affligimur: ꝓ tui noīs gl'ia misericoꝛditer liberemur. Per dn̄m. Lectio. Angelus dn̄i. quere in aduētu post do.iij. Tractus.

BEnedictus es in firmamento celi et laudabilis ⁊ gl'iosus in secula. ℣. Benedicite oīa opa dn̄i dn̄o benedicite celi dn̄o. ℣. Benedicite angeli dn̄i domino hymnū dicite et superexaltate eū in scl'a. ℣. Benedicite anania azaria misael dn̄o hymnū dicite ⁊ superexaltate cum in secula. Hic sacerdos vertit se dicēs Dn̄s vobiscū. Oremus. Non dicitur Flectamus genua leuate.

DEus qui tribus pueris mitigasti flāmas igniū/ concede ꝓpicius: vt nos famulos tuos non exurat flāma vicioꝝ. Per dominū. Ad Thessalonicēses. j. v.

FRēs. Rogamus vos coꝛripite inq̄etos ɔsolamini pusillanimes/suscipite infirmos/patientes estote ad omēs. Uidete ne quis malū ꝓ malo alicui reddat: sed semp qđ bonū est sectamini in inuicē ⁊ in oēs. Semp gaudete: sine intermissione oꝛate: in omībus gratias agite. Hec est eni volūtas dei in xp̄o iesu: in oībꝰ vobis. Spiritum nolite extinguere: ꝓphetias nolite spernere. Omīa autē ꝓbate: qđ bonū est tenete: ab omī specie mala abstinete vos. Ipse autē deꝰ pacis sctificet vos ꝑ oīa: vt integer sp̄us vester/⁊ aīa ⁊ coꝛpus sine querela in die aduētus dn̄i nostri iesu chꝛisti: seruetur. Tractus

LAudate dn̄m omnes gentes et collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniā cōfirmata est sup nos misericoꝛdia eius ⁊ veritas dn̄i manet in eternum. Secundū Mattheū. xvij.

IN illo tempoꝛe. Assumpsit iesus petrum/et iacobum/⁊ iohannē fratrē eius: et duxit illos in montem excelsum seoꝛsum. Et trāsfiguratus est ante eos. Et resplēduit facies eius sicut sol: vestimēta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt eis moyses ⁊ helyas: cum eo loquentes. Respondēs autē petrus dixit ad iesum. Dn̄e: bonum est nos hic esse si vis faciamꝰ hic tria taberna

cula. Tibi vnū / moysi vnū / et helye vnum. Adhuc eo loquēte: ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube dicēs. Hic est fili⁹ me⁹ dilect⁹: in quo michi bene cōplacui ipm audite. Et audiētes discipuli ceciderūt in faciē suā: et timuerūt valde. Et accessit iesus et tetigit eos: dixitqꝫ eis. Surgite et nolite timere. Leuātes autē oculos suos: neminē viderūt / nisi solum iesum. Et descēdentib⁹ illis de mōte: precepit illis iesus dicēs. Nemini dixeritis visionē: donec fili⁹ hois: a mortuis resurgat. Offer. Dn̄e de⁹ salutis mee in die clamaui et nocte corā te i(n)tret oro mea i cōspectu tuo dn̄e. Secre.

Presentib⁹ sacrificijs dn̄e ieiunia nr̄a sctifica: vt qđ obseruātia nr̄a extrinsecus pfitet: intrinsecus operet. P dn̄. Prefatio. Qui corporali. Cōio. Dn̄e de⁹ meus in te speraui libera me ab oib⁹ psequētibus me et eripe me. Post cōio.

Sanctificatiōibus tuis ops de⁹ / et vicia nr̄a curent: et remedia nobis eterna pueniant. P dn̄. Nō dicit Humiliate. Orem⁹.

Ab oibus nos qs dn̄e pctis ppiciat⁹ absolue: vt percepta venia pctōꝝ: liberis tibi mentibus seruiamus. P dn̄m.

¶ Dn̄ica scd̄a quadragesime. Introitus

Reminiscere miserationū tuarū dn̄e: et mie tue q a sclo sunt ne vnq̄ dominētur nobis inimici nr̄i / libera nos deus israel ex oibus angustijs nr̄is. Ps. Ad te dn̄e leuaui aiam meā: de⁹ meus in te confido non erubescā. Gloria patri. Kirieeleyson. Oremus

Deus q cōspicis oi nos virtute destitui interi⁹ exteriusqꝫ custodi: vt ab oib⁹ aduersitatib⁹ muniamur i corpe: et a prauis cogitationibus mūdemur in mente P d. Ad Thessalonicēses. j. iiij.

Fres. Rogamus vos et obsecram⁹ in dn̄o iesu / vt quēadmodū accepistis a nobis: quō oporteat vos ambulare et placere deo sic et ābuletis vt abūdetis magis. Scitis eni q precepta dederi vobis: p dn̄m iesuꝫ. Hec est eni voluntas dei sctificatio vr̄a: vt abstineatis vos a fornicatiōe: vt sciat vnusquisqꝫ vestrū suū vas possidere in sctificatiōe et honore. Nō in passione desiderij: sicut et gentes q ignorāt deum. Et ne quis supgrediat: neqꝫ circūueniat in negocio fratrē suū: qm̄ vindex ē dn̄s de oibus his: sicut predixim⁹ vobis / et testificati sumus. Nō eni vocauit nos deus in imundiciā: sed in sanctificationē. In xp̄o iesu: dn̄o nr̄o.

De necessitatib⁹ meis Tract⁹. eripe me dn̄e vide humilitatem meā et laborē meū et dimitte oia peccata mea. V. Ad te dn̄e leuaui aiam meā de⁹ me⁹ in te cōfido nō erubescā neqꝫ irrideāt me inimici mei. V. Etenī vniuersi q te expectāt nō cōfundent cōfundant oēs faciētes vana. Reiterat primus versus

Confitemini dn̄o qm̄ Tract⁹. bonus qm̄ in seculū misericordia eius. V. Quis loquet potētias dn̄i auditas faciet oēs laudes ei⁹. V. Beati qui custodiūt iudiciū et faciūt iusticiā in omi tēpore. V. Memēto nr̄i dn̄e in beneplacito

ppl'i tui visita nos in salutari tuo. Nō reiteratur. Scd'm Marcum. ix.

In illo tp'e. Post dies sex assumpsit iesus petrū/ et iacobum/ et iohannē: et duxit illos in montē excelsum solos et trāsfiguratus est corā ipsis. Et vestimēta eius facta sunt splēdida/ & cādida nimis velut nix: qualia fullo non potest super terrā candida facere. Et apparuit illis helyas cū moyse: et erant loquētes cū iesu. Et respondens petrus: ait iesu. Rabbi bonū est nos hic esse. Et faciam⁹ hic tria tabernacula. Tibi vnū/ & moysi vnū/ & helye vnū. Non enī sciebat quid diceret. Erāt enim timore exterriti. Et facta est nubes obūbrās eos: & venit vox de nube dicens. Hic est fili⁹ me⁹ charissim⁹ audite illū. Et statim circūspicientes neminē amplius viderūt: nisi iesum tantū secū. Et descēdentib⁹ illis de mōte: precepit illis ne cuiq̄ q̄d vidissent narrarēt nisi cū filius hominis: a mortuis resurrexerit. Credo. Offr. Meditabor in mādatis tuis que dilexi valde & leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi.

Sacrificijs presentibus q̄s dñe intēde placat⁹ Secreta. vt & deuotioni nr̄e pficiāt & saluti. P do. Cōio. Intellige clamorē meū intēde voci or̄onis mee rex me⁹ et de⁹ meus q̄m ad te orabo dñe. Post cōio.

Supplices te rogamus ōps de⁹: vt quos tuis reficis sacramētis tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire cōcedas. Per do. ¶ Feria scd'a. Introitus

Redime me dñe & miserere mei: pes enī meus stetit in via recta in ecclesijs bñdicam dominū. ps. Judica me dñe q̄m ego in innocētia mea ingressus sum: & in dño sperans non infirmabor. Gl'ia pri. Orem⁹. Flectamus genua leuate

Presta q̄s ōps de⁹: vt familia tua que se affligēdo carne ab alimētis abstinet: sectando iusticiā a culpa ieiunet. Per dñm. Lectio danielis prophete. ix. ca.

In diebus illis. Orauit daniel dicēs. Dñe deus noster qui eduxisti pp'l'm tuū de terra egypti in manu forti: et fecisti tibi nomen scd'm diem hāc: peccauimus/ iniquitatē fecim⁹: dñe in omnē iusticiam tuā. Auertat obsecro ira tua et furor tu⁹ a ciuitate tua hierusalem: et a monte sctō tuo. Propter pctā enī nostra & iniquitates patrū nostrorum: hierusalē & pp'lus tuus in opprobriū sunt oīb⁹: per circuitū nostrū. Nūc ergo exaudi de⁹ noster orationē serui tui/ et preces eius: & ostēde faciē tuā sup sanctuariū tuū: q̄d desertum est. Propter temetipsum deus meus inclina aurē tuā/ & audi: aperi oculos tuos et vide desolationē nostrā: & ciuitatē sup quā inuocatū est nomen tuū. Neq3 enī in iustificationibus nostris psternimus preces ante faciē tuā: sed in miserationibus tuis multis. Exaudi dñe/ placare dñe: attende et fac. Ne moreris pter temetipsum deus meus: q3 nomen tuū inuocatū est sup ciuitatē: & sup populū tuū: dñe de⁹

noster. ℟. Adiutor meus et liberator meus esto dñe ne tardaueris. ℣. Cõfundantur et reuereant inimici mei qui querunt animam meam. **Tractus.**

Domine non secundũ peccata nostra que fecimus nos: neq; secundũ iniquitates nr̃as retribuas nobis. ℣ Dñe ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarũ cito anticipent nos misericordie tue q2 pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et ꝓpter gloriã nõis tui dñe libera nos et ꝓpicius esto pctis nostris propter nomen tuum. **Scdm Johannem.** viij.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorũ. Ego vado. et q̃retis me: et in pctõ vestro moriemini. Quo ego vado: vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nunq̇d iterficiet semetipm: q2 dicit quo ego vado: vos nõ potestis venire? Et dicebat eis iesus. Vos deorsũ estis: ego de supernis sum. Vos de mũdo hoc estis: ego nõ sũ de hoc mũdo. Dixi ergo vobis: q2 moriemini in pctis vr̃is. Si enĩ nõ credideritis q2 ego sum: moriemini in pctõ vestro. Dicebãt ergo ei. Tu q̇s es? Dicit eis iesus. Principiũ qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui: et iudicare. Sed q̇ misit me verax est: et ego q̃ audiui ab eo. hec loquor in mũdo Et nõ cognouerũt: q2 patrẽ ei9 dicebat deum. Dixit ergo eis iesus. Cũ exaltaueritis filiũ hois. tunc cognoscetis q2 ego sũ / et a meipso facio nichil: sed sicut docuit me pr̃ hec loquor. Et q̇ me misit / mecum est: et nõ reliquit me solũ: q2 ego q̃ placita sunt ei: facio semp. **Offer.**

Bñdicã dñm q̇ tribuit michi itellectũ / ꝓuidebã deũ in cõspectu meo semp qm̃ a dextris est michi ne cõmouear. **Secre.**

Hec hostia dñe placationis et laudis tua nos ꝓpiciatione dignos efficiat. P d. **Prefatio.** Qui corpali. **Cõ.** Dñe dñs nr̃ q̃ admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra

Hec nos cõmunio **Postcõ.** dñe purget a crimine: et celestis remedij faciat esse consortes Per dñm. **Sup populũ.** Orem9. Humiliate capita vestra deo.

Adesto supplicatiõib9 nr̃is omps de9. et q̇bus fiduciã sperãde pietatis indulges: ꝯsuete misericordie tribue benign9 effectũ. P dñm. ¶ **Feria. iiij. Introitus.**

Tibi dixit cor meũ quesiui vultũ tuũ / vultũ tuũ dñe requirã: ne auertas faciẽ tuã a me. **ps.** Dñs illuminatio mea et salus mea: quẽ timebo. Orem9. Flectamus genua leuate. **Oratio.**

Perfice q̃s dñe benignus in nobis obseruãtie sctẽ subsidiũ: vt que te auctore facienda cognouim9. te operãte ipleam9. P d

Lectio libri Regum. tercij. xvij.

In dieb9 illis. Fact9 est sermo dñi. ad helyã tesbitẽ dicens. Surge et vade in sarepta sidoniorũ: et manebis ibi. Precepi enĩ ibi mulieri vidue: vt pascat te Surrexit / et abijt in sareptã. Cũ q; venisset ad portã ciuitatis: apparuit ei mulier vidua colligẽs ligna. Et vocauit eã: dixitq; ei. Da michi paululũ aq̃ in vase: vt bibã

Cũq3 illa pergeret vt afferret: clamauit post tergũ ei⁹ dicẽs. Affer michi obsecro et buccellã panis: in manu tua. Que respondit. Viuit dñs de⁹ tu⁹: q2 nõ habeo panẽ nisi quãtũ pugillus capere potest farine in hydria: et paululũ olei i lechito. En colligo duo ligna: vt ingrediar et faciã illud michi et filio meo: vt comedamus et moriamur. Ad quã helyas ait. Noli timere: sed vade / et fac sicut dixisti. Verũtamẽ michi primũ fac de ipsa farinula subcinericiũ panẽ paruulũ / et affer ad me: tibi aũt et filio tuo facies postea. Hec autẽ dixit dñs de⁹ isrl. Hydria farine nõ deficiet: nec lechit⁹ olei minuet: vsq3 ad diẽ in qua datur⁹ est dñs pluuiã sup faciẽ terre. Que abijt: et fecit iuxta vbũ helye. Et comedit ipse / et illa / et dom⁹ ei⁹ tota. Et ex illa die hydria farine non defecit. et lechit⁹ olei nõ est iminutus. iuxta verbũ dñi / qd locut⁹ est: in manu helye. ℟. Iacta cogitatũ tuũ in dño et ipse te enutriet. ℣. Dũ clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his q̃ appropinquãt michi. Scdm Mattheũ xxiij.

In illo tpe. Locut⁹ est iesus ad turbas: et ad discipulos suos dicẽs. Sup cathedrã moysi sederunt scribe et pharisei. Oia ergo q̃cũq3 dixerit vobis. seruate et facite: scdm vero opera eoꝝ nolite facere. Dicũt eni: et nõ faciũt. Alligãt aũt onera grauia et iportabilia: et imponũt in humeros hoim digito autẽ suo nolũt ea mouere. Oia vero opa sua faciũt: vt videant ab hoib⁹. Dilatãt eni philateria sua: et magnificant fimbrias. Amãt aũt pmos recubit⁹ in cenis et pmas cathedras in synagogis et salutatiões in foro. et vocari ab hoib⁹ rabbi. Vos aũt nolite vocari rabbi. Vn⁹ est eni magister vester. Oẽs aũt vos fres estis. Et patrẽ nolite vocare vobis sup terrã. Vn⁹ est eni pater vester: q̃ in celis est. Nec vocemini magistri: q2 magister vester vn⁹ est xps. Qui maior est vrm: erit minister vester. Qui aũt se exaltauerit: humiliabit. Et q̃ se humiliauerit: exaltabit. Offr. Miserere michi dñe scdm magnã misericordiã tuã dele dñe iniqtatẽ meã. Secr.

Sanctificationẽ tuã dñe nobis his mysterijs placatus operare: q̃ nos a terrenis purget vicijs. et ad celestia regna pducat. P d. Prefatio. Qui corpali. Cõ. Narrabo oĩa mirabilia tua letabor et exultabo in te psallã nomi tuo altissime. Postcõ.

Vt sacris dñe reddamur digni muneribus fac nos tuis q̃s obedire mãdatis. Per dñm. Sup populũ. Orem⁹. Humiliate capita vestra deo.

Propiciare dñe supplicationib⁹ nris: et aiaꝝ nraꝝ medere lãguorib⁹: vt remissione pcepta: in tua semp benedictione letemur. P d. ¶ Feria. iiij. Introit⁹.

Ne dereliquas me dñe de⁹ me⁹ ne discedas a me: intẽde in adiutoriũ meũ dñe vtus salutis mee. Ps. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq3 in ira tua corripias me. Orem⁹. Flectamus ge. le.

Populum tuum quesumus domine propicius respice. et quos ab escis carnalibus precipis abstinere: a noxijs quoque vicijs cessare concede. Per dominum.

Lectio libri Hester. xiij.

In diebus illis Orauit hester ad dominum: dicens. Domine deus rex omnipotens in ditione enim tua cuncta sunt posita: et non est qui possit resistere tue voluntati. Si decreueris saluare nos: continuo liberabimur. Tu enim domine fecisti celum et terram: et quicquid celi ambitu continetur. Tu es dominus omnium: et non est qui resistat maiestati tue. Et nunc domine rex: deus abraham miserere populi tui: quia volunt nos inimici nostri perdere: et hereditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam quam redemisti tibi de egypto: sed exaudi deprecationem nostram. et propicius esto sorti et funiculo tuo. Et conuerte luctum nostrum in gaudium: vt viuentes laudemus nomen tuum domine. Et ne claudas ora canentium te: domine deus noster.

℟. Saluum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me et ero similis descendentibus in lacum. Tractus. Domine non secundum.

Vts. fer. scda. Secundum Mattheum. xx.

In illo tempore. Ascendens iesus hierosolymam: assumpsit duodecim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam. et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis: et condemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum/et flagellandum/et crucifigendum: et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filijs suis: adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filij mei: vnus ad dexteram tuam/et alius ad sinistram/in regno tuo. Respondens autem iesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et audientes decem: indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autem vocauit eos ad se: et ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum: et qui maiores sunt. potestatem exercent in eos? Non ita erit inter vos. Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse: erit vester seruus. Sicut filius hominis. non venit ministrari. sed ministrare. et dare animam suam: redemptionem pro multis. Offertorium. Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te confido non erubescam/neque irrideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant non confundentur.

Secreta. Hostias domine quas tibi offerimus propicius respice. et per hec sancta commertia: vincula peccatorum nostrorum absolue. Per dominum. Prefatio. Qui corporali. Communio. Iustus dominus et iustitias dilexit equitatem vidit vultus eius.

Postcommunio. Sumptis domine sacramentis: ad redemptionis eterne quesumus proficiamus augmentum. Per dominum. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Deus innocentie restitutor et amator. dirige ad te tuorum corda seruorum: vt spiritus tui feruore

cõcepto. et in fide inueniant stabi-
les. et in opere efficaces. Per dñm
eiusdẽ spũs. Feria. v. Introit⁹
Deus in adiutoriũ meũ in
tende dñe ad adiuuãdum
me festina: ɔfundant et re
uereant inimici mei q̃ querũt aĩam
meã. ps. Auertantur retrorsum et eru
bescãt: qui volunt michi mala. Orem⁹
Flectamus genua leuate.
Presta q̃s dñe auxiliũ gr̃e
tue. vt ieiunijs et orõnib⁹
ɔueniẽter intẽti: liberemur ab ho-
stib⁹ mẽtis et corporis. Per dñm
nrm. Lectio Hieremie pphete. xvij
Hec dicit dñs de⁹: Maledi-
ctus hõ q̃ cõfidit in hoĩe: et
ponit carnẽ brachiũ suũ: et a dño
recedit cor ei⁹. Erit eñi quasi myri
ce in deserto: et nõ videbit cũ vene
rit bonũ: sed habitabit in siccita-
te in deserto in terra salsuginis: et
inhabitabili. Bñdict⁹ vir q̃ ɔfidit
in dño: et erit dñs fiducia ei⁹. Et
erit quasi lignũ qđ trãsplãtat sup
aquas: qđ ad humorẽ mittit radi
ces suas: et nõ timebit cũ venerit
estus. Et erit foliũ ei⁹ viride: et in
tẽpore siccitatis non erit sollicitũ:
nec aliqñ desinet facere fructum.
Prauũ est cor hoĩs/ et inscrutabile
Quis cognoscet illud? Ego scru-
tãs cor/ et probãs renes: q̃ do vni-
cuiqz iuxta viã suã: et iuxta fructũ
adinuẽtionũ suarum. Dicit dñs:
omps. R. Propicius esto dñe peccatis
nostris nequãdo dicãt gẽtes vbi est de⁹
eorũ. V. Adiuua nos deus salutaris no
ster et ppter honorẽ noĩs tui dñe libera
nos. Secundũ Lucam. xvj.

In illo tpe: Dixit iesus tur-
bis iudeorũ et phariseorũ pa
rabolã hãc. Homo q̃dã erat diues
et induebat purpura et bysso: et
epulabatur quotidie splẽdide. Et
erat quidã mẽdicus noĩe lazarus
qui iacebat ad ianuã ei⁹ vlcerib⁹
plen⁹: cupiẽs saturari de micis: q̃
cadebãt de mẽsa diuitis: et nemo
illi dabat. Sed et canes veniebãt:
et lingebãt vlcera eius. Factũ est
autẽ vt moreret mẽdicus: et porta
retur ab angelis in sinu abrahe.
Mortuus est aũt et diues: et sepul
tus est in iferno. Eleuãs autẽ ocu
los suos. cum esset in tormẽtis: vi
dit abrahã a longe. et lazarũ in si
nu ei⁹. Et ipse clamans dixit. Pa
ter abrahã miserere mei: et mitte
lazarũ vt intingat extremũ digi-
ti sui in aquã vt refrigeret linguã
meã: qr crucior in hac flãma. Et
dixit illi abrahã. Fili recordare qr
recepisti bona in vita tua: et laza-
rus similiter mala. Nũc autẽ hic
consolat: tu vero cruciaris. Et in
his omĩbus iter nos et vos chaos
magnũ firmatũ est/ vt hi q̃ volũt
hinc trãsire ad vos nõ possint: ne
qz inde huc trãsmeare. Et ait. Ro
go ergo te pater: vt mittas eũ in
domũ patris mei Habeo eñi q̃nqz
fratres: vt testet illis ne et ipsi ve-
niãt in hũc locũ tormẽtorũ. Et ait
illi abrahã. Habẽt moysen et pphe
tas: audiant illos. At ille dixit.
Non pr̃ abrahã: sed si q̃s ex mor-
tuis ierit ad eos: penitẽtiã agent.
Ait aũt illi. Si moysen et pphetas
non audiũt. neqz si q̃s ex mortuis

resurrexerit: credet. Offx. Precatus est moyses in cõspectu dñi dei sui & dixit precatus est moyses in cõspectu dñi dei sui et dixit: quare dñe irasceris i populo tuo parce ire aie tue. memento abrahã isaac et iacob qbus iurasti dare terrã fluẽtem lac et mel et placatus factus ẽ dñs de malignitate quã dixit facere pplo suo. Secr.

Presentibus sacrificijs dñe ieiunia nr̃a sanctifica. vt qđ obseruãtia nr̃a pfitet extrinsecus: intrinsecus operet. P do. Prefatio. Qui corporali. Cõ. Qui manducat meã carnẽ et bibit meũ sanguinẽ in me manet et ego in eo dicit dñs. Postcõio

Gratia tua q̃s nos dñe non derelinquat: q̃ et sacre nos deditos faciat seruituti: et tuã nobis opem semper acquirat. Per dñm. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Adesto dñe q̃s famulis tuis/ et opẽ tuã largire poscẽtibus: vt his q̃ te auctore gl'ianť: et ꝯgregata restaures/ et restaurata ꝯserues. P d. ¶ Fer. vj. Introitus

Ego aũt cũ iusticia apparebo in conspectu tuo: satiabor dũ manifestabiť gl'ia tua. ps. Exaudi deus iusticiã meã: intende deprecationẽ meã. Gl'ia. Oremus. Flectamus genua leuate.

Da q̃s oṗs deus. vt sacro nos purificãte ieiunio: sinceris mẽtibus ad sctã vẽtura facias puenire. P. Lcõ libri Genesis. xxxvij

In diebus illis: Dixit ioseph fratribus suis. Audite sõniũ meũ qđ vidi. Putabã nos ligare manipulos in agro. et quasi ꝯsurgere manipulũ meum et stare: vestrosq; manipulos circunstantes adorare manipulũ meũ. Respõderũt fratres eius. Nunqđ rex noster eris? aut subijciemur dicioni tue? Hec ergo causa sõniorum atq; sermonũ: iuidie et odij fomitẽ ministrauit. Aliud quoq; vidit somniũ/ qđ narrãs fratribus ait. Vidi p sõniũ quasi solẽ/ et lunã/ et stellas vndecim adorare me. Qđ cũ patri suo et fratribus retulisset: increpauit eũ pater suus & dixit. Quid sibi vult hoc sõniũ qđ vidisti? Num ego et mater tua/ et f̃res tui: adorabimus te sup terrã? Inuidebãt igiť ei fratres sui: pater vo rẽ tacitus ꝯsiderabat. Cũq; fratres illius in pascẽdis gregibus pr̃is morarenť in sichem: dixit ad eũ isrl'. Fratres tui oues pascunt in sichimis: veni mittã te ad eos. Quo respõdente/ presto sũ ait. Vade & vide si cũcta prospera sũt erga fratres tuos et pecora: et renũcia michi quid agať. Missus de valle ebron: venit in sichẽ. Inuenitq; eũ vir errãtẽ in agro: et interrogauit qđ q̃reret. At ille rñdit Fratres meos q̃ro. Indica michi vbi pascãt greges. Dixitq; ei vir. Recesserũt de loco isto. Audiui autẽ eos dicẽtes: eamus in dothaym. Perrexit itaq; ioseph post fratres suos: et inuenit eos in dothaym. Qui cũ vidissent eũ procul: anteq̃ accederet ad eos/ cogitauerunt eũ occidere: et mutuo loq̃banť. Ecce somniator venit: venite occidamus eũ/ et mittamus in cisternã veterẽ: dicemusq;/ fera pessima deuorauit

eū. Et tūc apparebit q̄d illi ꝓsint sōnia sua? Audiēs autē hec ruben nitebat̄ liberare eū de manib⁹ eorū: et dicebat. Nō īterficiam⁹ animā ei⁹/nec effūdam⁹ sāguinē: sed ꝓijcite eū in cisternā veterē/que est in solitudine: manusq̄ȝ vestras seruate īnoxias. Hoc aūt dicebat volens eripere eū de manib⁹ eorū: et reddere patri suo. R. Ad dn̄m dum tribularer clāmaui et exaudiuit me. V. Dn̄e libera animam meā a labijs iniq̄s et a lingua dolosa. Tractus.

Domine nō scd̄m pctā nr̄a q̄ fecimus nos: neq̄ȝ scd̄m iniq̄tates nostras retribuas nobis. V. Dn̄e ne memineris iniq̄tatū nr̄arū antiquarū cito anticipent nos mīe tue q̄ȝ pauperes facti sumus nimis. V. Adiuua nos de⁹ salutaris noster ⁊ ꝓpter gloriā nōis tui dn̄e libera nos ⁊ ꝓpicius esto pctīs nr̄is ꝓpter nomen tuū. Scd̄m Mattheū. xxj.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorū parabolā hāc. Hō erat paterfamilias q̄ plātauit vineā: et sepē circūdedit ei et fodit ī ea torcular/et edificauit turrim: et locauit eā agricolis/et peregre ꝓfect⁹ est. Cū aūt tēpus fructuū appropinquasset: misit suos suos ad agricolas/vt acciperēt fruct⁹ ei⁹. Et agricole apprehēsis seruis ei⁹. aliū ceciderūt/aliū occiderūt/aliū vero lapidauerūt. Iterū misit alios seruos plures priorib⁹. Et fecerūt illis similiter. Nouissime autē misit ad eos filiū suū: dicēs. Forsitan verebūtur filiū meū. Agricole autē vidētes filiū: dixerūt ītra se. Hic est heres venite occidam⁹ eū: et habebimus hereditatē ei⁹. Et apprehēsū eū eiecerunt extra vineā: et occiderūt. Cū ergo venerit dn̄s vinee: q̄d faciet agricolis illis? Aiūt illi Malos male pdet: et vineā suā locabit alijs agricolis: q̄ reddent ei fructū tēporib⁹ suis. Dicit illis iesus. Nunq̄d legistis in scripturis lapidē quē reprobauerūt edificantes: hic fact⁹ est in caput anguli? A dn̄o factū est istud: et est mirabile in oculis nr̄is? Ideo dico vobis q̄ȝ auferet̄ a vobis regnū dei: et dabit̄ gēti facienti fruct⁹ ei⁹. Et q̄ ceciderit sup lapidē istū: cōfringet̄ Sup quē vero ceciderit: ꝯteret eū Et cū audisset ꝓncipes sacerdotū ⁊ pharisei parabolas ei⁹: cognouerūt q̄ꝺ de ipīs diceret. Et q̄rētes eū tenere timuerūt turbas: qm̄ sicut ꝓphetā: eū habebāt. Offr. Domine in auxiliū meū respice confundantur et reuereantur qui querūt animam meam vt auferant eam. Secreta.

Hec in nobis sacrificia de⁹ ⁊ sanctificatiōe permaneāt: et actione firment̄. P d. Prefatio. Qui corporali. Cōio. Tu dn̄e seruabis nos et custodies nos a generatione hac in eternum. Postcōio.

Hac nos q̄s dn̄e accepto pignore salutis eterne sic tēdere cōgruenter vt ad eā perueni re possimus. Per do. Sup ppl̄m. Orem⁹. Hūiliate capita vr̄a deo.

Da q̄s dn̄e ppl̄o tuo salutem mētis ⁊ corporis. vt bonis operibus inherendo tue semp virtutis mereat̄ protectione defendi.

Per dñm. ¶ Sabbato. Introit⁹
Ex dñi irrep̄hensibilis cō
uertēs aīas testimonium
dei fidele sapiētiā p̄stās
paruulis. Ps. Celi enarrāt gloriā dei
⁊ opera manuū ei⁹ annūciat firmamētū
Orem⁹. Flectam⁹ genua leuate.
Da q̄s dñe nr̄is effectū ieiu-
nijs salutarē: vt castigatio
carnis assumpta: ad nostrarū ve
getationē transeat animarꝫ. Per
dñm. Lectio libri Genesis. xxvij.
In dieb⁹ illis: Dixit rebecca
filio suo iacob. Audiui pa-
trē tuū loquētem cum esau fratre
tuo: ⁊ dicentē ei. Affer michi de ve
natione tua. et fac cibos vt come-
dā: et bñdicā tibi corā dño anteq̄
moriar. Nūc ergo fili mi acq̄esce
consilijs meis: et pergēs ad gregē
affer michi duos hedos optimos/
vt faciā ex eis escas patri tuo/ q̄b⁹
libēter vescit. Quas cū ītuleris. et
comederit: bñdicat tibi p̄usq̄ mo-
riat. Cui ille rñdit. Nosti q̄ esau
frater me⁹ hō pilosus sit et ego le-
nis. Si attractauerit me pr̄ me⁹/
et senserit: timeo ne putet me sibi
voluisse illudere: et īducat sup me
maledictionē pro bñdictione. Ad
quē mater. In me sit ait ista male
dictio fili mi. Tātū audi vocē me
am: et pergēs affer q̄ dixi. Abijt ⁊
attulit: deditq̄ matri. Parauit il-
la cibos sicut velle nouerat patrē
illi⁹ et vestib⁹ esau valde bonis q̄s
apud se habebat domi induit eū.
Pelliculasq̄ hedorꝫ circūdedit ma
nib⁹: et colli nuda p̄texit. Deditq̄
pulmentū: ⁊ panes quos coxerat
tradidit. Quib⁹ illatis: dixit. Pa
ter mi. At ille rñdit. Audio. Quis
es tu fili mi? Dixitq̄ iacob. Ego
sū p̄mogenit⁹ tu⁹ esau: feci tibi si-
cut p̄cepisti michi. Surge: sede et
comede de venatiōe mea: vt bñdi
cat michi aīa tua. Rursūq̄ isaac
ad filiū suū. Quomodo inq̄t tā ci
to: īuenire potuisti fili mi? Qui re
spondit. Volūtas dei fuit: vt cito
occurreret michi q̄d volebā. Dixit
q̄ isaac. Accede huc vt tāgā te fili
mi: ⁊ p̄bē vtrū tu sis fili⁹ me⁹ esau
an nō. Accessit ille ad patrē: ⁊ pal
pato eo dixit isaac. Vox q̄dē vox
iacob est: sed man⁹/ man⁹ sūt esau
Et non cognouit eū: q̄ pilose ma
nus similitudinē maioris expresse
rāt. Bñdicēs ergo illi ait. Tu es
fili⁹ me⁹ esau. Rñdit. Ego sū. At
ille. Affer inq̄t michi cibos de ve-
natiōe tua fili mi: vt bñdicat tibi
aīa mea. Quos cū oblatos come-
disset: obtulit ei etiā vinum. Quo
hausto: dixit ad eū. Accede ad me
et da michi osculū fili mi. Accessit
et osculat⁹ est eū. Statiq̄ vt sēsit
vestimētorꝫ ei⁹ fragrātiā: bñdicēs
illi ait. Ecce odor filij mei: sicut o-
dor agri pleni: cui benedixit dñs.
Det tibi deus de rore celi. et de pin
guedine terre abundātiā frumēti
vini et olei. et seruiāt tibi populi/
⁊ adorēt te trib⁹. Esto dñs fratrū
tuorꝫ: et incuruent ante te filij ma
tris tue. Qui maledixerit tibi: sit
ille maledict⁹. Et q̄ bñdixerit tibi
bñdictionibus repleat. Vix isaac
sermonē impleuerat: ⁊ egresso ia-
cob foras/ venit esau. Coctosq̄ de

venatione cibos: intulit patri/ dicens. Surge pater mi/ et comede de venatione filij tui: vt bñdicat michi anĩa tua. Dixitq̃ illi isaac. Quis enĩ es tu? Qui rñdit. Ego sum filius tu⁹ primogenit⁹ esau. Expauit isaac stupore vehemẽti: et vltra q̃ credi potest admirans ait. Quis igit̃ ille est qui dudũ captam venationẽ attulit michi. et comedi ex oĩb⁹ priusq̃ tu venires? Benedixiq̃ ei: et erit bñdict⁹. Auditis esau sermonib⁹ patris/ irrugijt clamore magno: ꝛ cõsternat⁹ ait. Benedic etiam et michi pater mi. Qui ait. Uenit german⁹ tuus fraudulẽter: ꝛ accepit bñdictionẽ tuã. At ille subiunxit. Iuste vocatũ est nomen ei⁹ iacob. Supplãtauit enĩ me en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nũc scdo surripuit bñdictionem meã. Rursumq̃ ad patrẽ. Nunq̇d nõ reseruasti ait et michi bñdictionẽ? Respõdit isaac. Dñm tuũ illũ ꝯstitui et omẽs fratres suos seruituti ei⁹ subiugaui. Frumento/ et vino/ et oleo/ stabiliui eum: et tibi post hec fili mi/ vltra q̇d faciam? Cui esau. Num tantũ vnã inq̇t bñdictionẽ habes pater? Michi quoq̃ obsecro: vt bñdicas. Cũq̃ eiulatu magno fleret: mot⁹ isaac dixit ad eũ. In pinguedine terre/ ꝛ in rore celi desuper: erit benedictio tua. ℟. Bonum est confiteri domino et psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam et veritatem tuam per noctem.

Secundum Lucam. xv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Homo quidã habuit duos filios: et dixit adolescẽtior ex illis patri. Pater. da michi portionẽ substãtie: que me cõtingit. Et diuisit illi substantiã. Et nõ post multos dies: cõgregatis oĩbus adolescẽtior fili⁹ peregre ꝓfectus est in regionẽ longinquam: et ibi dissipauit substantiã suã viuendo luxuriose. Et postq̃ oĩa cõsummasset: facta est fames valida in regione illa. Et ipse cepit egere. Et abijt: ꝛ adhesit vni ciuium regionis illi⁹ et misit illũ in villam suã. vt pasceret porcos. Et cupiebat ĩplere ventrẽ suum de siliq̃s quas porci mãducabãt: et nemo illi dabat. Ipse autẽ in se reuersus dixit. Quãti mercẽnarij in domo patris mei abũdãt panib⁹: ego autẽ hic fame pereo? Surgã: et ibo ad patrẽ meũ: et dicã illi. Pater: peccaui in celũ/ et corã te: iã nõ sũ dign⁹ vocari fili⁹ tuus fac me sicut vnũ de mercẽnariis tuis. Et surgẽs: venit ad patrẽ suũ. Cũ autẽ adhuc lõge esset: vidit illũ pater ipsi⁹: et mĩa mot⁹ est Et accurrẽs cecidit sup collũ ei⁹: et osculat⁹ est eũ. Dixitq̃ ei filius. Pater: peccaui in celum/ ꝛ corã te. Iã nõ sum dign⁹ vocari fili⁹ tuus Dixit autẽ pater ad seruos suos. Cito ꝓferte stolã primã/ et induite illũ: ꝛ date annulũ in manu ei⁹ et calciamẽta in pedes ei⁹. Et adducite vitulũ saginatũ/ et occidite et mãducemus et epulemur: quia hic fili⁹ meus mortu⁹ erat: et reui-

rit: perierat/et inuēt⁹ est. Et ceperūt epulari. Erat autē fili⁹ eius senior in agro. Et cū veniret et appropiquaret domui: audiuit simphoniā et chorū: ꝛ vocauit vnum de seruis/et iterrogauit que hec essent. Isq̄ dixit illi. Frater tu⁹ venit. et occidit pater tuus vitulū saginatū: q2 saluū illū recepit. Indignat⁹ est autē ꝛ nolebat introire. Pater ergo illi⁹ egressus: cepit rogare illum. Et ille respōdēs: dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: et nunq̄ mādatū tuū pteriui: et nunq̄ dedisti michi hedū: vt cū amicis meis epularer. Sed postq̄ filius tuus hic/ q̄ deuorauit substātiam suā cū meretricib⁹ venit: occidisti illi vitulū saginatū. At ipse dixit illi. Fili tu semp mecū es et oīa mea tua sūt. Epulari aūt et gaudere oportebat: q2 frater tuus hic mortu⁹ fuerat/et reuixit: perierat/et inuētus est. Offr. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte nequādo dicat inimicus me⁹ preualui aduersus eum. Secreta.

His sacrificijs domie cōcede placatus: vt qui ppriijs oramus absolui delictis: non grauemur externis. Per do. Prefatio. Qui corporali. Cōio. Oportet te fili gaudere q2 frater tuus mortu⁹ fuerat et reuixit perierat et inuēt⁹ est. Postcō.

Sacramenti tui domine diuina libatio penetralia cordis nostri infundat: et sui participes potēter efficiat. Per dominū. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Familiā tuā q̄s dn̄e ꝯtinua pietate custodi: vt q̄ in sola spe gratie celestis innitit᷑: celesti etiā ptectione muniat᷑. Per dn̄m

Dñica tercia. Introitus.


Oculi mei semp ad dn̄z: q2 ipse euellet de laq̄o pedes meos: respice in me ꝛ miserere mei/qm̄ vnic⁹ ꝛ paup sū ego. ps. Ad te dn̄e leuaui aīam meā: de⁹ me⁹ in te ꝯfido nō erubescā. Gl̄ia. Orem⁹.

Quesumus omp̄s de⁹ vota humiliū respice: atq̄ ad defensionē nostrā: dexterā tue maiestatis extēde. P d. Ad ephesios. v

Fratres: Estote imitatores dī sicut filij k̄mi: ꝛ ambulate in dilectione: sicut ꝛ xp̄s dilexit nos. et tradidit semetipm p nobis: oblationē et hostiā deo in odorē suauitatis. Fornicatio aūt et oīs imundicia: aut auaricia/ nec nominet᷑ in vobis: sicut decet sanctos. Aut turpitudo/aut stultiloquiū/aut scurrilitas/q̄ ad rem non pertinet: sed magis gratiaꝝ actio. Hoc eni scitote intelligētes q̄ oīs fornicator / aut imūdus / aut auar⁹. qd̄ est idoloꝝ seruit⁹: nō habet hereditatē in regno xp̄i ꝛ dei. Nemo vos seducat inanib⁹ verbis. Propter hec venit ira dei in filios diffidētie. Nolite ergo effici participes eoꝝ. Eratis eñi aliquādo tenebre: nūc autem lux in dn̄o: vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in oīi bonitate/ꝛ iusticia: ꝛ veritate. R. Exurge domine nō preualeat homo iudicentur gentes in cōspectu tuo. V. In cōuerten-

do inimicũ meũ retrorsum infirmabuntur et peribunt a facie tua. Tractus.
Ad te leuaui oculos meos q̃ habitas in celis. V. Ecce sicut oculi seruorũ in manibus dñorũ suorũ. V. Et sicut oculi ancille in manib⁹ dñe sue. V. Ita oculi nostri ad dominũ deũ nostrum donec misereatur nostri. V. Miserere nobis domine miserere nobis.
Secundum Lucam. xi.
In illo tpe: Erat iesus eijciens demoniũ: et illud erat mutũ. Et cũ eiecisset demoniũ: locut⁹ est mut⁹. et admirate sũt turbe. Quidã autẽ ex eis dixerũt. In beelzebub principe demonioꝝ eijcit demonia. Et alij tẽtãtes: signũ de celo q̃rebãt ab eo. Ipse autẽ vt vidit cogitationes eorũ: dixit eis. Omne regnũ in seipsum diuisũ desolabit: et domus supra domũ cadet. Si autẽ ⁊ sathanas in seipsũ diuisus ẽ: quomodo stabit regnũ ipsius: q2 dicitis in beelzebub me eijcere demonia? Si autẽ ego in beelzebub eijcio demonia: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erũt. Porro si in digito dei eijcio demonia: pfecto puenit in vos regnũ dei. Cũ fortis armatus custodit atriũ suũ: in pace sũt ea que possidet. Si autẽ fortior eo superueniens vicerit eum: vniuersa arma ei⁹ auferet in quibus cõfidebat: et spolia ei⁹ distribuet. Qui nõ est mecũ: cõtra me est. Et q̃ nõ colligit mecũ: dispergit. Cũ immũdus spũs exierit ab homĩe: ambulat p loca inaquosa q̃rens requiẽ ⁊ nõ inueniens dicit. Reuertar in domũ meã: vnde exiui. Et cũ venerit: iuenit scopis mũdatã. tunc vadit et assumit alios septẽ spũs secũ neqores se: et ingressi habitãt ibi. Et fiũt nouissima hoĩs illius: peiora priorib⁹. Factũ est autẽ cũ hec diceret: extollẽs vocẽ q̃dã mulier de turba dixit illi. Beat⁹ vẽter qui te portauit: et vbera q̃ suxisti. At ille dixit. Quinimo? Beati q̃ audiũt verbũ dei: et custodiunt illud. Credo. Offer. Iusticie dñi recte letificãtes corda et dulciora sup mel ⁊ fauum nã ⁊ seru⁹ tu⁹ custodiet ea. Secr.
Hec hostia q̃s dñe emundet nr̃a delicta: et ad sacrificiũ celebrandũ subditoꝝ tibi corpora mẽtesq3 sctificet. P do. Cõ. Passer inuenit sibi domũ et turtur nidũ vbi reponat pullos suos altaria tua dñe ỽtutũ rex me⁹ ⁊ de⁹ meus beati q̃ habitãt in domo tua dñe in scl'a scl'oꝝ laudabũt te. Postcõ.
A Cũctis nos dñe reatib⁹ ⁊ a periculis ppiciatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse participes. Per dñm.
¶ Feria secunda. Introitus.
In deo laudabo verbũ in dño laudabo sermonẽ in deo speraui: non timebo q̃d faciat michi homo. Ps. Miserere mei de⁹ q̃m cõculcauit me homo: tota die ipugnãs tribulauit me. Orem⁹ Flectamus genua leuate.
Cordib⁹ nostris dñe q̃s gratiam tuã benign⁹ infunde. vt sicut ab escis carnalib⁹ abstinemus: ita quoq3 sensus nr̃os a noxijs retraham⁹ excessib⁹. Per do.
Lectio libri Regum. iiij. v.

IN dieb⁹ illis: Naamã pñ-
ceps militie regis syrie erat
vir magnus apud dñm suũ: ⁊ ho
norat⁹. Per illũ enĩ: dedit dñs sa-
lutẽ syrie. Erat aũt vir fortis et di
ues. sed leprosus. Porro de syria
egressi fuerãt latrũculi: et captiuã
duxerãt de terra israel puellã par
uulam/ q̃ erat in obsequio vxoris
naamã. Que ait ad dominã suã.
Utinã fuisset dñs me⁹ ad ꝓphetã q̇
est in samaria: ꝑfecto curasset eũ
a lepra quã habet. Ingressus est
itaqꝫ naaman ad dñm suũ: et nũ-
ciauit ei dicẽs. Sic et sic locuta est
puella de terra isrl'. Dixitqꝫ ei rex
syrie. Uade: ⁊ mittã litteras ad re
gẽ israel. Qui cũ ꝑfect⁹ esset. et tu
lisset secũ decẽ talẽta argenti/ et sex
milia aureos/ ⁊ decẽ mutatoria ve
stimẽtorũ: detulit litteras ad regẽ
israel/ in hec verba. Cũ acceperis
epistolã hanc: scito ꝙ miseri ad te
naamã seruũ meũ vt cures eũ a le
pra sua. Cũqꝫ legisset rex isrl' litte
ras: scidit vestimenta sua/ et ait.
Nunq̇d de⁹ sũ: vt occidere possim
⁊ viuificare: qꝛ iste misit ad me: vt
curẽ hoĩem a lepra sua? Animad-
uertite et videte: quot occasiones
q̃rat aduersũ me. Qd̃ cũ audisset
helyse⁹ vir dei: scidisse videlicet re-
gẽ israel vestimenta sua: misit ad
eũ dicẽs. Quare scidisti vestimẽta
tua? Ueniat ad me: et sciat esse ꝓ-
phetã in isrl'. Uenit ergo naamã
cũ equis et currib⁹. et stetit ad osti
um dom⁹ helysei: misitqꝫ ad eum
helyseus nunciũ dicẽs. Uade et la
uare septies in iordane. et recipiet
sanitatẽ caro tua: atqꝫ mundabe
ris. Irat⁹ naaman: recedebat di-
cens. Putabã ꝙ egrederet̃ ad me/
et stãs ĩuocaret nomẽ dñi dei sui:
et tãgeret manu sua locũ lepre: et
curaret me. Nũquid nõ meliores
sũt abana. et pharphar. fluuij da
masci oĩb⁹ aquis israel: vt lauer
in eis et mũder? Cũ ergo vertisset
se et abiret ĩdignãs: accesserũt ad
eũ serui sui/ et locuti sunt ei. Pater
et si rem grandẽ tibi dixisset ꝓphe-
ta: certe facere debueras. Quãto-
magis qꝛ nunc dixit tibi/ lauare ⁊
mũdaberis? Descendit itaqꝫ et la
uit in iordanem septies: iuxta ser-
monẽ viri dei. Et restituta est ca-
ro eius sicut caro pueri paruuli: ⁊
mũdat⁹ est a lepra. Reuersusqꝫ ad
viꝝ dei cũ vniuerso comitatu suo
venit et stetit corã eo: et ait. Uere
scio: ꝙ nõ sit de⁹ alius in vniuersa
terra. nisi tãtum dñs deus israel.
℟. Deus vitã meã nũciaui tibi posui la
chrymas meas in cõspectu tuo. ℣. Mi-
serere mei dñe qm̃ cõculcauit me homo
tota die bellãs tribulauit me. Tract⁹

DOmine non scd̃m pctã nostra q̃
fecim⁹ nos neqꝫ scd̃m iniq̃tates
uerūt: quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis iesus manifeste. Lazarus mortuus est: et gaudeo ꝓpter vos/ vt credatis qꝛ non erā ibi. Sed eamus ad eū. Dixit ergo thomas qui dicit didim⁹ ad condiscipulos. Eamus et nos: vt moriamur cū eo. Venit itaqꝫ iesus: et inuenit eum quattuor dies iam in monumēto habentē. Erat autē bethania iuxta hierosolymā quasi stadijs q̄ndecim. Multi aūt ex iudeis venerāt ad martham et mariā: vt cōsolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit qꝛ iesus vēit: occurrit illi. Maria aūt domi sedebat Dixit ergo martha ad iesū. Dn̄e si fuisses hic: frater me⁹ nō fuisset mortu⁹. Sed et nūc scio/ qꝛ q̄cūqꝫ poposceris a deo dabit tibi de⁹. Dicit illi iesus. Resurget frater tu⁹. Dicit ei martha Scio qꝛ resurget in resurrectiōe: i nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiā si mortu⁹ fuerit viuet. Et oīs qui viuit et credit in me: nō morief in eternū. Credis hoc? Ait illi. Utiqꝫ dn̄e. Ego credidi: qꝛ tu es xp̄s fili⁹ dei viui: q̄ in hūc mundū venisti. Et cū hec dixisset: abijt et vocauit mariā sororē suā silētio dicēs. Magister adest: et vocat te. Illa vt audiuit surrexit cito: et venit ad eū. Nōdū eni venerat iesus in castellū: sed erat adhuc i illo loco/ vbi occurrerat ei martha. Iudei ergo qui erāt cū ea in domo et ꝯsolabātur eā: cū vidissent mariā qꝛ cito surrexit et exijt: secuti sunt eā dicentes: qꝛ vadit ad monumētum vt ploret ibi. Maria ergo cū venisset vbi erat iesus: videns eū cecidit ad pedes ei⁹ et dixit ei. Dn̄e si fuisses hic: non esset mortu⁹ frater meus. Jesus ergo vt vidit eā plorātem/ et iudeos qui venerant cum ea plorātes: infremuit spiritu/ et turbauit seipm̄ et dixit. Ubi posuistis eū? Dicunt ei. Dn̄e veni/ et vide. Et lachrymatus est iesus. Dixerūt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eum. Quidā aūt ex ipsis dixerūt. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere: vt hic non moreref? Jesus ergo rursum fremēs in semetipo: venit ad monumentū. Erat autē spelūca: et lapis superposit⁹ erat ei. Ait iesus. Tollite lapidē. Dixit ei martha soror eius qui mortu⁹ fuerat: Dn̄e/ iam fetet: quatriduanus eni est. Dixit ei iesus. Nonne dixi tibi quoniā si credideris: videbis gloriā dei? Tulerunt ergo lapidem. Jesus autem eleuatis sursum oculis dixit. Pater gratias ago tibi: quoniā audisti me. Ego autē sciebā: qꝛ semp me audis. Sed ꝓpter pp̄l'm qui circūstat dixi vt credāt/ qꝛ tu me misisti. Hec cum dixisset: voce magna clamauit. Lazare: veni foras. Et statim ꝓdijt q̄ fuerat mortu⁹: ligatus manus et pedes instititis/ et facies illius sudario erat ligata. Dixit eis iesus. Soluite eū: et sinite abire. Multi ergo ex iudeis q̄ venerāt ad mariā et marthā: et viderāt q̄ fecit iesus: crediderunt in eū. Offr. Populū humilē

saluũ facies domine et oculos superbor humiliabis qm̃ quis deus preter te dñe.

Munera nos q̃s Secreta. dñe oblata scificent: et te nobis iugiter faciant esse placatũ Per do. Prefatio Qui corporali.

Cõio. Uidẽs dñs flentes sorores lazari ad monumentũ lachrymatus est corã iudeis ⁊ clamabat lazare veni foras ⁊ prodiit ligatis manibus ⁊ pedib⁹ qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcõio.

Hec nos q̃s dñe perceptio sacramenti: ⁊ a ppriis reatib⁹ indesinẽter expediat: ⁊ ab oĩb⁹ tueatur aduersis. P do. Sup ppłm. Orem⁹. Hũiliate capita vr̃a deo.

Da q̃s oĩps de⁹: vt q̃ infirmitatis nr̃e cõscii de tua virtute ↄfidim⁹ sub tua semp ptectione gaudeam⁹. P dñm. ¶ Sabbato

Sitiẽtes venite [Introit⁹. ad aquas dicit dñs: ⁊ qui non habetis preciũ venite bibite cũ leticia. ps. Attẽdite ppłe meus legẽ meã: iclinate aurẽ vestrã in v̾ba oris mei. Orem⁹. Flectam⁹ ge. le.

Fiat q̃s dñe per gratiã tuã fructuosus nr̃e deuotiõis affect⁹: qꝛ tũc pderũt nobis suscepta ieiunia: si tue sint placita pietati. P d. Lcõ isaie pphete. xlix.

Hec dicit dñs de⁹. In tẽpore placito exaudiui te: ⁊ in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te/ et dedi te in fedus ppłi: vt suscitares terrã: ⁊ possideres hereditates dissipatas. Ut diceres his qui vincti sunt/ exite: ⁊ his q̃ in tenebris/ reuelamini. Sup vias pascent: ⁊ in oĩb⁹ planis pascua eorum Non esuriẽt/ neqꝫ sitient: ⁊ nõ percutiet eos estus ⁊ sol: qꝛ miserator eorũ reget eos: et ad fontes aquarũ potabit eos. Et ponã oẽs mõtes meos in viã: ⁊ semite mee exaltabuntur. Ecce isti de lõge veniẽt/ et ecce illi ab aquilone et mari: et isti de terra australi. Laudate celi et exulta terra iubilate mõtes laudẽ qꝛ ↄsolat⁹ est dñs ppłm suũ: ⁊ pauperũ suor miserebit̃. Et dixit syõ. Dereliq̃t me dñs: et dñs oblit⁹ est mei. Nunq̃d obliuisci potest mulier infantẽ suũ: vt nõ misereat̃ filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit ego tamẽ nõ obliuiscar tui. Dicit dñs: oĩps. R̷. Tibi dñe derelict⁹ ẽ pauper pupillo tu eris adiutor. V̷. Ut quid dñe recessisti longe despicis in opportunitatib⁹ in tribulatione dũ supbit impi⁹ incendit̃ pauper. Scdm Johãnẽ. viii.

In illo tempore. Diceb at iesus turbis iudeorum. Ego sum lux mũdi. Qui sequit̃ me/ nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Dicũt ergo ei pharisei Tu de teipso testimoniũ phibes: testimoniũ tuum nõ est verũ. Respondit iesus: ⁊ dixit eis. Et si ego testimoniũ perhibeo de meipso verum est testimoniũ meum: qꝛ scio vnde veni/ et quo vado. Uos autem nescitis vnde venio: aut quo vado. Uos secundum carnem iudicatis: ego nõ iudico quenq̃. Et si iudico ego: iudicium meum verum est: quia solus non sum: sed ego et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est: quia duorum hoĩm testimoniũ verũ est. Ego sũ

qui testimoniū perhibeo de meip-so: et testimoniū ꝑhibet de me qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuꝰ? Respōdit iesus Neq me scitis: neq patrē meum. Si me sciretis: forsitan ⁊ patrem meū sciretis. Hec verba locutꝰ est iesus in gazophilatio: docēs in tē-plo. Et nemo apprehēdit eū: quia nondū venerat hora eius. **Offr.** Factus est dominus firmamētū meum et refugiū meum ⁊ liberator meus spe-rabo in eum. **Secreta.**

Oblationibus q̄s dñe placa-re susceptis: et ad te etiā no-stras rebelles cōpelle ꝓpicius volū-tates. P dñm. **Prefatio.** Qui cor-porali. **Cōio.** Dñs regit me ⁊ nichil michi deerit in loco pascue ibi me collo-cauit sup aquā refectionis educauit me. **Postcōio.**

Tua nos dñe q̄s sctā purificēt: ⁊ opatio-ne sua perficiāt tibi esse placatos. Per dominū. **Sup ꝑplm.** Oremꝰ Humiliate capita vestra deo.

Deus qui sperantibus in te misereri potiꝰ eligis q̄ ira-sci: da nobis digne flere mala que fecimꝰ: vt tue cōsolationis gratiā inuenire valeamus. Per dominū

¶ **Dñica in passione dñi. Introi.**

Iudica me deus ⁊ discerne causam meam de gēte nō sctā/ ab hoīe iniquo et do-loso eripe me/ q2 tu es deꝰ meus et fortitudo mea. **Ps.** Emitte lucē tuā et veritatē tuā ipsa me deduxerūt et ad-duxerūt in montē sctm̄ tuū ⁊ in taberna-cula tua. **Non dr Glia pri. amodo quādo fit de tpe. Sed quando fit de sanctis dicit oratio.** Oremus.

Quesumus oṗs deus fami-liā tuā ꝓpicius respice: vt te lar giēte regatur in corpore: ⁊ te seruā te custodiat in mente. P do. **Si occurrat memoria faciēda est alias nō. et sic vsq ad diem iouis sctām exclusiue. Ad Hebreos.** ix.

Fratres. Christus assistēs pōtifex futuroꝝ bonoꝝ p amplius ⁊ ꝑfectius tabernaculū nō manu factū: id est nō huiꝰ crea-tionis: neq per sanguinē hircorū/ aut vituloꝝ: sed per ꝓpriū sangui-nem introiuit semel in sctā/ eterna redēptiōe inuēta. Si eni sanguis hircoꝝ aut taurorū ⁊ cinis vitule aspersus/ inquinatos sctificat ad emundationē carnis: q̄tomagis sanguis christi qui per spiritū san-ctū semetipsum obtulit īmacula-tum deo: emūdauit cōscientiā no-strā ab operibus mortuis: ad ser-uiendū deo viuenti? Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedēte in redēptionē eaꝝ pre-uaricationū: que erant sub priori testamento: repromissionē accipi-ant: qui vocati sunt eterne heredi-tatis. In christo iesu: dño nostro. **℟.** Eripe me dñe de inimicis meis doce me facere voluntatē tuam. **℣.** Libera-tor meus dñe de gētibus iracūdis ab in-surgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. **Tractus.**

Sepe expugnauerūt me a iuuētu-te mea. **℣.** Dicat nūc israel sepe expugnauerūt me a iuuentute mea. **℣.** Eteni nō potuerūt michi supra dorsum meū fabricauerūt pctōres. **℣.** Prologa-

uerūt iniq̄tatē sibi: dn̄s iustꝰ ꝯcidet ceruices pctōꝝ. **Scd̄m Johannē.** viij.

In illo tempore: Dicebat iesus turbis iudeorū: et ꝓncipibꝰ sacerdotū. Quis ex vobis arguet me de pctō? Si veritatē dico quare non creditis michi? Qui ex deo est: v̄ba dei audit. Propterea vos nō auditis: q̄ꝛ ex deo nō estis. Respōderūt ergo iudei: et dixerūt ei. Nōne bn̄ dicimꝰ nos. q̄ꝛ samaritanus es tu: ⁊ demoniū habes? Rn̄dit iesus. Ego demoniū nō habeo/sed honorifico patrem meū ⁊ vos inhonorastis me. Ego autē nō q̄ro gloriā meā. Est qui q̄rat ⁊ iudicet. Amē amen dico vobis: si q̇s sermonē meū seruauerit: mortē nō videbit in eternū. Dixerunt ergo iudei. Nūc cognouimꝰ q̄ꝛ demoniū habes. Abrahā mortuꝰ est et ꝓphete. et tu dicis/si q̇s sermonē meū seruauerit: mortē non gustabit in eternū. Nunq̇d tu maior es patre nr̄o abrahā. q̇ mortuꝰ est: et ꝓphete mortui sūt? Quē teip̄m facis? Rn̄dit iesus. Si ego glorifico meipsū: gl̄ia mea nichil est. Est et pater meꝰ q̇ glorificat me: quē vos dicitis q̄ꝛ deus noster est et non cognouistis eū. Ego aūt noui eum. Et si dixero q̄ꝛ nō scio eū: ero similis vobis mendax. Sed scio eū: et sermonē eiꝰ seruo. Abrahā pater vester exultauit vt videret diē meum: vidit et gauisus est. Dixerūt ergo iudei ad eū. Quinquaginta annos nondū habes: ⁊ abrahā vidisti? Dixit eis iesus. Amē amē dico vobis: anteq̄ꝫ abrahā fieret ego sū. Tulerūt ergo lapides: vt iacerēt in eū. Jesus aūt abscōdit se: et exiuit de tēplo. **Credo.** **Offr̄.** Cōfitebor tibi dn̄e i toto corde meo retribue seruo tuo ⁊ viuā ⁊ custodiā sermones tuos viuifica me scd̄m v̄bū tuū dn̄e. **Secr̄.**

Hec munera q̄s dn̄e ⁊ vincula nr̄e prauitatis absoluāt et tue nobis mīe dona ꝯciliēt. P d̄. **Cōio.** Hoc corpus qd̄ ꝓ vobis tradet̄ hic calix noui testamēti est in meo sāguine dicit dn̄s/hoc facite quotiēscūq̄ꝫ sumitis in meā cōmemorationē. **Postcōio.**

Adesto nobis dn̄e deus noster. et quos tuis mysteriis recreasti: ꝑpetuis defende subsidijs. P d̄. **Feria scd̄a. Introitꝰ**

Miserere michi dn̄e quoniā cōculcauit me hō tota die bellās tribulauit me. **ps.** Cōculcauerunt me inimici mei tota die: q̄m̄ multi bellātes aduersum me. sine Gl̄ia pr̄i. Oremꝰ. Flectamꝰ ge. le.

Sanctifica q̄s dn̄e nr̄a ieiunia. et cūctarū nobis ꝓpiciꝰ indulgētiā largire culpaꝝ. P do. **Mēoria si occurrerit. alias nulla fiet et tūc scd̄a erit.** Exaudi do. q̄s supplicū. **⁊ sic vsq̄ꝫ ad fer̄. iiij. vltie ebd̄. iclusiue. Lcō Jone ꝓphete.** iij

In diebꝰ illis: Factū est verbū dn̄i ad ionā ꝓphetā scd̄o dicēs. Surge et vade in niniuē ciuitatē magnā: ⁊ predica in ea p̄dicationē quā ego loquor ad te. Et surrexit ionas: et abijt in niniuē iuxta verbū dn̄i. Et niniue erat ciuitas magna: itinere triū dierū. Et cepit ionas itroire ciuitatē: itinere diei vniꝰ. Et clamauit: et di-

xit. adhuc quadraginta dies: et niniue subuertet. Et crediderũt viri niniuite in dño: et pdicauerũt ieiuniũ: et vestiti sunt saccis/ a maiore vsq ad minorẽ. Et puenit verbũ ad regẽ niniue: et surrexit de solio suo: et abiecit vestimẽtũ suũ a se: et indut⁹ est sacco: et sedit in cinere. Et clamauit: et dixit/ in niniue ex ore regis/ et pncipũ ei⁹ dicẽs. Hoĩes et iumẽta et boues et pecora nõ gustẽt q̃cq̃/ nec pascant. et aquã non bibãt. Et operiant saccis hoĩes: et iumẽta clamẽt ad dñm in fortitudine. Et zuertat vir a via sua mala: et ab iniq̃tate q̃ est in manibus eoꝝ. Quis scit si cõuertat et ignoscat de⁹: et reuertatur a furore ire sue: et nõ peribim⁹? Et vidit deus opera coꝝ: qꝛ zuersi sũt de via sua mala. Et misert⁹ est populo suo: dñs de⁹ noster. ℟. Deus exaudi orationẽ meã/ aurib⁹ percipe verba oris mei ℣. Deus in nomine tuo saluũ me fac et in virtute tua iudica me. Tractus.

Domine nõ scdm pctã nr̃a q̃ fecimus nos: neq scdm iniq̃tates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniq̃tatũ nr̃arũ antiquarũ cito anticipent nos mĩe tue qꝛ pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster et pter gloriã nois tui dñe libera nos et ppicius esto pctis nr̃is pter nomen tuũ. Scdm Johannẽ. vij.

In illo tpe: Miserũt principes et pharisei ministros: vt apprehẽderẽt iesum. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicũ tẽp⁹ vobiscũ sũ: et vado ad eũ q̃ misit me. Queretis me/ et nõ inuenietis: et vbi sũ ego/ vos nõ potestis venire. Dixerũt ergo iudei: ad semetipsos Quo hic iturus est: qꝛ nõ inueniemus eũ? Nunq̃d in dispersionem gẽtiũ itur⁹ est: et docturus gẽtes? Quis est hic sermo quẽ dixit: q̃retis me et nõ iuenietis me: et vbi sũ ego/ vos non potestis venire? In nouissimo aũt die magno festiuitatis stabat iesus: et clamabat dicẽs. Si q̃s sitit veniat ad me/ et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de vẽtre ei⁹ fluẽt aq̃ viue. Hoc autẽ dixit de spũ quẽ accepturi erãt: credẽtes i eũ. Offer. Dñe cõuertere et eripe aĩam meã: saluũ me fac pter miam tuã. Secreta.

Concede nobis dñe deus nr̃ vt hec hostia salutaris et nostroꝝ fiat purgatio delictoꝝ: et tue ppiciatio maiestatis. P dñm. Prefatio. Qui corporali. Cõ. Dñs virtutũ ipse est rex glorie. Postcõio.

Sacramẽti tui q̃s dñe participatio salutaris: et purificationẽ nobis pbeat et medelã. P d. Sup pplm. Orem⁹. Hũiliate c. v. d.

Da q̃s dñe populo tuo salutẽ mẽtis et corporis: vt bonis operib⁹ ihęrẽdo: tua semp mereat ptectiõe defẽdi. P d. Feria tercia. Introit⁹.

Expecta dñm viriliter age et cõfortet cor tuũ et sustine dñm. Ps. Dñs illuminatio mea et salus mea: quem timebo. Sine. Gloria patri. Oremus. Flectamus genua leuate.

Nostra tibi dñe q̃s sint accepta ieiunia: q̃ nos et expiãdo grã tua dignos efficiãt. et ad re

media ꝓducant eterna. Per dñm.

Lectio Danielis ꝓphete. xiiij.

IN diebus illis. Cõgregati
sunt babylonij ad regem: ⁊
dixerunt ei. Trade nobis danielē
qui bel destruxit: ⁊ draconē inter=
fecit. Alioquin interficiemus te: ⁊
domũ tuam. Uidit ergo rex qđ ir
ruerent in eũ vehemēter: et necessi
tate cõpulsus/tradidit eis danielē
Qui miserũt eũ: in lacũ leonũ. Et
erat ibi sex diebus. Porro in lacu
erant leones septē: et dabātur eis
quotidie duo corpa ⁊ due oues: et
tũc nõ data sunt eis/ vt deuorarēt
danielē. Erat autē abacuc ꝓphe=
ta in iudea/et ipse coxerat pulmen
tũ: et intriuerat panes in alueolo
et ibat in campũ vt ferret messori
bus. Dixitq; angelus dñi ad aba=
cuc. Fer prandiũ qđ habes in ba=
bylonē danieli: qui est in lacu leo=
nũ. Et dixit abacuc. Dñe babylo
nem nõ vidi: et lacũ nescio. Et ap
prehendit eũ angelus dñi in verti
ce eius: et portauit eũ capillo capi
tis sui. Posuitq; eũ in babylonē:
sup lacũ in ĩpetu spũs sui. Et cla=
mauit abacuc dicēs. Daniel serue
dei: tolle prādiũ qđ misit tibi deꝰ.
Et ait daniel. Recordatꝰ enim es
mei dñe deus meꝰ: et nõ dereliqui
sti diligētes te. Surgēsq; daniel:
comedit. Porro angelus dñi resti
tuit abacuc: cõfestim in loco suo.
Uenit ergo rex die septimo vt lu=
geret danielē. Et venit ad lacũ et
introspexit: et ecce daniel sedēs in
medio leonũ. Et exclamauit rex
voce magna/dicens. Magnus es
dñe deus danielis. Et extraxit eũ
de lacu leonũ. Illos autē qui per=
ditiõis eius causa fuerãt: intromi
sit in lacũ: et deuorati sunt in mo=
mēto corã eo. Tunc rex ait. Paue
ant oēs habitãtes in vniuersa ter
ra deũ danielis: qꝛ ipse est libera=
tor et saluator: faciēs signa et mi=
rabilia in celo ⁊ in terra. Qui libe
rauit danielē: de lacu leonum. R.
Discerne causam meam dñe ab hoïe ini
quo ⁊ doloso erue me. V. Emitte lucem
tuam et veritatē tuã ipsa me deduxerũt
et adduxerũt in montem sanctũ tuum.

Secundũ Johannem. vij.

IN illo tpe. Ambulabat ie=
sus in galileã. Non enĩ vo=
lebat in iudeã ambulare/qꝛ quere
bãt eũ iudei interficere. Erat autē
in ꝓximo dies festꝰ iudeoꝝ sceno=
phegia. Dixerũt autē ad eum: fra
tres eius. Transi hinc/et vade in
iudeam: vt et discipuli tui videãt
opera tua que facis Nemo sqppe ĩ
occulto aliquid facit: et querit ipe
in palã esse. Si hec facis: manife=
sta teipsum mundo. Neq; enĩ fra
tres eius: credebant in eum. Dixit
ergo eis iesus. Tempus meũ nõ=
dũ aduenit: tēpus aũt vestrũ sem
per est paratũ. Non potest mun=
dus odisse vos. Me aũt odit/quia
ego testimoniũ perhibeo de illo:
quia opera eius mala sunt. Uos
ascendite ad diem festum hũc: ego
enĩ nõ ascendã ad diē festũ istum:
quia tēpus meũ nõdũ impletum
est. Hec cũ dixisset: ipse mansit in
galilea. Ut aũt ascēderũt fratres
eius: tunc et ipse ascendit ad diē fe

stum: nõ manifeste/ sed quasi in oc culto. Judei ergo querebãt eũ in die festo: & dicebãt. Ubi est ille? Et murmur mult⁹ erat de eo i turba. Quidã eni dicebãt qꝛ bon⁹ est: alij aũt dicebãt nõ: sed seducit turbas. Nemo tamen palã loquebat de il lo: ꝓpter metũ iudeoꝝ. Offer. Spe rent in te oẽs q̃ nouerũt nomen tuũ dñe qm̃ non derelinquis querẽtes te: psallite dño qui habitat in syon/ qm̃ non est ob litus orationẽ pauperũ. Secreta.

Hostias tibi dñe deferimus immolandas: q̃ nos tẽporali qs cõsolatione letificẽt: vt ꝓmissa certius speremus eterna. P d. Pre fatio. Qui corpali. Cõio. Redime me deus israel ex oibus angustijs meis.

Da q̃s oꝑs deus: Postcõio. vt que diuina sunt iugiter exeq̃ntes: donis mereant celestib⁹ ꝓpinquare. Per dñm. Sup ꝑl'm Orem⁹. Hũiliate capita vr̃a deo.

Da nobis q̃s dñe perseuerã tẽ in tua volũtate famula tũ: vt in diebus nostris et merito et numero ppl'us tibi seruiens au geat. P do. ¶ Feria. iiij. Introit⁹

Liberator me⁹ de gẽtibus iracũdis ab insurgẽtibus in me: exaltabis me a viro iniquo eripies me dñe. ps. Diligã te dñe fortitudo mea: dñs firmamẽtum meũ et refugiũ meũ et liberator meus. Nõ dicitur Gloria. Oremus. Flectamus genua. Leuate.

Sanctificato hoc ieiunio de⁹ tuorũ corda fideliũ misera tor illustra: & q̃b⁹ deuotiõis pstas affectũ: pbe supplicãtib⁹ piũ beni gn⁹ auditũ. P do. Lcõ libri Leuitici. xix.

In dieb⁹ illis. Lo cutus est dñs ad moysen di cens. Loquere ad vniuersum cetũ filioꝝ israel: et dices ad eos. Ego dñs de⁹ vester. Nõ facietis furtũ. Nõ mẽtiemini: nec decipiet vnus quisq꜓ ꝓximũ suũ. Nõ piurabis i nomine meo: nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. Nõ facies calũniam ꝓximo tuo: nec vi oppri mes eũ. Nõ morabit opus mercẽ narij tui apud te: vsq꜓ mane. Nõ maledices surdo: nec corã ceco po nes offendiculũ: sed timebis dñm deũ tuũ: qꝛ ego sum dñs. Nõ faci es qd̃ iniquũ est: nec iniuste iudica bis. Nõ cõsideres personã paupe ris: nec honores vultum potẽtis. Juste iudica ꝓximo tuo. Nõ eris criminator/ nec susurro in ppl'is. Nõ stabis cõtra sanguinẽ ꝓximi tui. Ego dñs. Non oderis fratrẽ tuum in corde tuo: sed publice ar gue eum: ne habeas sup illo pctĩ. Non queras vltionẽ: nec memor eris iniurie ciuiũ tuoꝝ. Diliges ꝓ ximũ tuũ: sicut teipm. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego enim sum: dñs de⁹ vester. R. Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me nec delectasti inimi cos meos sup me. V. Dñe deus me⁹ cla maui ad te et sanasti me dñe abstraxisti ab inferis aĩam meã saluasti me a descẽ dentibus in lacum. Tractus.

Domine non scd̃m pctã nr̃a q̃ fe cimus nos: neq꜓ scd̃m iniq̃tates nr̃as retribuas nobis. V. Dñe ne memi neris iniq̃tatũ nr̃arũ antiquarũ cito an ticipent nos mĩe tue qꝛ pauperes facti su

mus nimis. ℣. Adiuua nos de⁹ saluta-
ris noster ꝛ ꝑpter gloriã nois tui dñe li-
bera nos et ꝓpicius esto pctis nr̃is ꝓpter
nomen tuũ. Secundũ Johãnē. x.

In illo tpe. Facta sunt ence-
nia in hierosolymis/ ꝛ hyēs
erat. Et ambulabat iesus ĩ tẽplo:
in porticu salomonis. Circũdede-
rũt ergo eum iudei: ꝛ dicebant ei.
Quousq₃ aiam nostrã tollis? Si
tu es xp̄s: dic nobis palã? Respõ-
dit eis iesus. Loquor vobis: et nõ
creditis. Opera q̃ ego facio ĩ noĩe
patris mei: hec testimoniũ perhi-
bēt de me. Sed vos non creditis:
q2 nõ estis ex ouibus meis. Oues
mee vocē meam audiũt: ꝛ ego co-
gnosco eas: et sequũtur me/ et ego
vitam eternã do eis. Et non peri-
bũt in eternum: et non rapiet eas
quisq₃ de manu mea. Pater meus
qđ dedit michi maius oĩbus est: ꝛ
nemo potest rapere de manu pa-
tris mei. Ego et pater vnũ sum⁹.
Sustulerunt ergo lapides iudei:
vt lapidarēt eum. Respõdit eis ie-
sus. Multa bona opa ostendi vo-
bis ex patre meo: ꝑpter quod eorũ
opus me lapidatis? Responderũt
ei iudei. De bono opere nõ lapida-
mus te: sed de blasphemia. Et q2
tu homo cũ sis: facis teipsum deũ.
Respõdit ei iesus. Nonne scriptũ
ē in lege vr̃a: q2 ego dixi dij estis?
Si illos dixit deos ad quos ser-
mo dei fact⁹ est: ꝛ nõ potest solui
scriptura: quē pater sctificauit/ et
misit in mũdũ vos dicitis q2 blas-
phemas/ q2 dixi fili⁹ dei sũ? Si nõ
facio opa p̄ris mei: nolite credere
michi. Si aũt facio: ꝛ si michi nõ
vultis credere: opibus credite. Ut
cognoscatis et credatis: q2 pater ĩ
me est: ꝛ ego in patre. Offr̃. Eripe
me de inimicis meis de⁹ meus et ab in-
surgētib⁹ in me libera me dñe. Secre.

Annue misericors deus: vt
hostias placationis ꝛ lau-
dis: sincero tibi deferam⁹ obsequio.
P do. Prefa. Qui corpali. Cõio.
Lauabo inter inocētes man⁹ meas ꝛ cir-
cuibo altare tuũ dñe/ vt audiã vocē lau-
dis tue ꝛ enarrē vniuersa mirabilia tua.

Celestis doni bñ- Postcõio.
dictione ꝑcepta supplices te
deus oĩps deprecamur: vt hoc idē
nobis ꝛ sacramēti causa sit ꝛ salu-
tis. P dñm. Super populũ. Ore-
mus. Humiliate capita vr̃a deo.

Adesto supplicationib⁹ no-
stris oĩps de⁹: ꝛ q̃bus fidu-
ciã sperãde pietatis indulges: con-
suete misericordie tribue benign⁹
effectũ. P do. Fer̃. v. Introit⁹.

Omnia q̃ fecisti nobis dñe
ĩ vero iudicio fecisti: q2 pec-
cauimus tibi ꝛ mandatis
tuis non obediuimus: sed da glo-
riã nomini tuo et fac nobiscũ secũ-
dũ multitudinē misericordie tue.
Ps. Magn⁹ dñs ꝛ laudabilis nimis: in
ciuitate dei nostri in monte sancto eius.
Orem⁹. Flectamus genua. Leuate.

Presta q̃s oĩps de⁹: vt di-
gnitas ꝯditiõis humane ꝑ
immoderãtiã sauciata: medicina-
lis parsimonie studio reformetur.
P do. Lectio danielis ꝓphete. iij.

In diebus illis. Orauit da-
niel dicēs. Dñe de⁹ ne despi-

cias populũ tuũ: neq auferas misericordiã tuam a nobis. Propter abrahã dilectũ tuũ: et isaac seruũ tuũ: et israel sctm̃ tuũ: quib9 locutus es pollicens q multiplicares semen coꝝ sicut stellas celi: et sicut arenã q̃ est in littore maris. Quia dñe iminuti sumus plusq̃ oẽs gẽtes: sumusq humiles in vniuersa terra hodie ꝓpter pctã nr̃a. Et nõ est in tpe hoc princeps et ꝓpheta et dux: neq holocaustũ/neq sacrificiũ/neq oblatio/ neq incẽsum/neq locus primiciarũ corã te: vt possimus inuenire miam tuã: sed in aio ꝯtrito et spũ humilitatis suscipiamur. Sicut i holocausto arietũ et tauroꝝ/et sicut i milib9 agnorum pinguiũ: sic fiat sacrificiũ nostrũ in cõspectu tuo hodie: vt placeat tibi: qm̃ nõ est cõfusio ꝯfidẽtibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde/et timemus te: et querimus faciẽ tuã. Ne ꝯfundas nos: sed fac nobiscũ iuxta mansuetudinem tuã et scdm multitudinẽ misericordie tue. Et erue nos i mirabilib9 tuis: et da gloriã noĩ tuo domine. Et cõfundant oẽs qui ostẽdunt seruis tuis mala. Cõfundãtur in omnipotẽtia tua: et robur eorũ cõterat. Et sciãt q tu es dñs deus solus: et g̃liosus sup omnem terrã: dñe deus noster. ℟. Tollite hostias et introite in atria eius adorate dñm in aula sancta eius. ℣. Reuelauit dñs condẽsa et in templo eius oẽs dicẽt gloriã. Secundũ Lucam. vij.

In illo tpe. Rogabat iesum quidã phariseus: vt mãducaret cũ illo. Et ingressus domũ pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat i ciuitate peccatrix: vt cognouit q iesus accubuit in domo pharisei: attulit alabastrũ vnguẽti: et stãs retro secus pedes ei9: lachrymis cepit rigare pedes ei9: et capil capitis sui tergebat: et osculabat pedes ei9: et vnguẽto vngebat. Uidẽs autẽ phariseus qui vocauerat eũ: ait intra se dicens. Hic si esset ꝓpheta: sciret vtiq q̃ et qualis est mulier que tangit eũ: q peccatrix est. Et respondens iesus dixit ad illũ. Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erãt cuidam feneratori. Un9 debebat denarios quingẽtos: et alius quinquaginta. Non habẽtibus illis vnde redderent: donauit vtrisq. Quis ergo eũ plus diligit? Respondens simon dixit. Estimo: q is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et cõuersus ad mulierẽ dixit simoni. Uides hãc mulierem? Intraui in domũ tuã: aquã pedibus meis non dedisti. Hec autẽ lachrymis rigauit pedes meos/et capillis suis tersit. Osculũ michi nõ dedisti: hec autem ex quo intraui: non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meũ non vnxisti: hec autẽ vnguẽto vnxit pedes meos. Propter qđ dico tibi: remittũtur ei pctã multa qm̃ dilexit multum. Cui autẽ minus dimittit: minus diligit. Dixit autẽ ad illã. Remittũtur tibi peccata. Et ceperũt qui simul accũbebant: dicere intra se.

Quis est hic: qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem Fides tua/te saluam fecit. Uade: in pace. Offr. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus dũ recordaremur tui syon. Secreta.

Domine de9 noster qui ĩ his potius creaturis q̃s ad fragilitatis nostre subsidiũ ɔdidisti: tuo quoq3 nomini munera iussisti dicanda constitui: tribue q̃s: vt et vite nobis presentis auxilium: et eternitatis efficiant sacramentũ. P dñm. Prefatio. Qui corporali. Cõio. Memẽto verbi tui seruo tuo domine: in quo michi spem dedisti: hec me ɔsolata ẽ in humilitate mea. Postcõio.

Quod ore sumpsimus domine pura mente capiam9: et de munere tẽporali fiat nobis remediũ sempiternũ. P dñm. Sup pplm. Orem9. Humiliate ca. ve. d.

Esto q̃s dñe propicius plebi tue: vt que tibi nõ placẽt respuentes: tuor3 potius repleantur delectationibus mandatorũ. P dñm. ¶ Feria sexta. Introit9.

Miserere michi dñe quoniã tribulor: libera me et eripe me de manibus inimicor3 meor3/et a ꝑsequẽtibus me dñe nõ ɔfundar quoniã inuocaui te. Ps. In te dñe speraui non cõfundar in eternũ: in iusticia tua libera me. Oremus Flectamus genua leuate. Orõ.

Cordibus nostris q̃s domine auxiliũ grẽ tue benign9 infunde/vt pctã nostra castigatione voluntaria cohibẽtes: potius tẽporaliter maceremur/ q̃ supplicijs deputemur eternis. Per dñm Lectio Hieremie prophete. xvij.

In dieb9 illis. Dixit hieremias. Dñe omẽs qui te derelinquũt cõfundent. Recedẽtes a te in terra scribentur: qm̃ dereliquerũt venã aquarũ viuentiũ dñm. Sana me dñe et sanabor: saluum me fac/et salu9 ero: quoniã laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi est verbũ dñi? Ueniat. Et ego nõ sum turbatus te pastorẽ sequẽs: ⁊ diem hoĩs non desideraui: tu scis. Quod egressum ẽ de labijs meis: rectũ in conspectu tuo fuit. Non sis michi tu formidini: spes mea tu in die afflictionis. Cõfundant qui me persequũtur: et nõ confundar ego. Paueant illi: ⁊ nõ pauẽa ego. Induc super eos diẽ afflictionis: ⁊ duplici contritione contere eos: dñe deus noster. R. Pacifice loquebant michi inimici mei et in ira molesti erãt michi. V. Uidisti dñe de9 meus ne sileas ne discedas a me. Tractus.

Domine non secundũ peccata nostra que fecimus nos neq3 scdm iniq̃tates nr̃as retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniq̃tatũ nr̃arũ antiquar3 cito anticipent nos mĩe tue q2 pauperes facti sumus nimis. V. Adiuua nos de9 salutaris nr̃ ⁊ ꝑpter gloriã noĩs tui dñe libera nos ⁊ ꝓpici9 esto pctĩs nr̃is ꝓpter nomen tuũ. Scdm Johannẽ. xj.

In illo tẽpore. Collegerunt pontifices ⁊ pharisei consilium aduersus iesum: et dicebant Quid facimus? Quia hic homo: multa signa facit. Si dimittim9 eum sic: omnes credẽt in eum. Et

venient romani: et tollent nostrũ locum et gentem. Unus aũt ex ipsis cayphas nomine: cum esset põtifex anni illius: dixit eis. Uos nescitis quicq̃ nec cogitatis: quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo: et non tota gens pereat. Hoc autẽ a semetipso non dixit: sed cũ esset pontifex anni illius/ pphetauit: quia iesus moriturus erat pro gente. Et non tantũ pro gente: sed vt filios dei qui erãt dispersi: congregaret in vnũ. Ab illo ergo die cogitauerũt vt interficerent eũ. Jesus ergo iam nõ in palam ambulabat apud iudeos: sed abijt in regionẽ iuxta desertũ in ciuitatẽ que dicitur effrẽ. Et ibi morabatur cũ discipulis suis. Offerto. Benedictus es dñe doce me iustificationes tuas et non tradas calũniãtibus me superbis et respõdebo exprobrãtibus michi verbum. Secreta.

Presta nobis misericors deus: vt digne tuis seruire sẽper altaribus mereamur: et eorũ perpetua participatione saluari. Per dominũ. Prefatio. Qui corporali. Cõio. Ne tradideris me domine in animas persequẽtiũ me quia insurrexerunt in me testes iniqui et mẽtita est iniquitas sibi. Postcõio.

Sumptis sacrificijs dñe perpetua nos tuitio nõ derelinquat: et noxia semp a nobis cũcta repellat. P dñm. Super populũ Orem⁹. Hũiliate capita vr̃a deo.

Concede q̃s omnipotẽs de⁹/ vt qui ptectionis tue gr̃am querimus: liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per dñm. ¶ Sabbato. Introit⁹

Miserere michi dñe quoniã tribulor libera me et eripe me de manibus inimicorũ meorũ/ et a psequẽtibus me dñe nõ cõfundar quoniã inuocaui te. Ps. In te dñe speraui non confundar in eternũ: in iusticia tua libera me. Oremus Flectamus genua leuate. Oro.

Proficiat q̃s dñe plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita quãto maiestati tue fit gratior: tãto donis potiorib⁹ augeat. P do. Lectio Hieremie prophete. xviij.

In diebus illis. Dixerũt impij iudei adinuicem. Uenite cogitemus contra iustũ cogitationes. Non enim peribit lex a sacerdote: neq; cõsilium a sapiente: nec sermo a propheta. Uenite et percutiamus eũ lingua et non attendamus ad vniuersos sermones eius Attẽde dñe ad me: et audi vocem aduersariorũ meorũ. Nũquid redditur p bono malũ: quia foderũt foueam anime mee? Recordare q steterim in cõspectu tuo: vt loquerer pro eis bonũ: et auerterẽ indignationẽ tuam ab eis Propterea da filios eorũ in famem: et deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absq; liberis et vidue: et viri earũ interficiãtur morte. Juuenes eorũ confodiãtur gladio in prelio: audiatur clamor de domibus eorũ. Adduces enim sup eos latronẽ repente: quia foderunt foueam/ vt caperent me: et laqueos

absconderunt pedibus meis. Tu autē domine: scis omne cōsilium eorum aduersum me in mortem. Ne propicieris iniquitati eorum: et peccatū eorū a facie tua non deleatur. Fiant corruētes in conspectu tuo in tempore furoris tui: domine de⁹ meus. R. Pacifice loquebātur michi inimici mei: ꝛ i ira molesti erāt michi. V. Uidisti dñe ne sileas: ne discedas a me. Scdm Johannē. xvij.

In illo tempore. Subleuatis iesus oculis in celū: dixit Pater venit hora: clarifica filium tuū/ vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatē omnis carnis: vt omne qđ dedisti ei: det eis vitam eternā. Hec est autem vita eterna vt cognoscant te solum verum deū: et quē misisti iesum christum. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui quod dedisti michi/ vt faciam. Et nūc clarifica me tu pater apud temetipm claritate quā habui priusq̄ mundus fieret apud te. Manifestaui nomen tuū hominibus: quos dedisti michi de mundo. Tui erant/ et michi eos dedisti: et sermonē tuum seruauerūt. Et nunc cognouerūt quia omnia que dedisti michi abs te sunt: quia verba que dedisti michi/ dedi eis. Et ipsi acceperūt ꝛ cognouerūt vere: quia a te exiui et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: non pro mūdo rogo: sed pro his quos dedisti michi: quia tui sunt. Et mea oīa tua sunt: ꝛ tua mea sunt: ꝛ clarificat⁹ sum in eis. Et iam nō sum in mūdo. Et hi in mūdo sunt: et ego ad te venio. Pater sancte serua eos i nomie tuo quos dedisti michi: vt sint vnū: sicut et nos. Cum essem cum eis: ego seruabam eos in nomine tuo Quos dedisti michi ego custodiui et nemo ex his perijt: nisi filius perditionis: vt scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio ꝛ hec loquor in mundo: vt habeāt gaudiū meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonē tuum: ꝛ mundus eos odio habuit: quia non sunt de mundo sicut et ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt: sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tu⁹ veritas est. Sicut tu me misisti in mundū: ita et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro his autem rogo tantū: sed et pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnū sint sicut tu pater in me: et ego in te: vt et ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatem quā tu dedisti michi: dedi eis vt sint vnum/ sicut ꝛ nos vnum sumus. Ego in eis et tu in me vt sint consummati in vnum: ꝛ cognoscat mundus quia tu me misisti: et dilexisti eos: sicut ꝛ me dilexisti. Pater quos dedisti michi volo vt vbi sum ego: ꝛ illic sint mecum: vt videant claritatem meam quam dedisti michi/

quia dilexisti me ante constitutio-
nem mundi. Pater iuste mundus
te non cognouit: ego autem te co-
gnoui. Et hi cognouerũt: quia tu
me misisti. Et notũ feci eis nomen
tuũ: et notũ faciã. Ut dilectio qua
dilexisti me/in ipsis sit: et ego in ip
sis. Offr. Collegerũt pontifices ⁊ pha
risei cõsilium ⁊ dicebãt quid facimus qꝛ
hic homo multa signa facit si dimitti-
mus eũ sic oẽs credẽt in eũ. Ne forte ve-
niãt romani ⁊ tollãt nostrũ locũ ⁊ gentẽ
℣. Unus autẽ ex ipsis cayphas nomine
cum esset pontifex anni illius propheta-
uit dicens: expedit vobis vt vnus moria
tur homo pro populo ⁊ nõ tota gens pe
reat ab illo ergo die cogitauerũt interfi-
cere eum dicẽtes. Ne forte. Secreta.

A Cunctis nos q̃s dñe reati-
bus ⁊ periculis ꝓpiciat⁹ ab
solue: quos tanti mysterij tribuis
esse cõsortes. P do. Cõio. Ne tradi
deris me dñe in aĩas ꝑsequẽtiũ me qꝛ in
surrexerũt in me testes iniqui et mentita
est iniquitas sibi. Postcõio.

D Iuini muner[is] largitate sa-
ciati q̃s dñe deus noster: vt
huius semper participatiõe viua-
mus. Per dñm. Sup pp̃lm. Ore
mus. Humiliate capita vr̃a deo.

T Ueatur q̃s domine dexte-
ra tua populũ tuũ deprecã
tẽ: ⁊ purificatũ dignãter erudiat:
vt ꝯsolatiõe presenti ad futura bo
na ꝑficiat. P dñm. ¶ Dñica in ra
mis palmarũ. Primo bñdicit aq̃
more solito. Deinde cõgregatis p
cessionib⁹ ꝯsuetualib⁹ in eccl̃ia btẽ
marie: capiscerijs portãtib⁹ capsã
et trib⁹ clericis ĩ albis parat[is] tres
textus exitur de eccl̃ia nichil cãtã-
do: ⁊ sic eundũ est vsq; ad eccl̃iam
sctẽ genouefe de mõte. ĩ cui⁹ introi
tu nichil d[icitu]r: sed bñdicunt[ur] stati ab
ep̃o rami palmaꝝ dicẽdo. Orem⁹

D Eus cuius fili⁹ p salute hu
mani generis de celo descẽ-
dit ad terras: ⁊ appropinquãte ho
ra passiõis sue hierosolymã veni-
re in asino/⁊ a turbis rex appella-
ri ac laudari voluit: bene ✠ dicere
dignare hos palmarũ ceterarũq;
frõdiũ ramos: vt omnes qui eos
laturi sunt: ita bñdictiõis tue do-
no repleant[ur] quatinus in hoc secu-
lo hostis antiqui tẽtamentũ supe
rare: et in futuro cũ palma victo-
rie: et fructu bonoꝝ operũ tibi va
leant apparere. Per xp̃m. Orem⁹

D Eus q̇ dispersa cõgregas:
et cõgregata cõseruas: qui
pp̃lis obuiã iesu: ramos palmaꝝ
portãtibus bñdixisti: benedic etiã
hos ramos palmaꝝ ⁊ oliue quos
tui famuli ad nõis tui bñdictionẽ
fideliter suscipiãt vt in quocũq; lo
co introducte fuerint: tuã benedi-
ctionẽ habitatores loci illius: oẽs
cõsequãtur: ita vt aduersa valitu
dine effugata dextera tua ꝓtegat
quos redemit. P eundẽ. Tũc asp
gat[ur] aqua sup ramos. Facta autẽ
bñdictione ab aliquo de eccl̃ia btẽ
genouefe statim legit[ur] euangeliũ.
Secundũ Mattheum. xxj.

I N illo tp̃e. Cum appropin
quasset iesus hierosolymis/
⁊ venisset bethphage ad montem
oliueti: tũc misit duos discipulos
dicens eis. Ite in castellũ qđ cõtra

vos est: ⁊ statim inuenietis asinã alligatã/et pullũ cũ ea. Soluite ⁊ adducite michi. Et si quis vob̃ aliquid dixerit: dicite qꝛ dñs his opꝰ habet et ꝯfestim dimittet eos. Hoc autem totum factũ est: vt adimpleretur qđ dictũ est per prophetã dicentem. Dicite filie syon: ecce rex tuus venit tibi mãsuetus: sedens super asinã/et pullũ filiũ subiugalis. Euntes autẽ discipuli: fecerũt sicut precepit illis iesus. Et adduxerunt asinã et pullũ: et imposuerunt sup eos vestimenta sua: ⁊ eũ desuper sedere fecerunt. Plurima autẽ turba strauerũt vestimenta sua in via. Alij autẽ cedebant ramos de arboribus: et sternebãt in via. Turbe autẽ que precedebant et que sequebant̃: clamabãt dicentes. Osanna filio dauid: benedictus qui venit in noĩe dñi. Quo finito statim fit sermo ad populũ. Finito sermone exeundũ est de ecclesia nichil dicẽdo. Cũ aũt exierit pcessio de eccl̃ia ĩcipit̃ a cãtore. ã.

Cum appropinquaret iesus hierosolymã misit duos ex discipulis suis dicens ite in castellum qđ est contra vos: et inuenietis pullũ asine alligatum sup quẽ nullus hominũ sedit. soluite et adducite michi: si quis vos interrogauerit dicite opus dñi est: soluentes adduxerunt ad iesum et imposuerunt sibi vestimenta et sedit sup eũ/ alij expãdebãt vestimẽta sua in via: alij ramos de arboribus externebãt ⁊ qui sequebant̃ clamabãt osannã benedictus qui venit in noĩe dñi bñdictũ regnũ pr̃is nr̃i dauid osanna ĩ excelsis miserẽ nobis fili dauid. ℟.

Circundederũt me viri mendaces sine causa flagellis ceciderũt me. Sed tu domine defensor vindica me. ℣. Quoniam tribulatio proxima est et nõ est qui adiuuet. Sed tu domine. Aña.

Cum audisset ppl̃us quia iesus venit hierosolymam acceperunt ramos palmaꝝ et exierũt ei obuiam: et clamabant pueri dicentes: hic est qui vẽturus est in salutẽ populi: hic est salus nostra et redemptio israel quantus est iste cui throni et dominationes occurrũt noli timere filia syon ecce rex tuus venit tibi sedẽs supra pullum asine sicut scriptũ est: salue rex fabricator mundi qui venisti redimere nos. Antiphona.

Aue rex noster fili dauid redemptor mundi quẽ prophete predixerũt saluatorẽ domui israel esse vẽturũ Te enim ad salutarẽ victimã pater misit in mundũ quẽ expectabant oĩes sancti ab origine mũdi et nunc osanna filio dauid bñdictus qui venit in nomine dñi osanna in excelsis. Ante portã ciuitatis clausam dicitur a pueris. ℟.

Gloria laus et honor tibi sit rex xp̃e redẽptor cui puerile decꝰ prõpsit osanna pium. Reincipit̃ a cãtore. Gloria. Pueri. ℣. Israel es tu rex dauidis et inclita ples noĩe qui in domini rex bñdicte venis. Succentor. Gloria. Pueri. ℣. Cetus in excelsis te laudat celicus oĩs: ⁊ mortalis homo ⁊ cuncta creata simul. Reincipit̃. Gl̃ia. Pueri. ℣. Plebs hebrea tibi cũ palmis obuia venit: cũ prece voto hymnis assumꝰ ecce tibi. ℣. Gl̃ia laus. In introitu ciuitatis. ℟. Ingrediente dño in sanctam ciuitatẽ hebreoꝝ pueri resurrectionem vite pnunciãtes. Cũ ramis palma

rũ osanna clamabãt in excelsis. ℣. Cũq3 audisset pplus q3 iesus venit hierosolymã exierũt obuiã ei. Cũ ramis. Aña. Ceperunt oẽs turbe descendentiũ gaudẽtes laudare deũ voce magna sup oibus quas viderant virtutib9 dicẽtes: bñdict9 qui venit rex in noie dñi pax in celo et glia in excelsis. Alia aña Occurrũt turbe cũ floribus et palmis redẽptori obuiã et victori triumphanti digna dant obsequia filio dei ore gentes predicãt et in laude xpi voces tonant p nubila osanna. aña. Pueri hebreor vestimẽta psternebãt in via ꝛ clamabant dicẽtes osanna filio dauid benedictus qui venit in noie dñi. aña. Pueri hebreor tollẽtes ramos oliuarũ obuiauerũt dño clamãtes et dicẽtes osanna in excelsis. In introitu ecclie btẽ marie incipit. ã. Tota pulchra es amica mea et macula nõ est in te fau9 distillãs labia tua mel ꝛ lac sub lingua tua/odor vnguẽtor tuor sup oia aromata: iam eni hyems transijt imber abijt ꝛ recessit flores apparuerunt vinee florẽtes odorẽ dederũt: et vox turturis audita est in terra nr̃a: surge ppera amica mea veni de libano veni coronaberis. ℣. Post partũ Oratio. Famulorũ. Postea incipiat tertia. Ad missam. Introit9



Domine ne longe facias auxiliũ tuũ a me ad defensionẽ meam aspice/libera me de ore leonis/ꝛ a cornibus vnicorniũ humilitatẽ meam. ps. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorũ meorum. Non dicitur Gloria patri. Oremus. Orõ. Omnipotẽs sempiterne deus qui humano generi ad imitãdũ humilitatis exẽplũ saluatorem nostrũ carnẽ sumere: et crucẽ subire fecisti: cõcede ppicius/vt ꝛ paciẽtie ipsi9 habere documenta/ꝛ resurrectionis consortia mereamur Per eundẽ. Ad philippenses. ij.

Fratres. Hoc sentite in vobis: quod et in christo iesu Qui cum in forma dei esset nõ rapinã arbitratus est esse se equalẽ deo: sed semetipm exinaniuit formam serui accipiens. In similitudinem hominũ factus: et habitu inuentus vt homo: humiliauit semetipsum factus obediẽs vsq3 ad mortem/mortẽ autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum et donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine iesu omẽ genu flectatur celestiũ terrestriũ et infernor. Et oĩs lingua confiteatur: quia dñs iesus christus in gloria ẽ dei patris. ℟. Tenuisti manum dexterã meam in voluntate tua deduxisti me et cũ gloria assumpsisti me. ℣. Quã bonus israel de9 rectis corde mei aũt pene moti sunt pedes pene effusi sunt gressus mei q3 zelaui in peccõribus pacẽ pctõr vidẽs. Tractus. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti. ℣. Lõge a salute mea verba delictor meorũ. ℣. Deus meus clamabo p diẽ nec exaudies et nocte ꝛ nõ ad insipientiã michi. ℣. Tu aũt i sctõ habitas laus isrl. In te sperauer-

runt patres nostri sperauerūt ⁊ liberasti eos. ℣. Ad te clamauerunt ⁊ salui facti sunt in te sperauerūt et nō sunt confusi. ℣. Ego autem sum vermis et nō homo opprobriū hominū ⁊ abiectio plebis. ℣. Oēs qui videbant me aspernabant me locuti sunt labijs et mouerunt caput. ℣. Sperauit in dño eripiat eū saluū faciat eū qm̄ vult eū. ℣. Ipsi vero cōsiderauerūt et inspexerūt me diuiserunt sibi vestimēta mea et sup vestē meā miserūt sortē. ℣. Libera me de ore leonis ⁊ a cornibus vnicorniū humilitatē meā. ℣. Qui timetis dñm laudate eū vniuersū semen iacob magnificate eū. ℣. Annūciabitur dño generatio ventura ⁊ annūciabūt celi iusticiā ei⁹. ℣. Pplo qui nascet quē fecit dñs. ¶ Nota q̄ qn̄ passio sequēs i cātu dr: triplici voce debet cātari. Et sic in alijs passiōib⁹: ⁊ in pncipio nō dr Dñs vobiscum. Passio dñi nr̄i iesu xp̄i: scḋm Mattheum Nō dicit Glīa tibi dñe. nec aliud nec in alijs passio. Matthei. xxvj.



In illo tpe. c. Dixit iesus discipulis suis. ✠. Scitis q̄r post biduū pascha fiet et filius hoīs tradet vt crucifigat. c. Tūc congregati sunt pncipes sacerdotū et seniores ppl̄i in atriū principis sacerdotum: qui dicebat cayphas/⁊ cōsiliū fecerūt vt iesum dolo tenerent ⁊ occiderēt. Dicebant aūt. s. Nō in die festo. c. Ne forte tumultus fieret in pplo. Cū autē esset iesus in bethania in domo simonis leprosi: accessit ad eum mulier habēs alabastrū vnguēti preciosi: et effudit sup caput ipsi⁹ recūbentis Videtes autē discipuli: indignati sunt dicentes. s. Ut q̄d pditio hec? Potuit eni istud venūdari multo et dari pauperib⁹. c. Sciēs aūt iesus ait illis. ✠. Quid molesti estis huic mulieri? Opus eni bonū operata est i me. Nā semp pauperes habetis vobiscū: me aūt nō semp habebitis. Mittēs eni hec vnguētū hoc in corpus meū: ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis: vbicūq₃ predicatū fuerit euāgeliū hoc in toto mūdo dicet: ⁊ q̄ hec fecit in memoriā eius. c. Tūc abijt vnus ex duodecim qui dicebat iudas scarioth ad principes sacerdotū: et ait illis. s. Quid vultis michi dare: ⁊ ego vobis eū tradā? c. At illi ↄstituerūt ei: triginta argēteos. Et exinde querebat opportunitatē vt eū traderet. Prima autē die azimoꝝ accesserūt discipuli ad iesum dicētes. s. Ubi vis parem⁹ tibi comedere pascha? c. At iesus dixit. ✠. Ite in ciuitatē ad quendā: et dicite ei. Magister dicit. Tēpus meū ꝓpe est: apud te facio pascha cū discipulis meis. c. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis iesus: et parauerūt pascha. Uespere aūt facto: discumbebat cū duodecim discipulis suis. Et edentib⁹ illis dixit. ✠. Amen dico vobis: quia vnus vestrū me traditurus est. c. Et contristati valde: ceperūt singuli dicere. s. Nunq̄d ego sum domine? c. At ipse respondens ait. ✠. Qui intingit mecum manū in parapside: hic me tradet. Fi

lius quidẽ homis vadit: sicut scriptũ est de illo. Ue aũt hoi illi: per quẽ fili⁹ hois tradet. Bonũ erat ei si nat⁹ nõ fuisset homo ille. c. Respõdẽs aũt iudas qui tradidit eũ: dixit. s. Nunqd ego sum rabbi? c Ait illi. ✠. Tu dixisti. c. Cenantibus autẽ eis accepit iesus panẽ: et benedixit/ac fregit deditq discipulis: ⁊ ait. ✠. Accipite ⁊ comedite: hoc ẽ corp⁹ meũ. c. Et accipiẽs calicẽ: grãs egit/⁊ dedit illis dicẽs. ✠ Bibite ex hoc oẽs. Hic est eñi sanguis me⁹ noui testamẽti: qui pro multis effundet in remissionẽ peccatoꝝ. Dico aũt vobis: nõ bibam ãmodo de hoc genimine vitis vsq in diem illũ: cũ illud bibã vobiscum nouũ in regno patris mei. c. Et hymno dicto exierũt in montẽ oliueti. Tunc dicit illis iesus. ✠. Oẽs vos scãdalũ patiemini i me: in ista nocte. Scriptũ est eñi. Percutiã pastorẽ: et dispergẽtur oues gregis. Postq̃ autẽ resurrexero: precedã vos in galileã. c. Respondẽs autẽ petr⁹: ait illi. s. Et si oẽs scãdalizati fuerint in te: ego nunq̃ scãdalizabor. c. Ait illi iesus. ✠. Amen dico tibi: quia in hac nocte anteq̃ gallus cantet: ter me negabis. c. Ait illi petr⁹. s. Etiã si oportuerit me mori tecũ: nõ te negabo c. Similiter ⁊ omẽs discipuli/dixerũt. Tũc venit iesus cũ illis in villam que dicit gethsemani: et dixit discipulis suis. ✠. Sedete hic donec vadã illuc et orẽ. c. Et assumpto petro ⁊ duobus filijs zebedei/cepit ꝯtristari: et mestus esse. Tũc ait illis. ✠. Tristis est aĩa mea: vsq ad mortẽ. Sustinete hic: ⁊ vigilate mecũ. c. Et ꝓgressus pusillũ ꝓcidit in faciẽ suã orans: ⁊ dicẽs. ✠. Pater mi: si possibile est/trãseat a me calix iste. Uerũtamen nõ sicut ego volo: sed sicut tu. c. Et venit ad discipulos suos: et inuenit eos dormiẽtes. Et dicit petro sic. ✠. Nõ potuisti vna hora vigilare mecũ? Uigilate et orate: vt non intretis in tentationẽ. Spũs quidem prõptus est/caro autem infirma. c. Iterum scdo abijt: ⁊ orauit dicẽs. ✠. Pater mi: si non potest hic calix trãsire/nisi bibã illũ fiat volũtas tua. c. Et venit iterꝝ: ⁊ inuenit eos dormiẽtes. Erãt eñi oculi eoꝝ grauati. Et relictis illis iterũ abijt: et orauit tertio/eundẽ sermonẽ dicẽs. Tũc venit ad discipulos suos: ⁊ dicit illis. ✠. Dormite iam: et requiescite. Ecce appropinquabit hora: ⁊ fili⁹ hois tradetur in manus pctõꝝ. Surgite: eamus. Ecce appropinquabit q̃ me tradet. c. Adhuc eo loquente: ecce iudas vnus de duodecim venit: ⁊ cũ eo turba multa cũ gladijs ⁊ fustib⁹ missi a ꝑncipib⁹ sacerdotũ/⁊ seniorib⁹ ppli. Qui autẽ tradidit eũ: dedit illis signũ dicẽs. s. Quẽcunq osculat⁹ fuero/ipse est tenete eũ. c. Et ꝯfestĩ accedẽs ad iesum dixit. s. Aue rabbi. c. Et osculatus ẽ eum. Dixitq illi iesus. ✠. Amice ad qd venisti? c. Tũc accesserũt et man⁹ iniecerũt in iesum: et tenuerũt eũ. Et ecce vn⁹ ex his qui erãt cũ iesu/ extẽdẽs manũ exemit gla-

dium suũ: et percutiẽs seruũ prin-
cipis sacerdotũ amputauit auri-
culã eiꝰ. Tũc ait illi iesus. ✠. Cõ
uerte gladiũ tuũ in locũ suũ. Oẽs
enĩ qui acceperint gladiũ: gladio
peribũt. An putas qꝛ nõ possũ ro
gare patrẽ meum: ⁊ exhibebit mi
chi modo plusq̃ duodecim legio-
nes angeloꝝ. Quomodo ergo im
plebunť scripture. Quia sic opor-
tet fieri. c. In illa hora: dixit iesus
turbis. ✠. Tanq̃ ad latronẽ exi-
stis cũ gladijs et fustibꝰ cõprehen-
dere me. Quotidie apud vos sede
bã docẽs in tẽplo: et nõ me tenui-
stis. c. Hoc autẽ totũ factũ est: vt
adimplerẽtur scripture ꝓphetaꝝ.
Tũc discipuli oẽs: relicto eo fuge-
rũt. At illi tenentes iesũ: duxerũt
ad cayphã principem sacerdotũ:
vbi scribe et seniores cõuenerant.
Petrus aũt sequebať a lõge: vsq̃
in atriũ p̃ncipis sacerdotũ. Et in-
gressus itro sedebat cũ ministris:
vt videret finẽ. Principes aũt sa-
cerdotũ ⁊ oĩe ꝯsiliũ querebãt fal
sum testimoniũ ꝯtra iesum: vt eũ
morti traderẽt. Et nõ iuenerũt cũ
multi falsi testes accessissent. No-
uissime autẽ venerũt duo falsi te-
stes: et dixerũt. s. Hic dixit. Possũ
destruere templũ dei: et post tridu
um reedificare illud. c. Et surgẽs
princeps sacerdotũ: ait illi. s. Ni-
chil respõdes ad ea q̃ isti aduersũ
te testificanť. c. Iesus aũt tacebat
Et princeps sacerdotum ait illi. s
Adiuro te per deũ viuũ: vt dicas
nobis si tu es xp̄us filiꝰ dei. c. Di-
xit illi iesus. ✠. Tu dixisti. Uerũ

tamen dico vobis: ãmodo videbi
tis filiũ hoĩs sedentẽ a dextris vir
tutis dei: et venientẽ in nubibꝰ ce-
li. c. Tũc p̃nceps sacerdotũ scidit
vestimẽta sua: dicẽs. s. Blasphe-
mauit. Quid adhuc egemus testi
bus. Ecce nunc audistis blasphe-
miã. Quid vobis videť. c. At illi
respondẽtes: dixerũt. s. Reus est
mortis. c. Tũc expuerunt in faciẽ
eius: ⁊ colaphis eũ ceciderũt. Alij
autẽ palmas in faciẽ eiꝰ dederunt
dicẽtes. s. Prophetiza nobis xp̄e:
quis est q̇ te percussit. c. Petrꝰ ve-
ro sedebat foris in atrio. Et acces
sit ad eũ vna ancilla dicens. s. Et
tu cũ iesu galileo eras. c. At ille ne
gauit: corã oĩbus dicẽs. s. Nescio
q̇d dicis. c. Exeũte aũt illo ianuã/
vidit eũ alia ancilla: et ait his qui
erãt ibi. s. Et hic erat cũ iesu naza
reno. c. Et iterũ negauit cũ iura-
mẽto. quia non noui hominẽ. Et
post pusillũ accesserũt qui stabãt/
et dixerũt petro. s. Uere et tu ex il-
lis es. Nã et loquela tua manife-
stũ te facit. c. Tũc cepit detestari/
et iurare: quia nõ nouisset homi-
nem. Et continuo gallus canta-
uit. Et recordatus est petrꝰ verbi
iesu quod dixerat: priusq̃ gallus
cãtet: ter me negabis. Et egressus
foras fleuit amare. Mane aũt fa-
cto: ꝯsiliũ inierũt oẽs principes sa
cerdotũ/ et seniores populi aduer-
sus iesum: vt eũ morti traderent.
Et vinctum adduxerunt eum: et
tradiderunt põtio pilato presidi.
Tũc vidẽs iudas qui eũ tradidit
q̃ dannatus esset: penitentia du-

ctus retulit triginta argēteos p̄n
cipibus sacerdotū ꝛ seniorib9 pp̄lī
dicēs. s. Peccaui tradēs sanguinē
iustū. c. At illi dixerūt ei. s. Quid
ad nos? Tu videris. c. Et ꝓiectis
argēteis in tēplo recessit: et abiēs
laqueo se suspēdit. Principes aūt
sacerdotū acceptis argenteis dixe
rūt. s. Nō licet eos mittere in cor-
banā: qꝛ preciū sāguinis ē. c. Cōsi
lio autē inito/emerūt ex illis agrū
figuli in sepulturā peregrinorum
Propter hoc vocatus est ager ille
acheldemach: hoc est ager sangui
nis: vsqꝫ in hodiernū diē. Tūc im
pletū est qđ dictū est ꝑ hieremiā ꝓ
phetā dicentē. Et acceperūt trigi-
ta argēteos/preciū appreciati/quē
appreciauerūt a filijs israel: et de-
derūt eos in agrū figuli/ sicut ꝯsti
tuit michi dn̄s. Jesus autē stetit
ante presidē. Et iterrogauit eum
preses dicēs. s. Tu es rex iudeoꝝ?
c. Dicit ei iesus. ✠. Tu dicis. c.
Et cū accusaret a principibꝰ sacer
dotū et senioribꝰ: nichil respōdit.
Tūc dicit ei pilatus. s. Nō audis
q̄ta aduersū te dicūt testimonia?
c. Et nō respōdit ei ad vllū ꝟbū:
ita vt miraret preses vehemēter.
Per diē autē solennē: consueuerat
p̄ses dimittere populo vnū vinctū
ra libera ab omni insidiatoris incursu et toti⁹ nequicie purgata discessu. ✠ Sit fons viu⁹ ✠ aqua regenerãs. ✠ vnda purificãs. Ut oẽs hoc lauacro saluti fero diluendi opante in eis spũ sancto pfecte purgationis indulgentiã cõsequanť. Unde benedico te creatura aque p ✠ deũ vivum. p ✠ deũ verũ. p ✠ deum sanctũ. p deũ qui te in pricipio verbo separauit ab arida: cuius spũs sup te ferebať qui te de paradiso manare ꝑ in quattuoꝛ fluminib⁹ totã terrã rigare pcepit.

Hic pijciat aqua extra fõtes i modũ crucis. Qui te in deserto amaram suauitate indita fecit esse potabilem et sitienti populo de petra produxit. Unde benedico te ✠ per iesum christum fili

um ei⁹ vnicū dn̄m nr̄m q̄ te in

chana galilee signo admirabili

sua potētia ꝯuertit in vinū. Qui

pedib⁹ sup te ambulauit ⁊ a io

hāne in iordane in te baptizat⁹ ē

Qui te vna cū sanguine de latere

suo ꝑduxit: ⁊ discipulis suis ius

sit vt credētes baptisarent in te

dicēs. Ite docete oēs gētes bap-

tizātes eos in nomie pr̄is ⁊ filij:

⁊ spirit⁹ sācti. Amē. Hic mutat vocem ⁊ dicat ter anhelādo vel aspirando in modum crucis.

Hec nobis precepta seruantibus: tu deus omnipotēs et clemens adesto: tu benignus aspira.

Tu has simplices aq̄s tuo ore

benedicito vt p̄ter naturalē emū

dationē quā lauādis possūt adhi

bere corporib⁹ sint etiā purificā-

dis mētib⁹ efficaces. Hic ponat cereū i aquā ⁊ dicat ter. Descēdat. bis, tertio tāꝫ

Descēdat in hāc plēitudinē fōtis

virt⁹ sp̄us tui. Totaq̄ꝫ huius aq̄

substātiā regenerādi fecūdet effe-

cta. Hic omniū peccatorū macule deleātur: hic natura ad imaginē tuā condita ꝛ ad honorē sui reformata principij cūctis vetustatis squaloribꝰ emūdetur. Ut ois homo hoc sacramētū regenerationis ingressus in vere innocētie nouā infantiā renascat. P dominū nrm iesū xp̄m filiū tuū: q̄ vēturus ē iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculū per ignem. Amen.

Hic extrahat cereus de aqua et de cerei cera parūper in aquā deguttetur in modum crucis dicendo.

Sanctificet et fecundet fons iste. In noīe patris ✠ et filij et spūs scti. Amen. Post hauriat sacerdos de aqua bn̄dicta fontis ꝛ ponat in alio vase ꝛ diuidat et aspergat sed prius sacerdos in parrochijs ponat oleū et chrisma in modū crucis et si aliquis fuerit baptizādus baptizetur. Dicat ergo q̄d sequitur ponendo oleum.

Coniunctio olei vnctionis ꝛ aque baptismatis. In noīe pris ✠ et filij ꝛ spūs scti amē. Itē mittat chrisma ī modū cruc̄ dicēs

Coniūctio chrismatis sctificationis et olei vnctionis ꝛ aque baptismatis. In noīe ✠ patris et filij. Finita bn̄dictiōe fōtis icipit letania q̄ cātat a duobꝰ subdiaconis sigillati choro idē repetente.

Kyrie eleison. xp̄e audi nos
Sctā trinitas vnꝰ deꝰ miserere nob
Sancte sctōꝝ deꝰ miserere nobis
Sancta virgo virginū oꝛ
Sancte raphael oꝛ
Omēs sctē virtutes celoꝝ oꝛte
Sancte iohānes euāgelista oꝛ

Tūc redit pcessio ad maiorē ecclesiā duobus presbyteris remanētibus cū duabꝰ ampulis in quibus

oleū et chrisma cōtinētur ꝛ duob⁹ alijs pueris tenētibus duos cereos qui prius ante episcopū ferebātur: et tūc baptizētur ceteri pueri.

Sancte bartholomee ora
Omnes sancti innocētes orate
Sancte laurenti ora
Sancte vincenti ora
Omnes sancti martyres orate
Sancte martine ora
Sancte nicholae ora
Omnes sancti cōfessores orate
Sancta cecilia ora
Sancta genouefa ora
Omnes sancte virgines orate
Omnes sancti orate
Propicius esto. parce nobis dn̄e
Per sepulchrum tuum. l.
Per sanctā resurrectionē tuā l.
In die iudicij l.
Peccatores. Te r.
Ut fidem spem et charitatem nobis dones Te r.
Ut fructus terre dare et cōseruare digneris te r.
Ut cunctum populum christianum precioso sanguie tuo redemptum conseruare digneris te r.
Ut nos exaudire digneris te r.
Ut ad gaudia eterna nos perducere digneris. te r.
Fili dei Te rogam⁹ audi nos
Agn⁹ dei qui tollis peccata mūdi parce nobis domine.
Agn⁹ dei qui tollis peccata mūdi: exaudi nos domine.
Agn⁹ dei qui tollis peccata mūdi dona nobis pacem. Finita letania accendant luminaria et incipitur ab illo qui dextrum chorū tenet alta voce.

Kyrie leison. kyrie eleison. kyrie leison. Christe eleison. Christe eleison. Christe eleison. Kyrie leison. kyrie eleison. kyrie leison. Gloria in excelsis. Et pulsantur campane. Oremus.

Deus qui hāc sacratissimā noctem gloria dominice resurrectionis illustras: cōserua in noua familie tue progenie adoptionis spiritum quē dedisti: vt mente et corpore pariter renouati puram tibi exhibeant seruitutē. Per eundem. In vnitate eiusdem spiritus. Ad Collocenses. iij.

Fratres: Si cōsurrexistis cū christo: que sursum sūt querite: vbi christus est in dextera dei sedens. Que sursum sunt sapite: nō que super terram. Mortui enim estis: et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Cum enim christus apparuerit vita vestra: tunc et vos apparebitis: cū ipso in gloria. ℟. Alleluia. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniā in seculū misericordia eius. Tract⁹

Laudate dominum omnes gentes / et collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas domini manet in eternum. Ante euāgelium non ferat lumen sed tātummodo thus.

Secundum Mattheum. xxviij.

In illo tempore. Vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene et altera maria videre se-

pulchrum. Et ecce terremotus factus est magnus: angelus enim domini descendit de celo. Et accedens reuoluit lapidem: et sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur: et vestimenta eius sicut nix. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes: et facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus: dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim: quod iesum qui crucifixus est queritis. Non est hic: surrexit enim sicut dixit vobis. Venite et videte locum: vbi positus erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius: quia surrexit. Et ecce precedet vos in galileam. Ibi eum videbitis: sicut predixit vobis. Non dicitur Credo. Sed dicitur Dominus vobiscum. Non dicitur Offertorium. nec Agnus. nec Communio, nec pax datur. Secreta.

Suscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiata mysteriis: ad eternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per dominum. Prefatio.


Te quidem omni tempore sed in hac potissimum nocte gloriosius predicare cum pascha nostrum immolatus est christus. Ipse enim verus est agnus: qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit: et vitam resurgendo reparauit. Et ideo cum angelis et archangelis: cum thronis et dominationibus. Cumque omni militia celestis exercitus: hymnum glorie tue canimus sine fine dicentes. Sanctus. Infra canonem.

Communicantes et noctem sacratissimam celebrantes resurrectionis domini nostri iesu christi secundum carnem sed et memoriam venerantes. In primis gloriose semperque virginis marie genitricis eiusdem dei. vt in canone.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre sed et cuncte familie tue quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto tribuens eis remissionem omnium peccatorum. Quesumus domine. vt in canone. Facta communione incipiat cantor alta voce. an. Alleluia quoniam in eternum alleluia misericordia eius alleluia alleluia. ps. Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum. Finito psalmo sine Gloria patri. Et dicta an. incipiat episcopus vel sacerdos ad altare hanc an. Vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrum alleluia. ps. Magnificat. Quo finito sine Gloria patri. Sequitur Dominus vobiscum. Oremus.

Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus saciasti: tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum Qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus. Per Dominus vobiscum. Ite missa est. Deo gratias. Adiutorium. et cetera

In die sancto pasche.



Ad missam. Introitus.

Resurrexi ⁊ adhuc tecum sum alla posuisti sup me manũ tuã alla mirabilis facta est sciẽtia tua alla alleluia. ps. Dñe pbasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã ⁊ resurrectionẽ meã. Glia pri. Glia in excelsis

Deus qui hodierna Orõ. die per vnigenitũ tuũ eternitatis nobis aditũ deuicta morte reserasti: vota nostra q̃ preueniendo aspiras: etiã adiuuãdo psequere. Per eũ dñ. Mẽo. nulla. Lcõ epl'e bti pauli apli. Ad Corithios. j. v

Frẽs. Expurgate vetꝰ fermẽtum: vt sitis noua conspersio sicut estis azymi. Etenĩ pascha nostrũ: imolatus est christus

Itaqꝫ epulemur. Nõ infermento veteri: neqꝫ infermento malicie et nequicie. Sed in azymis sinceritatis: et veritatis. R. Hec dies quã fecit dñs exultemus et letemur in ea. V. Cõfitemini dño qm̃ bonus quoniã in seculũ mia eiꝰ. Alla. V. Pascha nostrũ immolatus est xp̃s. Alleluia. Prosa.

Fulgens preclara rutilat p orbẽ hodie dies in qua xp̃i lucida narrant ouãter prelia. De hoste superbo quẽ xp̃s triũphauit pulchre castra illius perimẽs teterrima. Infelix culpa eue qua caruimus oẽs vita. Felix proles marie qua epulamur modo vna. Benedicta sit celsa regina illa. Generãs regẽ spoliãtẽ tartara. Pollentẽ iã in ethera. Rex in eternũ suscipe benignus preconia nostra sedule tibi canẽtia. Patris sedẽs ad dexteram. Victor vbiqꝫ morte superata atqꝫ triũphata polorꝫ possidẽs gaudia. O magna o celsa o pulchra clementia xp̃i melliflua o alma. Laus tibi honorqꝫ ac virtus ꝙ nostrã antiquã leuiasti sarcinã. Roseo cruore agni benignissimi empta florida micat hec aula. Potenti virtute nr̃a qui lauit facinora tribuit dona fulgida. Stupẽs valde ĩ memet iã miror hodierna. Tãta indignꝰ pãdere modo sacramẽta. Stirpe dauitica ortꝰ de tribu iuda leo potẽs surrexisti in gloria agnus visus es in terra. Fundẽs olim arua. Regna petẽs supera. Iustis reddens premia in secla dignãter ouãtia. Dic impie zabule qd valet nũc fraus tua. Igneis

nexus loris a xpi victoria. Trib⁹ lingue admiramini q̄s audiuit talia miracula. Ut mors morte sic superaret rei perciperēt talē grām Judea incredula cur manes adhuc inuerecūda. Respice xpicolas qualiter leti canunt inclyta. Redēptori carmina. Ergo pie rex xpe nobis dās precamina. Solue nexorū crimina. Electorū agmina. Fac tecū resurgere ad beatā gloriam digna repēdēs merita. Amē.

Secundum Marcum. xvi.

IN illo tpe. Maria magdalene/ et maria iacobi/ et salome/emerūt aromata: vt veniētes vngerēt iesū. Et valde mane vna sabbatorū: veniūt ad monumētū orto iam sole. Et dicebāt adinuicē Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumēti? Et respiciētes viderūt reuolutū lapidē. Erat q̄ppe magnus valde. Et introeūtes in monumentū: viderūt iuuenē sedentē in dextris/ coopertū stola cādida: et obstupuerūt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Jesum q̄ritis nazarenū crucifixū. Surrexit non est hic. Ecce loc⁹ vbi posuerunt eum. Sed ite dicite discipulis ei⁹ et petro: quia precedet vos in galileā. Ibi eū videbitis: sicut dixit vobis. Credo. Offertoriū.

Terra tremuit et quieuit dum resurgeret in iudicio deus allā. Secreta.

SUscipe dn̄e q̄s preces ppl'i tui cū oblationib⁹ hostiarū vt paschalib⁹ iniciata mysteriis: ad eternitatis nobis medelā te operāte pficiāt. P d. Prefatio. Equū et salutare. Te quidē oīni tpe. In prefationib⁹. Cōicantes. et Hanc igit oblatio. Quere ante canonē.

Cōio. Pascha nostrū immolat⁹ est xp̄s allā itaq; epulemur in azymis sinceritatis et veritatis allā allā allā. Postcōio

SPiritū nobis dn̄e tue charitatis infūde: vt quos sacramentis paschalib⁹ saciasti: tua facias pietate concordes. Per dn̄m nostrū. eiusdē spūs. Dn̄s vobiscum. et cum spiritu tuo. Jte missa est. Deo grās. Adiutoriū nostrū. rec.

Feria secunda. Introitus.

INtroduxit vos dn̄s i terram fluentē lac et mel allā et vt lex dn̄i semp sit in ore vestro alleluia allā. ps. Cōfitemini domino quoniā bonus: quoniā in seculū misericordia ei⁹. Glīa patri. kyrieeleison. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus qui solēnitate paschali mūdo remedia cōtulisti: populū tuū q̄s celesti dono prosequere: vt et perfectā libertatē consequi mereatur: et ad vitam proficiat sempiternam. Per dn̄m. Memoria nulla. et sic per ebdomadā

Lectio Actuū apostolorū. x.

IN diebus illis. Stās petr⁹ in medio plebis dixit. Uiri fratres vos scitis qd factū est verbū: per vniuersam iudeā. Incipiens enim a galilea post baptismū qd predicauit iohānes iesum a nazareth: quomodo vnxit eū de⁹ spiritu sctō et virtute. Qui pertrāsiuit benefaciēdo et sanando oēs oppressos a diabolo: qm̄ de⁹ erat cū illo. Et nos testes sumus oīum

que fecit in regione iudeorũ et hie-
rusalẽ: quẽ occiderũt suspendẽtes
in ligno. Hũc deꝰ suscitauit tertia
die et dedit eũ manifestũ fieri non
oĩ pplo: sed testibꝰ preordinatis a
deo: nobis qui mãducauimꝰ et bi
bimus cum illo postq̃ resurrexit
a mortuis. Et precepit nobis pre-
dicare populo ⁊ testificari: qr ipse
est qui ꝯstitutus est a deo iudex vi
uorũ et mortuorꝝ. Huic oẽs ꝓphete
testimoniũ ꝑhibẽt remissionẽ pec-
catorꝝ accipere per nomen eiꝰ: oẽs
qui credũt in eũ. ℟. Hec dies quã fe-
cit dñs exultemus et letemur in ea. ℣.
Dicat nũc israel qm̃ bonus quoniã in se
culũ misericordia eius. Alla. ℣. Non-
ne cor nostrũ ardens erat in nobis de ie-
su dum loqueret̃ nobis in via. Prosa.

Mane prima sabbati surgẽs
dei filiꝰ nostra spes ⁊ gl'ia.
Victo rege sceleris rediit ab ĩferis
cum summa victoria. Cuiꝰ resur-
rectio omni plena gaudio cõsolat̃
omnia. Resurgentis itaq̃ maria
magdalene facta est prenũcia. Fe
rens christi fratribus eius morte
tristibus expectata gaudia. O be
ati oculi quibus regẽ seculi morte
iã deposita prima est intuita. Hec
est illa femina cuiꝰ cũcta crimina
ad christi vestigia eius lauit gr̃a.
Que dum plorat et mens orat fa-
cto clamat quod cor amat iesum
super oĩa. Non ignorat quem
adorat quid precetur sed delet̃ qđ
mens timet conscia. O maria ma
ter pia stella maris appellaris ope
rum per merita. Matri christi coe
quata dũ fuisti sic vocata sed ho-
nore subdita. Illa mundi impera
trix ista beata peccatrix leticie pri-
mordia fuderunt in ecclesia. Illa
enĩ fuit porta per quã fuit lux ex-
orta hec resurgentis nuncia mun
dũ replet leticia O maria magda
lena audi vota laude plena apud
christũ chorũ istũ clementer conci-
lia. Ut fons summe pietatis qui
te lauit a peccatis seruos suos at-
q̃ tuos mundet data venia. Hoc
det eius gr̃a qui regnat ꝑ omnia.
Amen. Secundũ Lucam. xxiiij.

In illo tp̃e. Exeũtes duo ex
discipulis iesu/ ibãt ipsa die
in castellũ quod erat in spacio sta
diorꝝ sexaginta ab hierusalem: no
mine emaus. Et ipsi loq̃bãtur ad
inuicẽ: de his oĩbus que accide-
rant. Et factũ est dũ fabularẽtur
et secũ quererẽt: ⁊ ipse iesus appro
pinquans ibat cũ illis. Oculi au-
tem illorũ tenebãtur: ne eũ agno-
scerent. Et ait ad illos. Qui sunt
hi sermones quos cõfertis ad inui
cem ambulãtes/ ⁊ estis tristes? Et
respondens vnus cui nomen cleo
phas: dixit ei. Tu solus peregri-
nus es in hierusalẽ: ⁊ non cogno-
uisti que facta sunt in illa/ his die-
bus? Quibus ille dixit. Que? Et
dixerũt. De iesu nazareno/ qui fu-
it vir propheta: potens in opere ⁊
sermone: corã deo et oĩ populo.
Et quomodo tradiderũt eũ sum-
mi sacerdotes/ ⁊ ꝓncipes nostri in
damnationẽ mortis: et crucifixe-
runt eũ. Nos autẽ sperabamus:
qr ipse esset redẽpturus israel. Et
nũc super hec oĩa tertia dies est

hodie: quod hec facta sũt. Sed et mulieres quedam ex nr̃is terruerunt nos: que ante lucẽ fuerunt ad monumentũ. Et nõ inuento corpore eius: venerũt dicentes se etiã visionem angelorum vidisse: qui dicũt eũ viuere. Et abierũt quidã ex nr̃is ad monumentũ: et ita inuenerũt sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenerũt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credẽdum: in omnibus q̃ locuti sunt prophete. Nonne hec oportuit pati christũ: et ita intrare in gl'iam suam? Et incipiens a moyse et omnibus prophetis: interpretabaẗ illis in oibus scripturis, que de ipso erãt. Et appropinquerũt castello quo ibant et ipse se finxit longius ire. Et coegerũt illum dicẽtes. Mane nobiscum dñe: quoniã ad uesperascit: et inclinata est iam dies. Et intrauit cũ illis. Et factum est dum recumberet cũ eis: accepit panem, et benedixit ac fregit. Et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum et cognouerunt eũ: et ipse euanuit ab oculis eorum. Et dixerũt ad inuicẽ. Nonne cor nostrũ ardens erat in nobis, dum loqueretur in via: et aperiret nobis scripturas? Et surgẽtes eadem hora regressi sunt in hierusalẽ. Et inuenerũt congregatos vndecim: et eos qui cum illis erant dicentes: quod surrexit dñs vere et apparuit simoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via: et quomodo cognouerunt eum: in fractione panis. Credo. Offert. Angelus domini descendit de celo et dixit mulieribus quem queritis surrexit sicut dixit alleluia. Secreta.

Suscipe dñe q̃s preces populi tui cũ oblationib9 hostiarũ: vt paschalib9 iniciata mysterijs: ad eternitatis nobis medelam te operante proficiãt. Per dñm. Prefatio. Te quidẽ. Infra Cõicantes. Hanc igitur. vt supra. et per ebdomadã. Cõio. Surrexit dñs et apparuit petro alleluia. Postcõio.

Spiritũ nobis dñe tue charitatis infũde vt quos sacramẽtis paschalibus saciasti: tua facias pietate concordes. Per dñm eiusdẽ.

¶ Feria tertia. Introitus.

Aqua sapiẽtie potabit eos alleluia firmabitur ĩ illis et non flectetur all'a, et exaltabit eos in eternũ alleluia alleluia. Ps. Confitemini dño quoniã bonus: quoniam in seculũ misericordia eius. Kyrie el'. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui ecclesiã tuã nouo semper fetu multiplicas: cõcede famulis tuis: vt sacramẽtũ viuẽdo teneãt: quod fide perceperunt. Per dñm. Lcõ Actuũ apostolorum. xiij.

In dieb9 illis. Surgẽs paulus et manu silentiũ indicẽs ait. Uiri fratres filij generis abraham. Et qui in vobis timẽt deũ: vobis verbũ salutis hui9 missum est. Qui enĩ habitabant hierusalẽ et principes ei9 ignorantes iesum: et voces prophetarũ que per omne sabbatũ leguntur: iudicãtes impleuerunt. Et nullã causam mortis inueniẽtes in eo: petierunt a pilato, vt interficerẽt eum. Cumque consum

massent oīa que de eo scripta erāt deponētes eum de ligno posuerūt in monumēto. Deus autē suscitauit eum a mortuis tertia die. Qui visus est p dies multos his qui simul ascenderāt cū eo de galilea in hierusalē: qui vsqz nūc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annūciamus eam que ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc de⁹ adimpleuit filijs vestris. Resuscitans iesum xp̄m: dominū nostrū. ℟. Hec dies quam fecit dn̄s exultemus et letemur in ea. ℣. Dicant nūc qui redēpti sunt a dn̄o quos redemit de manu inimici de regionib⁹ congregauit eos. Alla. ℣. Surrexit dn̄s et occurrēs mulieribus ait auete: tunc accesserūt ⁊ tenuerūt pedes eius. Prosa.

Zyma vetus expurget vt sincere celebretur noua resurrectio. Hec est dies nostre spei huius mira vis diei legis testimōio. Hec egyptū spoliauit ⁊ hebreos liberauit de fornace ferrea. His in arcto cōstitutis opus erat seruitutis lutum later palea Jam diuine laus virtutis iam triūphi iam salutis vox erumpat libera. Hec est dies quā fecit dominus dies nostri doloris termin⁹ dies salutifera. Lex est vmbra futurorū christus finis promissoꝝ qui consummat oīa Christi sanguis igneam ebetauit rumpheā amota custodia. Puer nostri forma risus p quo vervex est occisus vite signat gaudiū. Joseph exit de cisterna christus redit ad superna post mortis suppliciū Hic dracones pharaōis draco vorat a draconis immunis malicia. Quos ignitus vulnerat hos serpentis liberat enei presentia. Anguem forat i maxilla christus hamus et armilla in cauerna reguli Manū mittit ablactatus et sic fugit exturbatus vetus hospes seculi. Irrisores helysei dum conscendit domū dei zelum calui sentiūt. Dauid arrepticius hircus emissarius et passer effugiunt. In maxilla mille sternit et de tribu sua spernit sanson matrimoniū. Sanson gaze seras pandit et asportās portas scandit montis supciliū. Sic de iuda leo fortis fractis portis dire mortis die surgit tertia. Rugiē te voce patris ad superne sinū matris tot reuexit spolia Cetus ionā fugitiuū veri ione signatiuū post tres dies reddit viuū de vētris angustia. Botrus cypri reflorescit dilatatur et excrescit synagoge flos marcessit ⁊ floret ecclesia. Mors ⁊ vita conflixere resurrexit xp̄s vere et cū christo surrexere multi testes glorie. Mane nouū mane letū vespertinū tergat fletū qz vita vicit letū tempus est leticie. Jesu victor iesu vita iesu vite via trita cuius morte mors sopita ad paschalem nos inuita mēsam cū fiducia. Viue panis viua xvnda vera vitis ⁊ fecūda tu nos pasce tu nos mūda vt a morte nos secūda tua saluet gr̄a. Amen. Scd̄m Lucā. xxiiij.

In illo tēpore. Stetit iesus in medio discipulorum suorum: ⁊ dixit eis. Pax vobis. Ego sum nolite timere. Cōturbati ve-

ro et conterriti: existimabãt se spi-
ritum videre. Et dixit eis. Quid
turbati estis: et cogitationes ascẽ-
dunt in corda vestra? Uidete ma-
nus meas & pedes meos quia ego
ipse sum. Palpate et videte: quia
spiritus carnem & ossa non habet
sicut me videtis habere. Et cũ hec
dixisset: ostendit eis manus et pe-
des. Adhuc autem illis non credẽ
tibus/ et mirantibus pre gaudio:
dixit. Habetis hic aliquid qđ mã-
ducetur? At illi obtulerunt ei par
tem piscis assi: et fauũ mellis. Et
cum manducasset corã eis: sumẽs
reliq̃as dedit eis. Et dixit ad eos.
Hec sunt verba que locutus sum
ad vos cum adhuc essem vobiscũ
quoniam necesse est impleri om̃ia
que scripta sunt in lege moysi/ & p
phetis et psalmis de me. Tũc ape
ruit illis sensum vt intelligerent
scripturas: et dixit eis. Quoniam
sic scriptũ est et sic oportebat chri-
stum pati et resurgere a mortuis:
die tertia. Et predicari in nomine
eius penitentiã et remissionẽ pec-
catorum: in omnes gentes. Cre-
do. Offer. Intonuit de celo dominus
et altissimus dedit vocẽ suã et apparue
runt fontes aquarũ alleluia. Secreta
Suscipe dñe q̃s preces ppl'i tui
cũ oblationib9 hostiarũ: vt
paschalib9 iniciata mysteriis: ad
eternitatis nobis medelã: te ope-
rante proficiant. Per dominum.
Prefatio. Te quidem omni tem-
pore. Infra Cõmunicantes et di-
em. Hanc igitur. vt supra. Cõio.
Si consurrexistis cũ christo que sursum
sunt querite alleluia vbi christus est in
dextera dei sedens que sursum sunt sapi
te alleluia. Postcõio.
Spiritũ nobis dñe tue chari
tatis infũde: vt quos sacra
mẽtis paschalibus saciasti: tua fa
cias pietate concordes. Per dominũ
eiusdẽ. ¶ Feria. iiij. Introitus.
Uenite bñdicti patris mei
percipite regnum alleluia
quod vobis paratũ est ab
origine mundi alleluia all'a all'a.
Ps. Confitemini domino quoniã bon9:
quoniã in seculũ misericordia eius. Ky-
rie eleison. Gl'ia in excel. Oratio.
Deus qui nos resurrectiõis
dominice annua solennita
te letificas: concede ꝓpicius vt per
hec temporalia festa que agimus/
peruenire ad gaudia eterna mere
amur. Per eundem dominum.
Lectio Actuum apostolorũ. iij.
In diebus illis. Aperiẽs pe
trus os suũ dixit. Uiri israe
lite et qui timetis deũ audite. De9
abraham/ et deus isaac/ et deus ia
cob/ et deus patrum nostrorũ glo
rificauit filium suũ iesum/ quem
vos quidẽ tradidistis et negastis
ante faciem pilati: iudicãte illo di
mitti. Uos autem sanctũ et iustũ
negastis: et petistis virum homi-
cidam donari vobis. Auctorẽ ve-
ro vite interfecistis: quem deus su
scitauit a mortuis/ cui9 nos testes
sumus. Et nunc fratres scio/ q2 p
ignorantiã fecistis: sicut et princi-
pes vestri. Deus autẽ qui prenun
ciauit per os omniũ prophetarũ
pati christũ suũ: impleuit sic. Pe-

nitemini igit̃ et cõuertimini: vt deleãtur vestra pctã. R. Hec dies quã fecit dñs exultemus et letemur in ea. V. Dextera dñi fecit virtutẽ dextera domini exaltauit me. Alleluia. V. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi vltra nõ dñabitur. Prosa.

Ecce dies celebris lux succedit tenebris morti resurrectio. Letis cedant tristia cũ sit maior glia q̃ prima cõfusio. Umbrã fugat veritas vetustatẽ nouitas luctũ ɔsolatio. Pascha nouũ colite qđ preit in capite mẽbra sperẽt singula. Pascha nostrũ xp̃s est q̇ p nobis passus est agn⁹ sine macula. Hostis q̇ nos circuit p̃dã xp̃s eruit qđ sanson p̃cinuit dũ leonẽ lacerat. Dauid fortis virib⁹ a leonis vnguib⁹ ⁊ ab vrsi faucib⁹ gregẽ patris liberat. Qđ ĩ morte plures strauit sanson xp̃m figurauit cui⁹ mors victoria. Sãson dict⁹ sol eorũ xp̃s lux est electorũ quos illustrat grã. Jã de crucis sacro vecte botr⁹ fluit in dilecte penetral ecclesie. Jã calcato torculari musto gaudẽt debriari gẽtium primitie. Saccus scissus ⁊ ptusus in regales trãsit vsus sacc⁹ fit soccus grẽ caro victrix miserie. Quia regem peremerũt rei regnũ pdiderũt sed nõ delet̃ penit⁹ caym in signũ positus. Reprobatus et abiect⁹ lapis iste nũc electus in tropheũ stat erectus ⁊ in caput anguli. Culpã delens non naturã nouã creat creaturã tenẽs in se ligaturã vtriusq̧ ppl̃i. Capiti sit glia: mẽbrisq̧ concordia. Amen. Se. Johãnẽ. xxi.

In illo tpe. Manifestauit se iterũ iesus discipul̃ suis ad mare tyberiadis manifestauit autẽ sic. Erãt simul simon petrus et thomas qui dicit̃ didim⁹ ⁊ nathanael: q̇ erat a chana galilee: et filij zebedei: ⁊ alij ex discipulis ei⁹ duo. Dicit eis simon petr⁹. Uado piscari. Dicũt ei. Uenimus et nos tecũ. Et exierũt et ascẽderũt in nauim: et illa nocte nichil prendiderunt. Mane aũt iam facto: stetit iesus i littore: non tamen cognouerũt discipuli qr iesus ẽ. Dicit ergo eis iesus. Pueri nunq̇d pulmẽtariũ habetis? Respõderũt ei. Non. Dicit eis. Mittite in dexterã nauigij rete: et inuenietis. Miserunt ergo: ⁊ iam nõ valebãt illud trahere: pre multitudine pisciũ. Dicit ergo discipul⁹ ille quẽ diligebat iesus petro. Dñs est. Simon petrus cum audisset qr dñs est: tunica succinxit se. Erat eni nudus: ⁊ misit se i mare. Alij autẽ discipuli nauigio venerũt. Non eni longe erãt a terra: sed quasi cubitis ducẽtis trahẽtes rete piscium. Ut ergo descenderũt in terrã: viderũt prunas positas/et piscẽ superpositũ ⁊ panem. Dicit eis iesus. Afferte de piscib⁹: quos prẽdidistis nũc. Ascendit simon petrus: et traxit rete in terrã plenũ magnis piscib⁹ centũ quinquaginta trib⁹. Et cũ tãti essent: non est scissum rete. Dixit eis iesus Uenite prandete. Et nemo audebat discũbentiũ interrogare eũ tu q̇s es: scientes qr dñs est. Et venit iesus et accepit panẽ et dabat eis:

et piscē similiter. Hoc iā tertio manifestat⁹ est iesus discipulis: cū surrexisset a mortuis. Credo. Offer.
Portas celi aperuit dñs et pluit illis mānna vt ederent panē celi dedit eis panē angelorū mādūcauit homo alľa. Secre.
Suscipe dñe q̄s p̄ces ppľi tui cū oblationib⁹ hostiarū: vt paschalib⁹ iniciata mysterijs: ad eternitatis nobis medelā: te operante pficiāt. P do. Prefatio. Te quidē omī tpe. Infra Cōicantes Hāc igiť. vts. Cōio. Christus resurgēs ex mortuis iā nō moriť alľa mors illi vltra nō dñabiť alľa alľa. Postcōio.
Spiritū nobis dñe tue charitatis infūde: vt quos sacramētis paschalibus saciasti: tua facias pietate ɔcordes. Per dominū

¶ Feria quinta. Introitus.
Victricē manū tuā dñe laudauerūt pariter alľa q₂ sapientia aperuit os mutū et linguas infantium fecit disertas alľa alľa. ps. Confitemini dño qm̄ bon⁹: qm̄ in seculū misericordia eius kyrie eleison. Glōa in excel. Orō.
Deus qui diuersitatē gētiū i ɔfessiōe tui noīs adunasti: da vt renatis fonte baptismatis: vna sit fides mētiū/et pietas actionū. P do. Lcō Actuū aploꝝ. viij.
In dieb⁹ illis. Angelus dñi locut⁹ est ad philippū dicēs Surge ⁊ vade contra meridianū. ad viā q̄ descendit ab hiꝛl̄m in gazā: hec est deserta. Et surgēs abijt Et ecce vir ethiops eunuchus potens candacis regine ethiopū/qui erat sup oēs gazas eius: venerat adorare in hierusalem. Et reuertebatur sedens sup currū suū: legēsq₂ isaiā pphetā. Dixit aūt spūs philippo. Accede: et adiūge te ad currum istum. Accurrēs autē philippus: audiuit eū legentē isaiā pphetam. Et dixit. Putas ne intelligis que legis? Qui ait. Et quomodo possum si aliquis nō ostēderet mihi? Rogauitq₂ philippū vt ascenderet: et sederet secum. Locus aūt scripture quam legebat: erat hic. Tanq̄ ouis ad occisionē duct⁹ est et sicut agnus corā tondēte se sine voce/sic nō aperuit os suū. In humilitate iudiciū eius sublatū est. Generationē ei⁹ quis enarrabit? Quoniā tolleť de terra vita eius. Respondens aūt eunuchus dixit philippo. Obsecro te de quo ppheta dicit hoc/de se an de aliquo alio Aperiens autem philippus os suum: ⁊ incipiēs a scriptura ista euāgelizauit illi iesum. Et dū irent p viam: venerūt ad quandā aquā. Et ait eunuch⁹. Ecce aqua. Quis phibet me baptizari. Dixit autē philipp⁹. Si credis ex toto corde licet? Et respōdēs ait. Credo dei filiū esse iesum xp̄m. Et iussit stare currum. Et descenderūt vterq₂ in aquā philipp⁹ et eunuchus: ⁊ baptizauit eū. Cū autē ascendissent de aqua: spūs dñi rapuit philippū et amplius non vidit eū eunuch⁹. Ibat autē: per viā suam gaudēs. Philipp⁹ aūt inuētus est in azoto Et ptransiēs euāgelizabat ciuitatib⁹ cūctis: donec veniret cesareā/ predicās nomen dñi nr̄i iesu xp̄i.

R. Hec dies quã fecit dñs exultem⁹ ⁊ le
temur in ea. V. Lapidẽ quẽ reprobaue=
rũt edificãtes hic fact⁹ est ĩ caput anguli
a dño factũ est istud ⁊ est mirabile in ocu
lis nr̃is. Alla. V. In die resurrectiõis
mee dicit dñs precedã vos in galileam.

Lux illuxit dñica Prosa.
lux ĩsignis lux vnica. Lux
lucis ⁊ leticie lux ĩmortalis glorie.
Diẽ mũdi ꝯditio cõmendat ab ini
cio. Quam xp̃i resurrectio ditauit
priuilegio. In spe perẽnis gaudij
lucis exultẽt filij. Uẽdicent mẽbra
meritis ꝯformitatẽ capitis. Solẽ
nis est celebritas ⁊ vota sunt solẽ=
nia. Prime diei dignitas ꝑma re=
quirit gaudia. Solennitatũ glĩa
paschalis ẽ victoria. Sub multis
enigmatib⁹ diu ꝓmissa patribus
Iã scisso velo patuit qđ vetus lex
precinuit. Figurã res exterminat
⁊ vmbrã lux illũinat. Quid agn⁹
sine macula q̇d hedus typi gesse=
rit nr̃a purgans piacula messias
nobis aperit. Per mortẽ nos inde
bitã soluit a morte debita. Predã
captã illicitã p̃da ꝑuat licita. Car
nis delet opprobria caro pctĩ ne=
scia die reflorẽs tertia corda cõfir=
mat dubia. O mors xp̃i mirifica
tu xp̃o nos viuifica. Mors morti
nõ obnoxia da nobis vite premia
Amen. Secundũ Johannẽ. xx.

In illo tẽpe. Maria stabat
ad monumẽtũ foris plorãs
Dũ ergo fleret inclinauit se ⁊ ꝓspe
xit in monumẽtũ. Et vidit duos
angelos in albis sedentes vnũ ad
caput ⁊ vnũ ad pedes: vbi positũ
fuerat corp⁹ iesu. Dicũt ei illi. Mu
lier q̇d ploras? Dicit eis. Q2 tule
rũt dñm meũ: ⁊ nescio vbi posue
rũt eũ. Hec cũ dixisset: ꝯuersa est re
trorsum. Et vidit iesum stantẽ: et
nõ sciebat q2 iesus ẽ. Dicit ei iesus.
Mulier q̇d ploras? Quẽ queris?
Illa existimãs/ q2 hortulan⁹ esset:
dicit ei. Dñe: si tu sustulisti eũ dici
to michi vbi posuisti eũ: et ego eũ
tollã. Dicit ei iesus. Maria. Con
uersa illa: dicit. Rabboni: qđ dici
tur magister. Dicit ei iesus. Noli
me tãgere: nondũ enĩ ascẽdi ad pa
trẽ meũ. Uade aũt ad frẽs meos:
et dic eis. Ascẽdo ad patrẽ meũ et
p̃rem vr̃m: deũ meũ ⁊ deũ vestrũ.
Uenit maria magdalene annũci
ans discipulis: q2 vidi dñm: et hec
dixit michi. Credo. Offr. In die
solẽnitatis vestre dixit dñs inducã vos ĩ
terrã fluentẽ lac et mel alla. Secreta.

Suscipe dñe q̃s preces ppl̃i
tui cũ oblationib⁹ hostiaꝝ:
vt paschalib⁹ iniciata mysterijs:
ad eternitatꝭ nobis medelã te ope
rãte ꝑficiãt. P do. Prefatio. Te q
dem oĩ tpe. Infra. Cõicãtes ⁊ diẽ
Hãc igit obla. Cõio. Ppl̃s acq̃sitio
nis annũciate v̄tutes ei⁹ alla q̇ vos de te
nebris vocauit ĩ admirabile lumẽ suũ al

Spiritum nobis Postcõio.
dñe tue charitatis infunde:
vt quos sacramẽtis paschalib⁹ sa
ciasti: tua facias pietate cõcordes.
P eiusdẽ. ¶ Feria sexta. Introit⁹

Eduxit eos dñs ĩ spe alla ⁊
ĩimicos eoꝝ operuit mare
alla alla alla. Ps. Attẽdite
ppl̃e me⁹ legẽ meã: ĩclinate aurẽ vr̃am ĩ
v̄ba oris mei. Kirie el. Gl̃a ĩ ex. Oro

OMnīps sempiterne deus q̄ paschale sacramētū: in reconciliationis humane federe ꝯtulisti: da mētibꝰ nr̄is: vt qd̄ ꝓfessione celebramus imitemur effectu. P̄ do

Lectio ep̄le beati petri ap̄li. j. iij.

CHarissimi. Christꝰ semel ꝓ pctis nr̄is mortuꝰ est: iustꝰ pro iniustis: vt nos offerret deo. Mortificatos quidē carne: viuificatos autē sp̄ū. In quo et his q̄ in carcere erāt: sp̄ū veniēs p̄dicauit. Qui increduli fuerāt aliq̄n: quando expectabāt dei patientiā in diebus noe: cū fabricaret̄ arca. In q̄ pauci idest octo aīe: salue facte sūt per aquā. Quod et vos nūc similis forme saluos facit baptisma. Non carnis depositio sordiū: sed ꝯsciētie bone interrogatio in deū. Per resurrectionē domini nr̄i iesu xp̄i: qui est in dextera dei. ℟. Hec dies quā fecit dn̄s exultemus ⁊ letemur in ea. ℣. Bn̄dictus qui venit in noīe dn̄i deus dn̄s ⁊ illuxit nobis. Alla. ℣. Angelus dn̄i descendit de celo ⁊ accedēs reuoluit lapidē et sedebat sup eū. ℣. Respondens autē angelus dixit mulieribus quē queritis ille autem dixerunt iesum nazarenum crucifixum. Prosa.

SExta passus feria die xp̄us tertia resurrexit. Surgens cū victoria collocat ī gl̄ia quos dilexit. Pro fideli ppl̄o crucis in patibulo īmolat̄. Claudit̄ in tumulo tandē in diluculo suscitat̄ Christi crux ⁊ passio nobis est presidio si credamꝰ. Christi resurrectio facit vt a vicio resurgamus. Hostia sufficiēs xp̄s fuit moriens ꝓ pctō. Sāguinis effusio abluit nos impio triūphato. Morte sua simplici nr̄e morti duplici fert medelam Vite pādit aditū nostrū sanat gemitū et querelā. Leo fortis hodie dat signū potētie resurgēdo. Principē neq̄cie ꝑ arma iusticie deuincēdo. Diem istā dn̄s fecit in qua facinus mūdi luit. In qua mors occiditur in qua vita reddit̄ hostis ruit. Geminatū igit̄ all'a canit̄ corde puro. Quia culpa tollit̄ et vita ꝓmittit̄ in futuro. In hoc mundi vespe fac tuos resurgere iesu xp̄e. Salutaris oībus sit tuis fidelibꝰ dies iste. Amē. Se. Mattheū. vlt.

IN illo tpe. Undecim discipuli abierunt in galileā: in montē vbi constituerat illis iesus Et vidētes eū adorauerūt: quidā autē dubitauerunt. Et accedēs iesus: locutus est eis dicēs. Data est michi oīs potestas: in celo ⁊ in terra. Eūtes ergo docete oēs gentes: baptizātes eos in noīe patris et filij et sp̄ūs scti: docētes eos seruare oīa quecūq̄ mādaui vobis. Et ecce ego vobiscū sum oībꝰ diebꝰ: vsq̄ ad cōsummationē scl̄i. Credo. Offr. Erit vobis hic dies memorialis all'a: et diē festū celebrabitis solennē dn̄o in progenies vestras legitimū sempiternum diem all'a all'a all'a. Secreta.

SUscipe q̄s dn̄e p̄ces ppl̄i tui cū oblationibus hostiarū: vt paschalibꝰ iniciata mysterijs/ ad eternitatis nobis medelam te operāte ꝑficiāt. P̄ dn̄m nr̄m. Prefatio. Te quidē oī tpe. Infra Cōicantes ⁊ diē. Hanc igit̄ oblationē

Cōio. Data est michi oīs potestas in celo et in terra alła: eūtes docete oēs gentes baptizantes eos in noīe patris ⁊ filij et spiritus sancti alła alła. Postcōio.

Spiritū nobis dn̄e tue charitatis infūde: vt quos sacramētis paschalib⁹ saciasti: tua faci as pietate cōcordes. Per eiusdem.

¶ Sabbato. Introitus.

Eduxit dn̄s pp̄lm suū in exultatiōe alła: ⁊ electos suos in leticia alła alła. ps. Cōfitemini dn̄o ⁊ inuocate nomē ei⁹ annūciate inter gētes opa ei⁹. Glia. Glia in ex. Orō

Concede q̄s ops de⁹: vt q̄ festa paschalia egimus: p hec ꝯtingere ad gaudia eterna mereamur. P. L. ep̄le bti petri ap̄li. j. ij.

Charissimi. Deponētes oēm maliciā/ ⁊ oēm dolū/ ⁊ simulatiōes/ ⁊ inuidias/ ⁊ oēs detractiones/ sicut modo geniti īfantes rationabiles ⁊ sine dolo: lac ꝯcupiscite: vt ī eo crescatis in salutē. Si tamen gustatis: qm̄ dulcis est dn̄s. Ad quē accedētes lapidē viuū ab hoīb⁹ quidē reprobatū: a deo aūt electū ⁊ honorificatū. Et ipsi tanq̄ lapides viui superedificamini domos sp̄uales in sacerdotiū sanctū offerre spiritales hostias acceptabiles deo p iesuz xp̄m. Propter qd̄ ꝯtinet scriptura. Ecce pono in syon lapidē summū angularē: pbatū electū/ pciosum. Et q̄ crediderit in eū: non ꝯfundet. Vobis igit honor credētib⁹. Nō credētibus aūt lapis quem reprobauerūt edificātes: hic fact⁹ est in caput anguli: ⁊ lapis offensionis et petra scādali: his q̄ offendūt verbo: nec credūt in quo et positi sunt. Vos autē gen⁹ electū/ regale sacerdotiū/ gens sctā/ pp̄lus acq̄sitionis/ vt virtutes ei⁹ annūcietis: q̄ de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquādo nō pp̄lus dei: nūc aūt pp̄lus dei. Qui nō ꝯsecuti misericordiā: nūc aūt miam ꝯsecuti. R. Alła. V. Hec dies quā fecit dn̄s exultemus ⁊ letemur ī ea. Alła. V. Laudate pueri dn̄m laudate nomen domini

Mundi renouatio Prosa. noua parit gaudia. Resurgēti dn̄o ꝯsurgūt oīa. Elemēta seruiunt ⁊ auctoris sentiūt quāta sit potētia. Celū fit serenius et mare trāquilli⁹ spirat aura mitius vallis nr̄a floruit. Reuirescunt arida recalescūt frigida postq̄ ver intepuit. Gelu mortis soluit princeps mūdi fallit ⁊ ei⁹ destruit in nobis imperiū. Dū tenere voluit in quo nichil habuit ius amisit p̄priū. Vita mortē superat homo iam recuperat qd̄ prius amiserat paradisi gaudiū. Viā prebet facilē cherubin versatilē amouēdo gladiū. Christus celos reserat et captiuos liberat quos culpa ligauerat sub mortis interitu. Pro tāta victoria patri proli gloria sit cum sctō spiritu Amen. Secundū Johannē. xx.

In illo tēpore. Una sabbati maria magdalene vēit mane cū adhuc tenebre essent ad monumētū: ⁊ vidit lapidē sublatū a monumēto. Cucurrit ergo ⁊ vēit ad simonē petrū/ ⁊ ad aliū discipulū quē amabat iesus: et dicit eis.

Tulerũt dñm de monumento: et nescimus vbi posuerunt eũ. Exiit ergo petrus: & ille ali⁹ discipulus: et venerũt ad monumentũ. Currebãt autẽ duo simul: et ille alius discipul⁹ pcucurrit citius petro: & venit primus ad monumẽtũ. Et cũ se inclinasset/ vidit lintheamia posita: nõ tamen introiuit. Uenit ergo simon petrus sequẽs eũ: & introiuit in monumẽtum. Et vidit lintheamina posita/ & sudariũ qd fuerat sup caput ei⁹/ nõ cũ lintheaminibus positũ: sed separatim inuolutũ in vnũ locũ. Tũc ergo introiuit et ille discipulus q venerat prim⁹ ad monumentũ: et vidit et credidit. Nõdũ eñi sciebãt scripturã: qr oportuit eum: a mortuis resurgere. Credo. Offer. Bñdictus q venit in noie dñi bñdicim⁹ vos de domo dñi deus dñs et illuxit nobis allła allła.

Suscipe dñe q̃s pces Secre. ppłi tui cũ oblationib⁹ hostiarũ: vt paschalib⁹ iniciata mysterijs ad eternitatis nobis medelam te operãte pficiãt. P do. Prefatio. Te qdẽ oĩni tpe. Infra. Cõmunicãtes & diẽ. Hãc igit oblationẽ. Cõio. Oẽs q in xpo baptizati estis xpm induistis alleluia. Postcõio.

Spiritũ nobis dñe tue charitatis infũde vt quos sacramentis paschalib⁹ saciasti: tua facias pietate ꝯcordes. P dñm eiusd.

Dñica in oct. pasche. Introit⁹. Resurrexi. Ps. sicut in die excepta

Salue dies dierũ glo- Prosa. ria dies felix xpi victoria/ dies digna iugi leticia dies prima.

Lux diuina cecis irradiat in qua xps infernũ spoliat mortẽ vincit et recõciliat sũmis ima. Sẽpiterni regis sentẽtia sub pctõ cõclusit oia vt infirmis supna gratia subueniret. Dei virtus & sapientia tẽperauit irã clemẽtia/ cũ iã mũdus in precipitia tot⁹ iret. Insultabat nostre miserie vetus hostis auctor malicie: qr nulla spes erat venie de pctis. Desperãte mũdo remedium dũ tenerẽt cũcta silentiũ deus pater emisit filiũ desperatis. Predo vorax monstrũ tartareũ carnẽ vidẽs nõ cauẽs laqueũ/ in latentẽ ruens aculeũ aduncatur. Dignitatis prime conditio reformat nobis in filio/ cui⁹ noua nos resurrexio cõsolat. Resurrexit liber ab inferis restaurator hũani generis/ ouẽ suã reportãs humeris ad supna. Angelorũ pax fit et hoim plenitudo succrescit ordinũ triũphãtem laus decet dñm laus eterna. Armonie celestis patrie/ vox ꝯcordet matris ecclesie allła frequentet hodie plebs fidelis. Triũphato mortis iperio/ triũphali fruamur gaudio i terra pax et iubilatio sit in celis. Amen. Cetera vt supra.

In annotiuo. Introitus.

Resurrexi et adhuc tecũ sũ allła: posuisti sup me manum tuã alleluia: mirabilis facta est scientia tua allła allła. Ps. Dñe pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionẽ meã. Glia patri. Glia in excel. Orõ.

Deus cui⁹ puidẽtia nec preteritorũ momẽta deficiunt/

necvlla supest expectatio futuroꝝ tribue permanētē in cordib⁹ nr̄is huius quā recolim⁹ paschalis solēnitatis effectū: vt qđ recordatione percurrim⁹: semp in opere teneamus. P do. Mēoria nulla. Lcō ep̄le bti pauli ap̄li. Ad ephesios. j

Fratres: Nō cesso gratias agēs ꝑ vobis memoriā vestri faciēs in orōnib⁹ meis: vt de⁹ dn̄i nostri iesu xp̄i pater gl̄ie / det vobis sp̄m sapiētie et reuelatiōis in agnitionē ei⁹ illuminatos oculos cordis vestri: vt sciatis que sit spes vocationis vestre: ꝛ q̄ diuitie gl̄ie hereditatis eius in sc̄tis. Et q̄ sit supereminēs magnitudo ꝟtutis ei⁹ in nos q̄ credim⁹ sc̄dm operationē potētie virtutis eius / quā operatus est in xp̄o suscitās illū a mortuis et cōstituēs ad dexterā suam in celestib⁹ supra oēm ꝑ̄ncipatū / et potestatē / et virtutē / et dn̄ationē / et oīe nomē qđ noiat̄. Non solū in hoc seculo: sed etiā in futuro. R. Hec dies quā fecit dn̄s exultem⁹ et letemur in ea. V. Cōfitemini dn̄o qm̄ bon⁹ qm̄ in sc̄lm mīa ei⁹. Alla. V. Pascha nostrū imolat⁹ est xp̄us. Prosa.

Alleluia. Agnus redemit oues xp̄s innocēs patri reconciliauit pctōres. Mors et vita duello cōflixere mirando dux vite mortu⁹ regnat viuus. Dic nobis maria quid vidisti in via. Sepulcrū xp̄i viuētis ꝛ gl̄iam vidi resurgētis. Angelicos testes sudariū et vestes. Surrexit xp̄s spes nr̄a precedet suos in galileā. Credēdū est magis soli marie veraci q̄ iudeorū turbe fallaci. Scim⁹ xp̄m surrexisse a mortuis vere tu nobis victor rex miserere alleluia.

Secundū Johannem. iij.

In illo tp̄e: Erat hō ex phariseis nichodem⁹ noīe / princeps iudeoꝝ. Hic venit ad iesū nocte: et dixit ei. Rabbi: scimus q2 a deo venisti magister. Nemo enī potest hec signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit de⁹ cū eo. Respondit iesus: et dixit ei. Amē amen dico tibi: nisi q̄s renat⁹ fuerit denuo: nō potest videre regnū dei. Dicit ad eū nichodem⁹. Quomodo potest hō renasci cū sit senex? Nunquid potest in ventrē matris sue iterū introire / et renasci? Respōdit iesus. Amen amē dico tibi: nisi q̄s renatus fuerit ex aqua et sp̄ū: non potest introire in regnū dei. Qđ natū est ex carne: caro est. Et qđ natū est ex sp̄ū: sp̄ūs est. Nō mireris quia dixi tibi oportet vos nasci denuo. Sp̄ūs vbi vult spirat: ꝛ vocē ei⁹ audis: sed nescis vnde veniat / aut quo vadat. Sic est omis q̄ nat⁹ est ex sp̄ū. Respōdit nichodemus: ꝛ dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respōdit iesus: et dixit ei Tu es magister in isr̄l et hec ignoras? Amē amē dico tibi: q2 qđ scimus loq̄mur: et qđ vidim⁹ testamur: ꝛ testimoniū nr̄m nō accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascēdit in celū nisi q̄ descēdit de celo: filius hois q̄ est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpētem in deserto: ita

exaltari oportet filium hominis Ut oïs qui credit in ipso non pereat: sed habeat vitã eternã. Credo Offer. Terra tremuit et quieuit dũ resurgeret in iudicio deus allã. Secreta

Clementiã tuã dñe supplici-ter exoramus: vt paschalis muneris sacramẽtũ quod fide recolimus et spe desideramus: intẽti perpetua dilectione capiamus. P dñm. Cõio. Pascha nostrũ immolat⁹ est christus alleluia itaqꝫ epulemur in azymis sinceritatis et veritatis alleluia alleluia alleluia. Postcõio.

Tua nos q̃s domine q̃ sumpsimus sancta purificẽt: ꝛ operationis sue remedio nos perficiant esse placatos. P do. Dñica. j. post octa. pasche. Introitus

Quasi modo geniti infãtes allã rationabiles sine dolo lac cõcupiscite allã alleluia allã. Ps. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob. Gloria patri. Non dicit. Gloria in excel. Oro.

Presta q̃s oꝑs deus: vt qui festa paschalia peregimus hec te largiente moribus ꝛ vita teneamus. P do. Amodo fiunt memorie si occurrerit ꝛ alie ad deuotionẽ. Nec fit memoria de resurrectiõe. Lcõ ep̃le bti iohis apłi. j. v.

Charissimi. Omne qđ natũ est ex deo: vincit mũdũ. Et hec est victoria que vincit mundũ fides nostra. Quis est autẽ q̃ vincit mũdũ: nisi qui credit qm̃ iesus est filius dei. Hic est qui venit per aquã et sanguinẽ: iesus xp̃s. Nõ in aqua solum: sed in aqua et sanguine. Et spũs est qui testificatur qm̃ xp̃s est veritas. Qm̃ tres sunt qui testimoniũ dãt in celo: pr̃ verbũ ꝛ spũs sctũs: ꝛ hi tres vnũ sũt. Et tres sũt q̃ testimoniũ dãt ĩ terra. Spũs: aq̃: ꝛ sãguis. Et hi tres vnũ sunt. Si testimoniũ hoĩm accipimus: testimoniũ dei mai⁹ est. Qm̃ hoc est testimoniũ dei qđ maius est: qm̃ testificatus est de filio suo. Qui credit in filiũ dei: habet testimonium dei in se. R̸. Allã. V̸. Surrexit domin⁹ vere ꝛ apparuit petro Non dicit ps̃a. Sequẽs euangel. dr̃ integrũ hac die. Alijs vero diebus vna pars tantũ per ordinem Secundũ Johannem. xx.

In illo tp̃e. Cum esset sero die illo vna sabbatorum: ꝛ fores essent clause vbi erãt discipuli congregati ꝑpter metũ iudeorum: venit iesus et stetit in medio eorũ: et dixit eis. Pax vobis. Et cũ hoc dixisset: ostẽdit eis man⁹ ꝛ lat⁹. Gauisi sunt ergo discipuli: viso dño. Dixit ergo eis iterũ. Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Hec cũ dixisset: insufflauit et dixit eis. Accipite spiritũ sanctũ Quorũ remiseritis peccata: remittuntur eis. Et quorũ retinueritis retenta erunt. Diuisio.

Thomas aũt vnus ex duodecim qui dicitur didimus nõ erat cum eis: quãdo venit iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominũ. Ille autẽ dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixurã clauorum / ꝛ mittã digitũ meũ in locum clauorũ / et mittã manũ meã in la-

tus eius: non credã. Et post dies
octo iterũ erãt discipuli eius int⁹:
et thomas cum eis. Venit iesus ia
nuis clausis: ⁊ stetit in medio ⁊ di
xit eis. Pax vobis. Deinde dicit
thome. Infer digitũ tuũ huc: ⁊ vi
de manus meas: et affer manũ tu
am: et mitte in latus meum et no-
li esse incredul⁹ sed fidelis. Respõ-
dit thomas: ⁊ dixit. Dñs meus et
deus me⁹. Dixit ei iesus. Quia vi-
disti me thoma credidisti. Beati q̃
non viderũt: ⁊ crediderũt. Multa
quidẽ et alia signa fecit iesus in cõ
spectu discipulorũ suorũ: q̃ nõ sunt
scripta in libro hoc. Hec autẽ scri-
pta sunt vt credatis: qr iesus est fi
lius dei. Et vt credentes vitã ha-
beatis: in noĩe eius. Non dicitur
Credo. Offr. Angelus dñi descendit
de celo et dixit mulieribus quẽ queritis
surrexit sicut dixit alla. Secreta.

Suscipe munera q̃s dñe exul
tantis ecclesie: ⁊ cui causam
tãti gaudij prestitisti: ppetuũ fru-
ctum cõcede leticie. Per. Prefatio
cõis et deinceps. Coĩo. Mitte ma-
num tuã et cognosce loca clauorũ alla et
noli esse incredulus sed fidelis alla alla.

Quesumus dñe Postcõio.
de⁹ noster: vt sacrosancta
mysteria que pro reparatiõis no-
stre munimine cõtulisti: ⁊ presens
nobis remediũ esse facias ⁊ futurũ
P d. P ebdomadã offm vts. Et
diuidit euãge. vts. ¶ Fer. iiij. Ad

Frẽs. [Corinthios. j. xv.
Si xp̃s predicat᷑ q̃ resurre
xit a mortuis: quomodo quidã di
cũt in vobis qm̃ resurrectio mor-
tuorũ non est. Si autẽ resurrectio
mortuorũ nõ est: neq̃ xp̃s resurre-
xit. Si aũt xp̃s nõ resurrexit: ina
nis est predicatio nr̃a: inanis est ⁊
fides vr̃a. Inuenimur autẽ ⁊ falsi
testes dei: qm̃ testimoniũ dixim⁹:
aduersus deũ: q̃ suscitauerit xp̃m
quẽ nõ suscitauit: si mortui nõ re-
surgũt. Nã si mortui nõ resurgũt
neq̃ xp̃s resurrexit. Qd si xp̃s nõ
resurrexit: vana est fides vr̃a. Ad
huc eni estis in pctis vr̃is. Ergo ⁊
q̃ dormierũt in xp̃o: perierũt. Ab
sit. Si in hac vita tãtũ in xp̃o spe-
rãtes sum⁹: miserabiliores sum⁹
oĩbus hoĩb⁹. Nũc autẽ xp̃s resur
rexit a mortuis: primitie dormien
tiũ. Qmquidẽ p hoĩem mors et p
hoĩem resurrectio mortuorũ. Et si
cut ĩ adã oẽs moriunt᷑: ita et ĩ xp̃o
oẽs viuificabunt᷑. Vnusq̃sq̃ aũt ĩ
suo ordine: p iesum xp̃m dñm no-
strũ. Euãge. Cũ esset se. vel Tho-
mas. scd̃m q̃ eueñ. ¶ Fer. v. Ad

Frẽs. Cũ [Romanos. v.
adhuc essemus ĩfirmi: xp̃s
scd̃m tp̃s p impijs mortu⁹ ẽ. Vir
eni p iusto q̃s morit᷑. Nã p bono
forsitan q̃s audeat mori. Cõmen
dat aũt suã charitatẽ de⁹ in nobis
Qm̃ si cũ adhuc pctores essem⁹ se-
cũdũ tp̃s: xp̃s p nobis mortu⁹ est
Multo igit᷑ magis iustificati nũc
in sanguine ipsi⁹ salui erimus ab
ira p ip̃m. Si enim cũ inimici esse
mus: recõciliati sum⁹ deo p mortẽ
filij ei⁹ multomagis recõciliati sal
ui erim⁹ in vita ipsi⁹. Nõ solũ aũt
sed et gl'iamur in deo. Per iesum
xp̃m: dñm nr̃m. Euãge. ps q̃ eue.

¶ Feria. vi. Lectio libri apocalypsis beati Johãnis apostoli. v.

IN dieb⁹ illis. Uidi in dextera sedentis supra thronũ/ librũ scriptũ intus et foris: signatũ sigillis septẽ. Et vidi angelũ fortẽ & predicãtẽ voce magna. Quis est dign⁹ aperire libr̃/ & soluere signacula ei⁹? Et nemo poterat in celo/ neq; in terra: neq; subt⁹ terrã/ aperire librũ neq; respicere illum. Et ego flebã multũ: qm̃ nemo dign⁹ inuẽtus est aperire librũ: nec videre eũ. Et vn⁹ de seniorib⁹ dixit michi: ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu iuda radix dauid: qui ẽ dign⁹ aperire librũ: & soluere septẽ signacula eius. Et vidi: & ecce in medio throni quattuor animaliũ/ & ĩ medio senior̃ agnũ stantem tanq̃ occisum habẽtem cornua septem/ et oculos septem qui sunt septẽ spiritus dei missi in omnẽ terrã. Et venit et accepit de dextera sedẽtis in throno librũ. Et cum aperuisset librũ: quattuor animalia et viginti q̃ttuor seniores ceciderũt coram agno habẽtes singuli citharas et phialas aureas/ plenas odoramẽ torum: que sunt orõnes sanctor̃. Et cantabãt canticũ nouũ dicentes. Dignus es domine accipere librũ et aperire signacula eius: quoniam occisus es: et redemisti nos deo in sanguine tuo/ ex omi tribu et lingua/ & populo/ & natione. Et fecisti nos deo nostro regnum/ et sacerdotes: et regnabũt super terram. Pars euangelij que eue. dicatur. ¶ Dñica scda. Introitus.

MIsericordia dñi plena est terra allã: Vbo dei celi firmati sunt allã allã. ℣. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Glia. Si fiat die dñica dr. Glã in ex. Prosa et Credo. alias nõ et sic deiceps qñ fit offm̃ de dñ. Orõ

DEus q̃ in filij tui humilitate iacẽtẽ mũdũ erexisti: fidelibus tuis ꝑpetuã ɔcede leticiã: vt quos ꝑpetue mortis eripuisti casibus gaudijs facias sempiternis perfrui. ℣. L. epl̃e bti petri apl̃i. j. ij.

CHarissimi. Christus passus est ꝑ nobis/ vobis relinq̃ns exẽplũ: vt sequamini vestigia ei⁹. Qui pctm̃ non fecit: nec inuẽt⁹ est dol⁹ in ore ei⁹. Qui cũ malediceret nõ maledicebat. Cũ pateret non cõminabat. Tradebat autẽ iudicãti se iniuste: q̃ pctã nr̃a ipse ptulit in corpe suo sup lignũ: vt pctis mortui iusticie viuam⁹/ cui⁹ liuore sanati estis. Eratis eñi sicut oues errãtes. Sed ɔuersi estis nunc ad pastorẽ et episcopũ: aiar̃ vestrar̃. Allã. ℣. Ego sum pastor bon⁹ qui pasco oues meas. Allã. ℣. Oportebat pati xp̃m & resurgere a mortuis et ita itrare in gloriã suam. Prosa.

me patris. Hec locut⁹ sum vobis:
apud vos manẽs. Paraclit⁹ autẽ
spiritussctũs: quẽ mittet pater in
noĩe meo: ille vos docebit oĩa: et
suggeret vobis oĩa: q̃cũq̃ dixero
vobis. Pacẽ relinquo vobis: pa-
cẽ meã do vobis. Non quomodo
mundus dat: ego do vobis. Non
turbet cor vestrũ: neq̃ formidet.
Audistis quia ego dixi vobis: va-
do et venio ad vos. Si diligeretis
me gauderetis vtiq̃: quia vado
ad patrẽ/quia pater maior me est
Et nũc dixi vobis priusq̃ fiat: vt
cũ factũ fuerit credatis. Iam nõ
multa loquar vobiscũ. Venit enĩ
princeps mũdi huius: et in me nõ
habet quicq̃. Sed vt cognoscat
mũdus quia diligo patrẽ: et sicut

mandatū dedit michi pater: sic fa
cio. Credo. Offr. Cōfirma hoc de⁹
qd̄ operat⁹es in nobis a tēplo tuo qd̄ est
in hirlm tibi offerēt reges munera allā.
Munera q̄s dn̄e ob- Secre.
lata sactifica: et corda nr̄a
scti spūs illustratione emūda. P
dn̄m. eiusdē. Prefatio. Qui ascen
dēs sup. Coicātes et dic̄. Hāc igit.
vts. Coio. Factus est repēte de celo so
nus aduenietis spiritus vehemētis vbi
erant sedentes alleluia et repleti sūt oēs
spiritu sancto loquentes magnalia dei
alleluia alleluia. Postcōmunio.
Sancti spirit⁹ dn̄e corda nr̄a
mūdet infusio: et sui roris i-
tima aspersione fecūdet. P dn̄m.
eiusdē. ¶ Feria secūda. Introit⁹.
Cibauit eos ex adipe fru-
mēti allā: et de petra mel
le saturauit eos allā allā
alleluia. ps. Exultate deo adiutori no
stro iubilate deo iacob. Glīa patri. Glo
ria in excelsis. Oratio.
Deus q̄ apostolis tuis sctm̄
dedisti spiritū: cōcede plebi
tue pie petitionis effectū: vt quib⁹
dedisti fidē: largiaris et pacē. Per
do. eiusdē. Si occurrat mēo. faci-
enda est et sic per ebdomadā alias
nulla fiat. Lectio actuū aplor. x.
In diebus illis: Aperiēs pe
trus os suū dixit. Uiri fra-
tres et patres nobis precepit dn̄s
p̄dicare populo et testificari: quia
ipse est qui cōstitutus est a deo iu-
dex viuorū et mortuor. Huic oēs
testimoniū perhibent/ remissionē
peccator accipere: per nomen ei⁹:
omnes qui credunt in eū. Adhuc
loquente petro verba hec: cecidit
spiritus sctūs super omēs qui au-
diebāt verbū. Et obstupuerūt ex
circūcisione fideles/ qui venerāt cū
petro: quia et in nationes gratia
spiritussancti effusa est. Audiebāt
enī illos loquētes linguis: et ma-
gnificātes deū. Tunc respōdit pe
trus. Nūquid aquā quis phibe-
re potest: vt non baptizent hi qui
spiritū sanctum acceperūt sicut et
nos? Et iussit eos baptizari in no
mine dn̄i: iesu xp̄i. Allā. V. Spiri-
tus dn̄i repleuit orbē terrar et hoc qd̄ cō
tinet oīa scientiā habet vocis. Prosa.
Sancti spūs assit nobis gra
tia. Que corda nr̄a sibi faci
at habitacula. Expulsis inde cū-
ctis vicijs spiritalibus. Spiritus
alme illustrator oīum. Horridas
nr̄e mētis purga tenebras. Ama
tor sancte sensator semper cogitā
tuū. Infūde vnctionē tuā clemēs
nostris sensibus. Tu purificator
oīm flagiciorū spiritus. Purifica
nostri oculū interioris homīs. Ut
videri suprem⁹ genitor possit a no
bis. Mūdi cordis quē soli cernere
possūt oculi. Prophetas tu inspi-
rasti vt preconia xp̄i precinuissent
inclyta. Apostolos cōfortasti vti
tropheū xp̄i per totū mūdum ve-
herent. Quādo machinā per ver-
bum suū fecit deus celi terre ma-
risq. Tu sup aquas foturus eas
numen tuum expādisti spiritus.
Tu animab⁹ viuificādis aquas
fecundas. Tu aspirādo das spiri
tales esse homīes. Tu diuisū per
linguas mundū et ritus adunasti

dñe. Idolatras ad cultũ dei reuocas magistrorum optime. Ergo nos supplicãtes tibi exaudi ꝓpici⁹ sancte spiritus. Sine quo preces omẽs quasse credũtur et indigne dei auribus. Tu qui omniũ seculorũ sanctos: tui nois docuisti instinctu amplectẽdo spiritus. Ipse hodie apostolos xpi: donans munere insolito et cũctis inaudito seculis. Hunc diẽ gloriosum fecisti.

Secundum Johannem. iij.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Sic eni de⁹ dilexit mundũ: vt filium suũ vnigenitũ daret: vt omnis qui credit in eũ nõ pereat: sed habeat vitam eternã. Nõ eni misit deus filium suũ in mundũ/ vt iudicet mundũ: sed vt saluet mundus per ipsum. Qui credit in eũ: nõ iudicat. Qui autẽ nõ credit/ iã iudicatus est: qꝛ non credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est autẽ iudiciũ: qꝛ lux venit in mundũ: ⁊ dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem. Erãt eni eoꝝ mala opera. Omis eni qui male agit odit lucẽ: ⁊ non venit ad lucẽ/ vt nõ arguãtur opera eius. Qui aũt facit veritatẽ/ venit ad lucẽ: vt manifestent opera eius: quia in deo sunt facta. Credo. Offer. Intonuit de celo dñs ⁊ altissimus dedit vocẽ suã ⁊ apparuerũt fontes aquarum alleluia. Secreta.

Munera q̃s dñe oblata scti fica: et corda nr̃a scti spũs illustratione emunda. Per dñm. Prefatio. Qui ascendens. Coicãtes. Hãc igit. vts. Coio. Spiritus sanctus docebit vos alleluia quecũqꝫ dixero vobis alleluia alleluia. Postcõio

Sancti spirit⁹ dñe corda nostra mũdet infusio: ⁊ sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum nostrũ. eiusdem.

Feria tercia. Officium.

Accipite iocũditatẽ glorie vestre alla. gratias agentes deo alla. q̇ vos ad celestia regna vocauit alla alla alla. ps. Attendite popule meus legẽ meam inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. kyrie eleison. Glia in excel. Oro.

Adsit nobis q̃s dñe virtus spũs sãcti que ⁊ corda nr̃a clemẽter expurget: ⁊ ab oibus tueatur aduersis. Per dñm. eiusdẽ.

Lectio actuũ apostolorũ. viij.

In dieb⁹ illis: Cũ audissent apostoli q̇ erant hierosolymis qꝛ recepisset samaria verbum dei: miserũt ad eos petrũ et iohannẽ. Qui cũ venissent orauerũt pro ipsis: vt acciperẽt spiritũ sanctũ. Nondũ eni in quenq̃ illorũ venerat: sed baptizati tantum erãt in nomie dñi iesu. Tunc iponebant manus sup illos: et accipiebãt spiritũ sctm̃. Alla. V. Veni sancte spiritus reple tuorũ corda fideliũ et tui amoris in eis ignem accende. Prosa.

Lux iocũda lux insignis q̃ de throno missus ignis in xpi discipulos. Corda replet linguas ditat ad cõcordes nos inuitat cordis lingue modulos. Christus misit qd̃ ꝓmisit pign⁹ sponse quã reuisit die q̇nq̃gesima. Post dulcorẽ melleũ petra fudit oleũ pe

tra iã firmissima. In tabellis sa-
xeis nõ in liguis igneis lex de mõ-
te pp'lo. Paucis cordis nouitas et
linguarũ vnitas datur in cenacu
lo. O q̃ felix q̃ festiua dies in qua
primitiua fũdatur ecclesia. Viue
sũt primitie nascẽtis eccl'ie tria pri
mũ milia. Panes legis primitiui
sub vna sũt adoptiui fide duo po
puli. Se duob⁹ interiecit sicq3 du-
os vnũ fecit lapis caput anguli.
Utres noui nõ vetusti sunt capa-
ces noui musti vasa parat vidua.
Liquorem dat helyseus nobis sa-
crũ rorẽ deus si corda sint cõgrua
Nõ hoc musto vel liquore nõ hoc
sum⁹ digni rore si discordes mori-
bus. In obscuris vel diuisis non
potest hec paraclitus habitare cor
dibus. Consolator alme veni lin-
guas rege corda leni nichil fellis
aut veneni sub tua presentia. Nil
iocundũ nil amenũ nil salubre nil
serenũ nichil dulce nichil plenũ ni
si tua gratia. Tu lumen es et vn-
guentũ tu celeste cõdimentũ aque
ditãs elemẽtum virtute mysterij.
Noua facti creatura te laudam⁹
mẽte pura gratie nũc sed natura
prius ire filij. Tu qui dator es et
donũ tu q̃ condis omne bonũ cor
ad laudẽ redde pronũ nostre lin-
gue formãs sonum in tua p̄conia
Tu purga nos a peccatis auctor
ipse puritatis et in christo renoua
tis da p̄fecte nouitatis plena no-
bis gaudia. Amen.

Secundum Johannem. x.

In illo tp̄e: Dixit iesus disci
pulis suis. Amen amen di-
co vobis: qui nõ intrat per hostiũ
in ouile ouium sed ascẽdit aliũde:
ille fur est et latro. Qui aũt intrat
per hostiũ: pastor est ouium. Huic
hostiarius aperit: et oues vocẽ ei⁹
audiũt. Et p̄prias oues vocat no-
minatim: et educit eas. Et cum p̄
prias oues emiserit / ante eas va-
dit et oues illũ sequũtur / q2 sciunt
vocẽ eius. Alienum autem nõ se-
quũtur: sed fugiũt ab eo: quia nõ
nouerũt vocem alienorum. Hoc pro-
uerbiũ dixit eis iesus. Illi autẽ nõ
cognouerũt / quid loqueret̃ eis. Di
xit ergo eis iterũ iesus. Amẽ amẽ
dico vobis: q2 ego sũ hostiũ ouiũ.
Om̃es quotquot venerunt / fures
sũt et latrones. Sed nõ audierũt
eos oues. Ego sũ hostiũ. Per me
si quis introierit saluabit̃: et igre-
dietur et egrediet̃ / & pascua inueni
et. Fur non venit nisi vt furet̃: et
mactet et perdat. Ego veni vt vi-
tã habeãt: & abũdantius habeãt.

Credo. Offr. Portas celi aperuit do
minus et pluit illis mãna vt ederent pa
nem celi dedit illis panẽ angelorũ man-
ducauit homo alleluia. Secreta.

Munera q̃s dñe oblata scti-
fica: et corda nr̃a sctĩ sp̃us
illustratione emunda. Per dñm.
eiusdẽ. Prefatio. Qui ascendens.
Cõmunicãtes et diẽ. Hanc igitur
oblationẽ. Coio. Spiritus qui a pa
tre procedit all'a ille me clarificabit all'a.

Sancti spiritus Postcõio.
domine corda nostra mun-
det infusio: & sui roris ĩtima asper
sione fecundet. Per dñm. eiusdẽ.

Feria quarta. Officium.

Deus dũ egredereris corã populo tuo allã. iter faciens eis allã. habitãs in illis allã allã. ps. Exurgat deus ꝛ dissipẽtur inimici eius: et fugiãt q̃ oderũt eũ a facie eius. Or̃o sine Dñs vobiscũ.

Deus qui apl'is tuis Or̃o. sctm̃ dedisti spm̃: ꝯcede plebi tue pie petitiõis effectũ: vt qb⁹ dedisti fidẽ largiaris et pacẽ. Per dñm nostrum. eiusdem. Lectio libri sapientie. primo.

In dieb⁹ illis: Dixit salomõ filijs israel. Diligite iusticiã q̃ iudicatis terrã. Sentite de dño in bonitate: et in simplicitate cordis q̃rite illũ. Qm̃ inuenit̃ ab his qui nõ tentant illũ: apparet autẽ eis q̃ fidẽ habent in illũ. Peruerse enĩ cogitationes: separant a deo. Probata autẽ virtus: corripit insipiẽtes. Qm̃ in maliuolã animã nõ introibit sapiẽtia: nec habitabit in corpore subdito pctis. Spirit⁹ enĩ sctũs discipline effugiet fictum: ꝛ auferet se a cogitationib⁹ que sũt sine intellectu: et corripiet̃ a superueniẽte iniq̃tate. Benign⁹ est enĩ spũs sapiẽtie: ꝛ non liberabit maledictũ a labijs suis. Qm̃ renũ illi⁹ testis est deus: et cordis illi⁹ scrutator est verus: et lingue illius auditor. Qm̃ spirit⁹ dñi repleuit orbẽ terrarũ: et hoc qd̃ continet oĩa: sciẽtiam habet vocis. Alla. ℣. Ueni scte spũs reple tuorum corda fideliũ et tui amoris in eis ignẽ accende. Dñs vobiscum. Oratio.

Mentes nr̃as q̃s dñe paraclitus q̃ a te ꝓcedit illuminet: et inducat in oẽm sicut tuus promisit filius veritatem. Qui tecum. in vnitate eiusdem.

Lectio actuum apostolorum. ij.

In dieb⁹ illis: Stãs petrus cũ vndecim eleuauit vocem suã: et locutus est eis. Uiri iudei ꝛ qui habitatis hier'm vniuersi: hoc vobis notũ sit/ et auribus ꝑcipite verba mea. Nõ enĩ sicut vos estimatis hi ebrij sũt: cũ sit hora diei tercia: sed hoc est quod dictũ est ꝑ prophetã iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit dñs: effũdam de spũ meo super oẽm carnẽ: et ꝓphetabũt filij vestri/ et filie vestre. Et iuuenes vestri visiones videbũt: ꝛ seniores vr̃i sõnia sõniabũt. Et q̃dem sup seruos meos/ et sup ancillas meas: in dieb⁹ illis effundã de spiritu meo ꝛ ꝓphetabunt. Et dabo ꝓdigia: in celo sursũ: et signa in terra deorsũ. Sãguinẽ et ignẽ et vaporẽ fumi. Sol conuertet̃ in tenebras/ et luna in sanguinẽ: anteq̃ veniat dies dñi magn⁹/ ꝛ manifestus. Et oĩs quicũq̃ inuocauerit nomen dñi: saluus erit. Alleluia. ℣. Loquebant̃ varijs linguis apostoli magnalia dei. Prosa.

Simplex in essentia septiformis grã nos reformet spiritus Cordis lustret tenebras ꝛ carnis illecebras lux emissa celitus.
Lex precessit in figura lex penalis lex obscura lumen euangelicum.
Spiritalis intellect⁹ litterali frõde tectus: prodeat in publicum.
Lex de mõte populo paucis in cenaculo noua datur gratia. Si-

tus docet nos locorum precepto-
rum vel donorum que sit eminen
tia. Ignis clagor buccine fragor
cū caligine lampadum discursio.
Terrorē incutiunt nec amorē nu-
triūt quē effudit vnctio. Sic in sy
na lex diuina reis est iposita. Lex
timoris nō amoris puniēs illicita
Ecce prēs preelecti dij recētes sūt
effecti culpe soluūt vicula. Pluūt
verbo tonāt minis nouis liguis
et doctrinis cōsonant miracula.
Exhibētes egris curā morbū dā-
nant nō naturā: ꝑsequētes scelera
Reos ꝑmunt ⁊ castigāt modo sol
uunt modo ligāt potestate libera
Typū gerit iubilei dies iste si diei
reqris mysteria. In quo tribꝰ mi-
libus ad fidē currētibꝰ pullulat ec
clesia. Jubileus est vocatꝰ vel di-
mittēs vel mutatꝰ ad priores vo-
cans status res distractas libere.
Nos distractos sub peccatis libe
ret lex charitatis et ꝑfecte liberta-
tis dignos reddat munere. Amē.
Secundum Johannem. vj.
IN illo tpe: Dixit iesus disci
pulis suis. Nemo potest ve
nire ad me: nisi pater q̄ misit me
traxerit eū. Et ego resuscitabo eū
in nouissimo die. Est scriptū in ꝓ
phetis. Et erūt oēs docibiles dei.
Oīs q̄ audiuit a patre et didicit
venit ad me: nō quia patrē vidit
quisꝗ̄: nisi is q̄ est a deo: hic vidit
patrē. Amē amē dico vobis: q̄ cre
dit in me habet vitā eternā. Ego
sū panis vite. Patres vrī mādu-
cauerūt māna in deserto: et mor-
tui sūt. Hic est panis de celo descē-
dens: vt si q̄s ex ipso māducauerit
nō moriat. Ego sū panis viuus q̄
de celo descēdi. Si q̄s māducaue-
rit ex hoc pane: viuet in eternum.
Et panis quē ego dabo caro mea
est: ꝓ mundi vita. Credo. Offr.
Meditabor in mādatis tuis q̄ dilexi val
de et leuabo manus meas ad mandata
tua que dilexi alleluia. Secreta.
MUnera q̄s dn̄e oblata scti-
fica: et corda nr̄a sctī spūs
illustratione emūda. P do. eiusdē
Prefatio. Qui ascēdēs. Coicātes.
Hanc igit. vts. Coio. Pacē meā do
vobis allā pacē relinquo vobis allā allā.
SAncti spūs dn̄e cor Postcō
da nr̄a mūdet infusio: ⁊ sui
roris itima aspersione fecūdet. P
do. eiusdē. Feria qnta. Officiū.
REpleat os meū laude tua
allā: vt possim cātare alle
luia. gaudebūt labia mea
dū cātauero tibi allā allā. ps. In
te dn̄e speraui nō cōfundar in eternū: in
iusticia tua libera me. Glā i ex. Orō
COncede q̄s omps deus vt q̄
solēnitatē doni sancti spūs
colimus: celestibꝰ desiderijs accēsi
fontē vite sitiamꝰ dn̄m nostrū ie-
sum xp̄m filiū tuū. Qui tecū viuit
et regnat in vnitate eiusdem spūs
scti. Lectio actuū apłorū. viij.
IN diebus illis: Philippus
descēdens in ciuitatē sama-
rie: predicabat illis christū. Intē-
debant autē turbe his que a phi-
lippo dicebātur: vnanimiter au-
dientes et videntes signa que fa-
ciebat. Multi enim illorū qui ha-
bebant spiritus immundos: cla-

mātes voce magna exibāt. Multi enim paralytici ⁊ claudi curati sūt. Factū est ergo gaudium magnum: in illa ciuitate. Alleluia. ℣ Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis. Prosa.

Qui pcedis ab vtroq genitore genitoq pariter paraclite. Redde līguas eloquētes fac feruētes in te mētes flāma tua diuite. Amor patris filijq par amborū et vtriq cōpar et cōsimilis. Cūcta reples cūcta foues astra regis celū moues permanēs imobilis. Lumen clarū lumen charū internarū tenebrarū effugas caliginē. P te mūdi sūt mūdati tu peccatū et pctī destruis rubiginē. Veritatē notā facis et ostēdis viā pacis et iter iusticie. Peruersorū cordavitas et bonorum corda ditas munere sciētie. Te docente nil obscurū te pˢente nil ipurū sub tua pˢentia. Gloriat mēs iocūda p te leta p te mūda gaudet cōscientia. Tu cōmutas elemēta p te suā sacramēta habēt efficaciā. Tu nociuam vim repellis tu cōfutas ⁊ refellis hostiū nequiciā. Qn̄ venis corda lenis qn̄ subis atre nubis ef fugit obscuritas. Sacer ignis pectus ignis nō cōburis sed a curis purgas qn̄ visitas. Mētes prius iperitas et sopitas et oblitas erudis et excitas. Foues linguas formas sonū cor ad bonū facit pronū a te data charitas. O iuuamē oppressorū o solamē miserorū pauperū refugiū. Da cōtēptū terrenorū ad amorē supnorū trahe desideriū. Cōsolator ⁊ fundator habitator ⁊ amator cordiū humiliū. Pelle mala terge sordes et discordes fac cōcordes et affer pˢidiū. Tu q quondā visitasti docuisti cōfortasti timentes discipulos. Visitare nos digneris nos si placet cōsoleris ⁊ credētes populos. Par maiestas psonarū par potestas est earū et cōmunis deitas. Tu pcedēs a duob⁹ coequalis es ambob⁹ i nullo disparitas. Qr tātus es ⁊ talis quātus pater est et qualis seruorū humilitas. Deo patri filioq redēptori tibi quoq laudes reddat debitas. Amen. Scdm Lucā. ix.

In illo tpe: Conuocatis iesus duodeci aplis: dedit illis virtutē et potestatē sup oia demonia: ⁊ vt lāguores curarēt. Et misit illos pdicare regnū dei: et sanare ifirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis in via: neq virgā neq perā: neq panē neq pecuniam neq duas tunicas habeatis. Et i quācūq domū itraueritis ibi manete: et inde ne exeatis. Et qcūq nō receperint vos exeūtes de ciuitate illa: etiā puluerē pedū vestrorū excutite: in testimoniū supra illos. Egressi aūt circuibāt p castella: euāgelizātes et curantes vbiq. Credo. Offr. Lauda aīa mea dn̄m laudabo dn̄m in vita mea psallam deo meo q̄diu ero all'a. Secreta.

Munera q̄s dn̄e oblata sctifica: et corda nr̄a scti sp̄us illustratione emūda. P do. eiusdē Prefatio. Qui ascendens. Infra. Coicātes ⁊ dic̄. ⁊ Hāc igit ob. vt s.

Coio. Spiritus vbi vult spirat et vocē eius audis alleluia: sed nescis vnde veniat aut quo vadat alla alla. Postcōio.

Sancti spirit⁹ dn̄e corda nr̄a mūdet infusio: ⁊ sui roris ītima aspersione fecūdet. P dn̄m. eiusdē. ¶ Feria sexta Officium.

Repleat os meū laude tua alla: vt possim cātare alleluia. gaudebūt labia mea dū cātauero tibi alla alla. ps. In te dn̄e speraui nō cōfundar in eternū: in iusticia tua libera me. Gloria in excel Dominus vobiscum. Oratio.

Da q̄s ecclesie tue misericors deus: vt spū sctō congregata: hostili nullatenus incursione turbet. Per dn̄m. in vnitate eiusdem. Lectio actuū apl'orū. ij.

In dieb⁹ ill': Aperiēs petr⁹ os suū dixit. Uiri israelite: audite verba hec. Iesū nazarenū virū approbatum a deo in vobis virtutib⁹ et pdigijs et signis: q̄ fecit per illū deus in medio vestri: sicut scitis. Hūc definito consilio et p̄sciētia dei traditū: per manus iniquorū affligētes/ interemistis. Quē deus suscitauit solutis doloribus īferni: iuxta quod impossibile erat teneri illū ab eo. Dauid enī dicit in eū. Prouidebā dn̄m in cōspectu meo semp: qm̄ a dextris est michi ne cōmouear. Propter hoc letatū est cor meū: ⁊ exultauit lingua mea: insup et caro mea requiescet in spe. Qm̄ nō derelīques animā meā in inferno: nec dabis sctm̄ tuū videre corruptionē. Notas michi fecisti vias vite: replebis me iocūditate: cū facie tua. Alla. ℣. Emitte spm̄ tuū et creabūtur et renouabis faciem terre. Prosa.

Alma chorus dn̄i nūc pangat noīa summi. Messias sother emanuel sabaoth adonay. Est vnigenit⁹ via vita man⁹ homo vsyon. Principiū primogenitus sapiētia virtus. Alpha caput finisq̄ simul vocitatur: et est oo. Fōs et origo boni paraclit⁹ ac mediator. Agnus ouis vitul⁹ serpēs aries leo vermis. Os verbū splēdor sol glīa: lux et imago. Panis flos vitis mōs ianua petra lapisq̄. Angelus ⁊ spōsus pastorq̄ ꝓpheta sacerdos. Athanatos kyrios theos panthon crathon isus. Saluificet nos sit cui secla ꝑ oīa dora. Amen. Scdm̄ Lucam. v.

In illo tp̄e: Factū est in vna dierū: ⁊ iesus sedebat docēs Et erāt pharisei sedentes: et legis doctores: q̄ venerāt ex om̄i castello galilee/ ⁊ iudee/ ⁊ hirl'm: ⁊ virt⁹ dn̄i erat ad sanandū eos. Et ecce viri portantes in lecto hoīem qui erat paralytic⁹: et querebāt eū inferre: ⁊ ponere ante eū. Et nō īuenientes qua parte illū inferrēt p̄ turba: ascēderūt supra tectū: et ꝑ tegulas submiserunt illū cū lecto in mediū ante iesū. Quorum fidē vt vidit: dixit. Homo remittūtur tibi pctā tua. Et ceperunt cogitare scribe ⁊ pharisei: dicētes. Quis est hic q̄ loquit' blasphemias? Quis potest dimittere pctā: nisi sol⁹ de⁹ Ut cognouit autē iesus cogitationes eorum: respōdens dixit ad il-

los. Quid cogitatis mala in cor-
dibꝰ vestris? Quid est faciliꝰ dice-
re: dimittunt̄ tibi pctā: an dicere/
surge et ambula? Ut aūt sciatis:
qꝛ filiꝰ hoīs potestatē habet in ter
ra dimittēdi pctā: ait paralytico.
Tibi dico surge: tolle lectū tuū/ et
vade in domū tuā. Et ꝯfestim sur
gens corā illis: tulit lectū ī quo ia-
cebat: ⁊ abijt in domū suā magni
ficās deū. Et stupor apphēdit oēs
et magnificabant deū. Et repleti
sūt timore dicētes: qꝛ vidimꝰ: mi-
rabilia hodie. Credo. Offer. Lau
da aīa mea dn̄m laudabo dn̄m in vita
mea psallam deo meo q̄diu ero all'a.

Munera q̄s dn̄e ob- Secre.
lata sctifica: et corda nr̄a
scti spūs illustratione emūda. P
dn̄m. eiusdē. Prefatio. Qui ascen-
dens. Coīcātes et diē. Hāc igitur.
Cōio. Spiritus vbi vult spirat et vocē
eius audis all'a: sed nescis vnde veniat
aut quo vadat all'a all'a. Postcōio.

Sancti spūs dn̄e corda nr̄a
mundet infusio: et sui roris
ītima aspersione fecūdet. P dn̄m.
eiusdē. ¶ Sabbato. Introitus.

Charitas dei diffusa est in
cordibꝰ vr̄is all'a. ꝑ inha-
bitātē spm̄ eiꝰ in vobis al-
l'a all'a. Ps. Dn̄e deus salutis mee: in
die clamaui et nocte corā te. Gl'ia in ex
cel. sine. Dn̄s vobiscū. Nec se vtit
sacerdos et sic in sequētibꝰ. Orō.

Illo nos igne q̄s dn̄e spūs
sctūs inflāmet: quē dn̄s no-
ster iesus xp̄s misit in terrā: et vo-
luit vehemēter accēdi. Qui tecū. ī
vni. eiusdē. Lcō iohelis ꝓphete. ij.

Hec dicit dn̄s deꝰ: Effūdam
de spū meo sup oēm carnē:
et ꝓphetabūt filij vestri/ ⁊ filie vr̄e.
Senes vestri somnia sōniabūt: ⁊
iuuenes vestri visiones videbūt.
Sed et sup seruos meos/ et ancil-
las meas in diebꝰ illis effundā de
spiritu meo: et dabo ꝓdigia in ce-
lo sursū: ⁊ signa in terra deorsum
sanguinē et ignē et vaporē fumi.
Sol cōuertet̄ in tenebras/ et luna
in sanguinē: āteq̄ꝫ veniat dies dn̄i
magnus ⁊ manifestꝰ. Et oīs qui-
cūqꝫ inuocauerit nomen dn̄i: sal-
uus erit. All'a. V. Ueni sancte spūs
reple tuorū corda fideliū ⁊ tui amoris in
cis ignē accende. Sine. Dominꝰ vo
biscum. Oremus. Oratio.

Deus q̇ apl'is tuis sctm̄ de-
disti spm̄ concede plebi tue
pie petitionis effectū: vt quibꝰ de-
disti fidē largiaris et pacē. P do.
eiusdē. Lectio libri Leuitici. xxiiij

In diebꝰ illis: Locutus est
dn̄s ad moysen dicēs. Loq-
re filijs isrl': et dices ad eos. Cū in
gressi fueritis terrā quā ego dabo
vobis ⁊ messueritis segetē: feretis
manipulos spicaꝝ: p̄micias mes-
sis vestre ad sacerdotē. Qui eleua-
bit fasciculū corā dn̄o: vt accepta-
bilis sit pro vobis altera die sab-
bati: et sanctificabit illū. Nume-
rabitis ergo ab ip̄o die: in quo ob
tulistis manipulos primiciaꝝ se-
ptem ebdomadas plenas vsqꝫ ad
alterū diē expletionis ebdomade
septime: ⁊ sic offeretis sacrificium
nouū dn̄o ex omnibus habitacu-
lis vestris. Panes p̄miciaꝝ duos

de duab⁹ decimis simile: quos eleuabit sacerdos corā dño: et vocabitis hūc diē celeberrimū atq; sāctissimū. Omne opus seruile nō facietis in eo. Legitimū sempiternū erit in cūctis habitaculis vr̄is: et gñationib⁹ vr̄is. Dicit dñs: oīps. Alla. V. Loq̄bant varijs linguis apl̄i magnalia dei. sine. Dñs vo. Oremus.

Adsit nobis q̄s dñe Oro. v̄tus sp̄ūsc̄ti q̄ ⁊ corda nostra clemēter expurget: et ab oīb⁹ tueat aduersis. Per dñm. eiusdē.

Lectio libri Deuterononij. xxvj.

In dieb⁹ illis: Dixit moyses filijs israel. Audi isrl̄: q̄ ego precipio tibi hodie. Cū itraueris terrā quā dñs deus tu⁹ tibi daturus est possidēdā: ⁊ obtinueris eā atq; habitaueris in illa: tolles de cūctis frugib⁹ tuis p̄micias: ⁊ pones in cartallo. Pergēsq; ad locū quē dñs deus tuus elegerit: vt ibi inuocet nomen ei⁹: accedes ad sacerdotē q̄ fuerit in dieb⁹ illis: et dices ad eū. Profiteor hodie corā domino deo tuo q̄ exaudiuit nos: et respexit humilitatē nostrā/⁊ labores atq; angustias: et eduxit nos de egypto ī manu forti: ⁊ brachio extēto: in ingēti pauore in signis atq; portētis: et itroduxit ad locū istū: et tradidit nobis terrā lacte et melle manantē. Et idcirco nūc offero p̄micias frugū terre: quā dñs de⁹ dedit michi. Et dimittes eas in cōspectu dñi dei tui. Et adorato dño: deo tuo epulaberis in oibus bonis: q̄ dñs deus tu⁹ dederit tibi. Alla. V. Emitte spiritū tuū ⁊ creabūtur et renouabis faciē terre. sine Dñs vobiscū. Oremus. Oro.

Mentes n̄ras q̄s dñe paraclit⁹ q̄ a te p̄cedit illumiet: et inducat in oēm sicut tu⁹ p̄misit filius v̄itatē. Qui tecū. in vnitate eiusdē.

Lectio libri Leuitici. xxvj

In dieb⁹ illis: Dixit dñs ad moysen. Loquere filijs isrl̄ et dices ad eos. Si in p̄ceptis meis ambulaueritis: ⁊ mādata mea custodieritis et feceritis ea: dabo vobis pluuias tēporib⁹ suis: ⁊ terra gignet germē suum. Et pomis arbores replebunt. Et app̄rehēdet messiū tritura vindemiā: ⁊ vindemia occupabit sementē. Et comedetis panē vestrū in saturitate: et absq; pauore habitabitis in terra vr̄a. Dabo pacē in finib⁹ vr̄is: dormietis et nō erit q̄ exterreat. Auferā malas bestias: et gladius non trāsibit termios v̄ros. Persequimini iimicos vestros: ⁊ corruant corā vobis. Et persequētur q̄nq; de vr̄is cētū alienos: et cētū ex vobis decē milia. Cadēt inimici vr̄i gladio: in conspectu vestro. Respiciā vos et crescere faciā: ⁊ multiplicabimini: ⁊ firmabo pactū meū vobiscū. Et comedetis vetustissima veterū: ⁊ vetera nouis supueniētibus p̄iicietis. Ponā tabernaculū meū in medio vestri: ⁊ nō abijciet vos vltra aīa mea. Et ambulabo iter vos et ero vester de⁹: vosq; eritis popul⁹ me⁹. Dicit dñs: omp̄s. Alla. V. Dū ꝯplerent dies pēthecostes erāt oēs pariter dicētes. sine. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Concede q̄s omp̄s de⁹: vt q̇ solēnitatē doni scti spūs colim⁹: celestib⁹ desiderijs accēsi: fontē vite sitiam⁹: dn̄m nr̄m iesū xp̄m filiū tuū. Qui tecū. in vnitate eiusdem spūs. Lcō Danielis ꝓphete.

In dieb⁹ illis. Angel⁹ dn̄i descēdit cū azaria. Quere s̄ in aduētu sabbat. iij. Alla. ℣. Bn̄dictus es dn̄e de⁹ patrū nr̄oꝝ ⁊ laudabilis in secula. Dn̄s vobiscū. Et ꝟtit se.

Mentib⁹ nr̄is q̄s dn̄e Oro. sp̄m sctm̄ benign⁹ infūde: cui⁹ et sapiētia cōditi sum⁹: ⁊ ꝓuidētia gubernamur. P do. in vnitate eiusdē. Mēoria si occurrerit.

Lectio actuum apostoloꝝ. xiij.

In dieb⁹ illis: Cōuenit vniuersa ciuitas audire verbū dn̄i. Uidētes aūt turbas iudei repleti sūt zelo: ⁊ cōtradicebāt his q̄ a paulo dicebanť blasphemātes. Tūc cōstāter paul⁹ et barnabas dixerūt. Uobis oportebat primū loqui verbū dei. Sed qm̄ repulistis illud: ⁊ indignos vos iudicastis eterne vite: ecce ꝯuertimur ad gētes. Sic eni nobis p̄cepit dn̄s. Posui te in lucē gētibus: vt sis salus mea vsqꝫ ad extremum terre. Audiētes autē gētes: gauise sūt et glorificabāt verbū dn̄i: ⁊ crediderūt quotquot erāt preordinati ad vitā eternā. Disseminabatur aūt verbū dn̄i per vniuersā regionē. Judei aūt ꝯcitauerūt mulieres religiosas honestas ⁊ p̄mas ciuitatis: et excitauerūt persecutionē in paulū et barnabā: et eiecerūt eos de finib⁹ suis. At illi excusso puluere pedū in eos: venerūt yconiū. Discipuli quoqꝫ replebantur gaudio: ⁊ spū sācto. Alla. ℣. Laudate dn̄m oēs gētes et collaudate eū oēs ppl̄i

Ueni sctē spūs et Prosa. emitte celitus lucis tue radiū. Ueni pater paupeꝝ veni dator muneꝝ veni lumē cordiū. Cōsolator optime dulcis hospes aīe dulce refrigeriū. In labore reqes in estu tēperies in fletu solatiū. O lux beatissima reple cordis ītima tuoꝝ fideliū. Sine tuo numīe nichil est in lumīe nichil est innoxiū Laua qđ est sordidum riga qđ est aridū sana qđ est saucium. Flecte qđ est rigidū foue quod est frigidū rege qđ est deuiū. Da tuis fidelibus in te cōfidētibus sacrū septenariū. Da virtutis meritū da salutis exitum da perenne gaudiū. Amen. Secundū Lucam. iiij.

In illo tp̄e: Surgens iesus de synagoga: introiuit in domū simonis. Socrus aūt simonis tenebať magnis febrib⁹: ⁊ rogauerūt illū ꝓ ea. Et stans sup illā: imperauit febri: et dimisit illā. Et ꝯtinuo surgēs: ministrabat illis. Cū sol autē occidisset: oēs qui habebāt infirmos varijs lāguoribus / ducebāt illos ad eum. At ille singulis man⁹ īponens: curabat eos. Exibāt autē demonia a multis clamātia et dicētia: q2 tu es filius dei. Et increpās nō sinebat ea loqui: q2 sciebāt ip̄m esse xp̄m. Facta autē die: egressus ibat in desertū locū. Et turbe requirebāt eū et venerūt vsqꝫ ad ip̄m: et detinebāt

illum/ ne discederet ab eis. Quib⁹ ille ait. Quia et aliis ciuitatibus oportet me euāgelizare regnū dei/ q2 ideo missus sum. Et erat predicās: in synagogis galilee. Credo

Offr. Dñe deus salutis mee in die clamaui et nocte corā te intret orō mea in conspectu tuo domine. Secreta.

Munera q̄s dñe oblata sctifica et corda nr̄a scti spūs illustratiōe emūda. P do. eiusdē.

Prefatio. Qui ascēdēs sup. Cōicātes ꝛ diē. Hāc igit oblationē. vts.

Cōio. Non vos relinquā orphanos veniam ad vos iterū alla et gaudebit cor vestrū alleluia alla. Postcōio.

Sancti spirit⁹ dñe corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per dominū nostrum eiusdem.

De sancta trinitate. Introitus



Benedicta sit sancta trinitas atq3 indiuisa vnitas/ confitebimur ei q2 fecit nobiscū miam suā. ps. Benedicamus patrem et filiū: cum sancto spiritu. Gloria patri. kyrie eleison. Gloria in excelsis. Oratio.

Omnipotēs sempiterne de⁹: qui dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere: et in potētia maiestatis adorare vnitatē q̄s: vt eiusdē fidei firmitate: ab oīb⁹ semper muniamur aduersis. P dñm

Si occurrerit mēoria faciēda est.

Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad Corinthios. ij. vltimo.

Frēs. Gratia dñi nostri iesu xpi: et charitas dei. Et cōmunicatio sancti spūs: sit semp cū oībus vobis amen. R. Benedictus es dñe qui intueris abyssos et sedes super cherubin. V. Benedicite deū celi q2 fecit nobiscū miam suā. Alla. V. Benedicamus patrē et filiū cū sctō spū laudemus et superaltemus eum in secula.

Alla. V. Uerbo dñi celi firmati sunt et spū oris eius oīs virtus eor. Prosa.

Profitentes vnitatē veneremur trinitatē pari reuerentia. Tres psonas asserētes psonali differētes a se differētia. He dicūtur relatiue cū sint vnū substantiue non tria principia. Siue dicas tres vel tria simplex tamen ē vsya non triplex essentia. Simplex esse simplex posse simplex velle simplex nosse cuncta sunt simplicia. Non vnius q̄ duarū siue triū personarū minor efficacia. Pater proles sacrum flamen deus vnus sed hi tamen habēt quedā ppria. Una virtus vnū numen vnus splēdor vnū lumen hoc vna qd alia. Patri proles est equalis nec hoc tollit personalis ambor distinctio. Patri cōpar filioq3 spiritalis ab vtroq3 procedit cōnexio. Nō humana ratione capi possunt he psone nec harū discretio. Non hic ordo temporalis nō hic situs aut localis rerum circūscriptio. Nil in deo preter deū nulla causa pter eū qui creat causalia. Effectiua vel formalis causa deus ꝛ finalis sed nunq̄ materia. Digne loqui de personis vim transcēdit ratiōis excedit in-

genia. Quid sit gigni q̄d ꝓcessus me nescire sum ꝓfessus sed fide nō dubia. Qui sic credit ne festinet et a via nō declinet insolerter regia. Seruet fidē formet mores nec attēdat ad errores quos dānat ecclesia. Nos in fide gloriemur nos in vna modulemur fidei constantia Trine sit laus vnitati sit et simple trinitati coeterna glīa. Amē.

Initiū scti euāgelij scd̄m Johānē

IN principio erat verbū: et verbū erat apud deū: et de⁹ erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Om̄ia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nichil. Quod factū est in ipso: vita erat. Et vita erat lux hominū. Et lux in tenebris lucet: et tenebre eā non cōprehēderūt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic venit ī testimoniū vt testimoniū ꝑhiberet de lumine: vt oēs crederent per illū. Non erat ille lux: sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat oēm hominē venientē in hūc mundū. In mūdo erat: ⁊ mūdus per ipsum factus est: et mūdus eū non cognouit. In ꝓpria venit: et sui eū non receperunt. Quotquot autē receperūt eū dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credūt in noīe eius. Qui nō ex sanguinibus: neqꝫ ex voluntate carnis/neqꝫ ex volūtate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbū caro factū est: ⁊ habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriā quasi vnigeniti a patre. Plenū gratie: ⁊ veritatis

Credo. Offr. Benedictus sit de⁹ pater vnigenitusqꝫ dei fili⁹ sctūs quoqꝫ spiritus quia fecit nobiscū misericordiā suam

Secreta

SAnctifica q̄sum⁹ domine per tui sancti noīs inuocationē huius oblationis hostiā: et per eā nosmetipsos tibi perfice munus eternū. Per dn̄m. Prefatio. Qui cum vnigenito. Cōio. Benediciimus deū celi et corā oībus viuētibus cōfitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiā suam.

Postcōio.

PRoficiat nob̄ ad salutē corporis et anime domine de⁹ noster huius sacramēti susceptio: et sempiterne sācte trinitatis eiusdemqꝫ indiuidue vnitatis cōfessio Per dn̄m nr̄m. Post missam euāgeliū. Cū venerit paraclit⁹. Quere dn̄ica post ascensionē. ¶ Dn̄ica prima post octauas penthecostes Quere officiū post officium sacramenti. ¶ De sancto sacramēto altaris. Ad missam. Introitus.



CIbauit eos ex adipe frumenti allā et de petra melle saturauit eos alleluia allā alleluia. ps Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Cibauit. Glīa. Cibauit. Glīa in ex.

Orō.

DEus qui nobis sub sacramēto mirabili passionis tue memoriā reliquisti: tribue q̄s: ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptiōis tue fructū/in nobis iugiter sentiam⁹. Qui viuis. Mēo. si occurrerit. Ad Corinthios. j. xj

FRatres. Ego enī accepi a
dño: qđ et tradidi vobis.
Quoniam dñs ieſus in qua nocte
tradebaṫ accepit panē: et gratias
agēs fregit et dixit. Accipite ⁊ mā
ducate. Hoc eſt corpus meū: quod
pro vobis tradetur. Hoc facite: in
meā cōmemorationē. Similiter
et calicē: poſtq̄ cenauit dicēs. Hic
calix nouū teſtamentū eſt: in meo
ſanguine Hoc facite quotienſcūqꝫ
ſumitis: in meā cōmemorationē.
Quotiēſcunqꝫ enim manducabi-
tis panem hunc/ et calicē bibetis:
mortē domini annunciabitis do-
nec veniat. Itaqꝫ quicūqꝫ mandu
cauerit hunc panē: et biberit cali-
cem domini indigne: reus erit cor
poris ⁊ ſanguinis dñi. Probet au
tem ſeipſum homo: et ſic de pane
illo edat ⁊ de calice bibat. Qui enī
manducat et bibit indigne: iudici
um ſibi manducat et bibit. Non
diiudicans: corpus dñi. ℟. Oculi
omniū in te ſperant domine et tu das il-
lis eſcam in tempore oportuno. ℣. Ape-
ris tu manū tuā et impies om̄e animal
benedictione. Alleluia. ℣. Caro mea
vere eſt cibus et ſanguis meꝯ vere eſt po
tus qui manducat meā carnem et bibit
meum ſanguinē in me manet et ego in
eo. Alleluia. Proſa.

LAuda ſyon ſaluatorē lau-
da ducē et paſtorē in hym-
nis et canticis. Quantū potes tā-
tum gaude q2 maior omni laude
nec laudare ſufficis. Laudis the-
ma ſpecialis panis viuꝯ ⁊ vitalis
hodie proponiṫ. Quē in ſacre mē-
ſa cene turbe fratrū duodene da-
tum nō ambigiṫ. Sit laus plena
ſit ſonora ſit iocūda ſit decora mē-
tis iubilatio. Dies enī ſolēnis agi
tur in qua menſe prima recolitur
huius inſtitutio. In hac mēſa no
ui regis nouū paſcha noue legis
phaſe vetus terminat. Vetuſtatē
nouitas vmbrā fugat veritas no
ctē lux illuminat. Qđ in cena xp̄s
geſſit faciendū hoc expreſſit in ſui
memoriam. Docti ſacris inſtitut;
panē vinū in ſalutis cōſecramus
hoſtiā. Dogma datur chriſtianis
q̄ in carnē trāſit panis et vinū in
ſanguinē. Quod non capis quod
non vides animoſa firmat fides
preter rerū ordinē. Sub diuerſis
ſpeciebus ſignis tantū et nō rebꝯ
latent res eximie. Caro cibus ſan
guis potus manet tamen xp̄s to-
tus ſub vtraqꝫ ſpecie. A ſumente
non cōſciſus non cōfractus nō di-
uiſus integer accipiṫ. Sumit vnꝯ
ſumunt mille quantū iſti tantū il
le nec ſumptus cōſumiṫ. Sumūt
boni ſumunt mali ſorte tamen in
equali vite vel interitꝯ. Mors eſt
malis vita bonis vide paris ſum
ptionis q̄ ſit diſpar exitꝯ. Fracto
demū ſacramento ne vacilles ſed
memento tantū eſſe ſub fragmen
to quātū toto tegiṫ. Nulla rei fit
ſciſſura ſigni tantū fit fractura q̄
nec ſtatus nec ſtatura ſignati mi-
nuitur. Ecce panis angelorū fa-
ctus cibus viatorꝝ vere panis fili-
orum non mittēdus canibus. ter
In figuris preſignaṫ cū iſaac im-
molaṫ agnꝯ paſche deputatur da
tur māna patribus. Bone paſtor

panis vere iesu nostri miserere tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac videre in terra viuētiū. Tu q̄ cūcta scis ⁊ vales q̄ nos pascis hic mortales tuos ibi cōmensales coheredes ⁊ sodales fac sctōꝝ ciuiū. Amen. Secundū Johannē. vj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis/et turbis iudeoꝝ. Caro mea vere est cib⁹: ⁊ sanguis meus vere est potus. Qui māducat meā carnē/⁊ bibit meū sanguinem: in me manet et ego ī illo. Sicut misit me viuēs pater: ⁊ ego viuo ꝓpter patrem. Et qui māducat me: ipse viuet ꝓpter me. Hic est panis qui de celo descēdit. Non sicut māducauerūt patres vestri manna in deserto: ⁊ mortui sunt. Qui māducat hunc panē: viuet in eternū. Credo. Offr. Sacerdotes incē sum dñi ⁊ panem offerūt deo ⁊ ideo sctī erūt deo suo ⁊ nō pollueēt nomen ei⁹ all'a

Ecclesie tue q̄s Secreta. dñe vnitatis et pacis ꝓpici⁹ dona concede que sub oblatis muneribus mystice designātur. Per dñm. Prefatio. Quia p incarnati vt ī natiuitate dñi. Cō. Quotiescū qz māducabitis panē hunc et calicē bibetis mortē dñi annūciabitis donec veniat itaqz quicūqz manducauerit panē vel biberit calicē dñi indigne reus erit corporis et sanguinis dñi alleluia. Postcōio.

Hac nos q̄s dñe diuinitatis tue sempiterna fruitiōe repleri: quā preciosi corpis ⁊ sanguinis tui tēporalis pceptio prefigurat. Qui vi. ⁊ reg. cū deo pre. Per octa. singulis dieb⁹ missa sicut in die cū Gl'ia in excel. Prosa Credo ⁊ Prefatiōe. Prosa tamen diuidit in duas vel in tres ptes. Et dr tm vna pars p ordinē. Die vero dñica infra octa. ⁊ in die octa. dr tota ¶ Nō etiā q̄ de quocūqz fiat missa infra oct. pterq̄ p defunctis dr Gl'ia in excel. Credo. et Prefatio. Quia p incarnati. Nisi illa festa habeāt ꝓpriā sicut si fiat de btā maria vel de aplis qz tunc diceret̄ prefatio de beata maria vel de aplis Et sic p alias octa. per totū annū

¶ Dñica. j. post trinitatē. Intro.

Domine ī tua misericordia speraui exultauit cor meū in salutari tuo cātabo domino qui bona tribuit michi. ps. Usqzquo dñe obliuisceris me in finē: vsqzquo auertis faciē tuā a me. Gl'ia patri Kyrie eleison. Non dicit̄. Gl'ia in excelsis. nec Credo. in hoc officio: qz fit semp die priuato. Oratio.

Deus in te sperātium fortitudo: adesto ppicius inuocationibus nostris: ⁊ qz sine te nichil potest mortalis īfirmitas: presta auxiliū grē tue: vt in exequendis mādatis tuis: et voluntate tibi et actione placeamus. Per do. Lcō epl'e bti iohānis apli. j. iiij.

Charissimi. De⁹ charitas est In hoc apparuit charitas dei in nobis: qm̄ filiū suū vnigenitū misit deus in mundū: vt viuamus p eū. In hoc est charitas: nō quasi nos dilexerim⁹ deū: sed quoniā ipe prior dilexit nos: ⁊ misit filiū suū ꝓpiciationē p peccatis nostris. Charissimi: si deus dilexit

nos: et nos debemus alterutrũ di ligere. Deũ nemo vidit unq̃. Si diligam⁹ inuicẽ: de⁹ in nobis manet ⁊ charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus: q̃m in eo manem⁹/ ⁊ ipse in nobis: q̃m de spũ suo dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur: q̃m pater misit filiũ suum saluatorẽ mundi Quisquis cõfessus fuerit quoniã iesus est fili⁹ dei: deus in eo manet et ipse in deo. Et nos cognouim⁹ et credidim⁹ charitati: quã habet deus in nobis. Deus charitas est. Et qui manet in charitate: in deo manet/ et de⁹ in eo. In hoc pfecta est charitas dei nobiscũ vt fiduciã habeam⁹ in die iudicij: q2 sicut ille est: et nos sum⁹ in hoc mũdo. Timor nõ est in charitate: sed pfecta charitas foras mittit timorẽ: q̃m timor penã habet. Qui aũt timet non est pfectus in charitate. Nos ergo diligamus deũ: quoniã ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit q̃m diligo deũ et fratrẽ suũ oderit mẽdax est. Qui enĩ nõ diligit fratrẽ suũ quẽ videt: deũ quẽ non videt/ quomodo potest diligere? Et hoc mandatũ habemus a deo: vt qui diligit deũ: diligat et fratrẽ suum. ℟. Ego dixi dñe miserere mei sana animã meã q̃m peccaui tibi. ℣. Beatus qui intelligit sup egenũ et pauperẽ in die mala liberauit eũ dñs. Alla. ℣. Deus iudex iustus fortis et patiẽs nunquid irascet p singulos dies. Non dicitur psa vsq₃ ad aduẽtũ dñi q̃n fit de tpe. Scdm Lucã. xvj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Homo q̃dã erat diues: et induebatur purpura ⁊ bysso: ⁊ epulabatur quotidie splẽdide. Et erat quidã mẽdicus noĩe lazar⁹: q̃ iacebat ad ianuã ei⁹ vlcerib⁹ plen⁹ cupiẽs saturari de micis que cadebant de mẽsa diuitis: et nemo illi dabat. Sed et canes veniebant ⁊ lingebãt vlcera ei⁹. Factũ est autẽ vt moreret mẽdic⁹: ⁊ portaret ab angelis ĩ sinũ abrahe. Mortu⁹ est aũt ⁊ diues: ⁊ sepultus est in inferno. Eleuãs autẽ oculos suos cum esset in tormentis: vidit abrahã a longe: ⁊ lazarũ in sinu ei⁹. Et ipse clamans dixit. Pater abrahã miserere mei: ⁊ mitte lazarũ vt intingat extremũ digiti sui in aquã: vt refrigeret linguã meã: q2 crucior ĩ hac flãma. Et dixit illi abraham. Fili recordare q2 recepisti bona in vita tua: ⁊ lazar⁹ similiter mala. Nũc autẽ hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in his omĩbus inter vos et nos chaos magnũ firmatũ est: vt hi qui volũt hinc trãsire ad vos non possint: neq₃ inde huc trãsmeare. Et ait. Rogo te pater vt mittas eũ in domũ patris mei Habeo enĩ quinq₃ fratres/ vt testetur illis: ne ⁊ ipsi veniãt in hũc locũ tormẽtor. Et ait illi abraham Habẽt moysen et pphetas: audiãt illos. At ille dixit. Nõ pater abrahã. Sed si q̃s ex mortuis ierit ad eos: penitẽtiã agent. Ait autẽ illi. Si moysen ⁊ prophetas non audiũt: neq₃ si q̃s ex mortuis resurrexerit: credent. Offerto. Intende voci orationis mee rex meus et deus meus

quoniā ad te orabo dñe. Secreta.

Hostias nostras tibi dñe dicatas placat⁹ assume: ⁊ ad ppetuū nobis tribue puenire subsidium. Per dñm. Cōio. Narrabo oia mirabilia tua letabor ⁊ exultabo in te psallā noi tuo altissime. Postcōio.

Sanctis domine repletis muneribꝰ presta quesumus. vt et salutaria dona capiamus: et a tua nunq̄ laude cessemus. P do.

Feria.iiij. Ad Romanos. vj.

Fratres. Non regnet peccatū in vestro mortali corpore: vt obediatis cōcupiscentijs eius. Sed neq̄ exhibeatis mēbra vestra arma iniquitatis pctō: sed exhibete vos deo tanq̄ ex mortuis viuētes/ et mēbra vestra arma iusticie deo. Peccatū enim vobis nō dominabit. Nō eni sub lege estis: sed sub gratia. Quid ergo? Peccauimus qm̄ non sumꝰ sub lege: sed sub gratia? Absit. An nescit qm̄ cui exhibetis vos seruos ad obediendū: serui estis eius cui obedistis siue peccati ad mortē: siue obeditionis ad iusticiā? Gratias aūt deo q̄ fuistis serui pcti: obedistis aūt ex corde in eam formā doctrine in qua traditi estis. Liberati autē a pctō: serui facti estis iusticie. Per iesum christū: dominū nostrum.

Secundum Mattheum. v.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nolite putare quoniā veni soluere legē aut ꝓphetas: nō veni soluere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat celū ⁊ terra: iota vnū aut vnus apex / non preteribit a lege: donec oia fiant. Qui ergo soluerit vnū de mandatis istis minimis: ⁊ docuerit sic hoies: minimꝰ vocabit in regno celor. Qui autē fecerit ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorū. Feria sexta. Ad ephesios. primo.

Fratres. Nō cesso gratias agens p vobis: memoriā vestri faciens in orationibꝰ meis: vt deus dñi nostri iesu christi pater glorie: det vobis spiritū sapiētie: et reuelatiōis in agnitione eiꝰ illuminatos oculos cordis. Vt sciatis q̄ sit spes vocatiōis eiꝰ: et que diuitie glie hereditatis eiꝰ in sctis ⁊ que sit supeminens magnitudo virtutis eius in nos: qui credimꝰ secundū operationē potētie virtutis eius: quā operatꝰ est in christo suscitans illū a mortuis: et constituens eū ad dexterā suā in celestibus: supra omnē principatū / ⁊ potestatē / et virtutē / ⁊ dominationē et omē nomen quod nominatur. Non solū in hoc seculo: sed etiā in futuro. Secundū Lucam. xvij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Impossibile est: vt non veniāt scandala. Ve aūt illi: per quē veniūt. Vtilius est illi si lapis molaris imponat circa collū eius / et pijciatur in mare: q̄ vt scādalizet vnū de pusillis istis. Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuꝰ: increpa illū. Et si penitētiā egerit: dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te: et septies in die cōuersus fuerit ad te dicens pe

nitet me: dimitte illi. Et dixerunt
apostoli dño. Adauge nobis fidẽ
Dixit autẽ dñs. Si habueritis fi-
dem sicut granũ synapis: dicetis
huic arbori moro/eradicare ⁊ trãs
plãtare in mare: ⁊ obediet vobis.
Quis aũt vestrũ habet seruũ arã
tem: aut pascẽtẽ boues: q̃ egresso
de agro dicat illi statim trãsi et re-
cũbe: et non dicit para cenã/⁊ pre-
cige te ⁊ ministra michi donec mã
ducẽ et bibã: et post hec tu mandu
cabis et bibes? Nunq̃d gratiã ha
bet seruo illi/q2 fecit que ei impera
uerat? Nõ puto. Sic et vos cũ fe
ceritis oĩa que precepta sunt vo
bis: dicite. Serui inutiles sumus/
quod debuimus facere: fecimus.

¶ Dñica secunda. Introitus.

F Actus est dñs ꝓtector me
us ⁊ eduxit me in latitudi
nẽ saluũ me fecit qm̃ volu
it me. Ps. Diligã te dñe fortitudo mea
dñs firmamẽtũ meũ ⁊ refugiũ meũ et li
berator meus. Glĩa patri. Glĩa in ex-
celsis. Credo dicit̃ si fiat die dñico
alias non. et sic deinceps. Oratio

SAncti nomis tui dñe timo-
rẽ pariter et amorẽ fac nos
habere perpetuũ: q2 nunq̃ tua gu
bernatione destituis: quos in soli
ditate tue dilectiõis instituis. P d̃

Lcõ epl'e bti iohãnis apl'i. j.iij.

CHarissimi. Nolite mirari:
si odit vos mũdus. Nos sci
mus qm̃ trãslati sumus de morte
ad vitam: qm̃ diligimus fratres.
Qui non diligit: manet in morte.
Omis qui odit fratrẽ suũ: homi-
cida est. Et scitis quoniã oĩs ho-
micida: non habet vitã eternã in
se manentẽ. In hoc cognouimus
charitatẽ dei: quoniã ille ꝓ nobis
animã suã posuit: et nos debem⁹
pro fratrib⁹ nostris aĩas ponere.
Qui habuerit substãtiã hui⁹ mũ-
di: et viderit fratrẽ suũ necesse ha-
bere: et clauserit viscera sua ab eo
quomodo charitas dei manet in
eo? Filioli mei non diligam⁹ ver-
bo neq3 lingua: sed opere et verita
te. R. Ad dominũ cũ tribularer clama
ui et exaudiuit me. V. Dñe libera aĩam
meã a labijs iniquis et a lingua dolosa.
Alla. V. Diligã te dñe virtus mea do
minus firmamẽtũ meũ ⁊ refugiũ meũ.

Prosa nulla. Scdm Lucã. xiiij.

IN illo tpe. Dixit iesus disci
pulis suis: similitudinẽ hãc
Homo quidã fecit cenã magnã et
vocauit multos. Et misit seruum
suũ hora cene/dicere ĩuitatis vt ve
nirẽt: q2 iam parata sunt oĩa. Et
ceperũt omes simul excusare. Pri
mus dixit ei. Villã emi: et necesse
habeo exire: ⁊ videre illã. Rogo te
habe me excusatũ. Et alter dixit.
Iuga boum emi quinq3: et eo pro
bare illa. Rogo te: habe me excu-
satũ. Et alius dixit. Vxorẽ duxi:
et ideo non possum venire. Et re-
uersus seruus: nunciauit hec dño
suo. Tunc irat⁹ paterfamilias di
xit seruo suo. Exi cito ĩ plateas/et
vicos ciuitatis: ⁊ pauperes ac de-
biles/cecos/et claudos: introduc
huc. Et ait seruus. Dñe/factũ est
vt imperasti: et adhuc loc⁹ est. Et
ait dñs seruo. Exi/in vias/⁊ sepes
⁊ compelle intrare: vt impleat̃ do

mus mea. Dico autẽ vobis: ꝙ nemo virorũ illorũ qui vocati sunt: gustabit cenã meã. Credo. vt supra dictũ est. Offer. Fact⁹ est dñs firmamentũ meũ et refugiũ meũ et liberator meus sperabo in eũ. Secreta.

Oblatio nos dñe tuo nomini dicata purificet: et de die in diem ad celestis vite transferat actionẽ. Per dñm. Cõio. Cantabo dño qui bona tribuit michi et psallã nomini dñi altissimi. Postcõio.

Sumptis munerib⁹ dñe q̄s: vt cũ frequẽtatione mysterij/ crescat nostre salutis effectus. Per dñm. Missa p ebdomadã vt in dñica. Excepto ꝙ nõ dicit Glĩa in excelsis. nec Credo. Et dicit in fine. Benedicamus dño. Si autẽ feria quarta vel sexta euenerit fiet alia feria de epl̃a et euãgelio ipsarũ vel celebrat feria scda de angelis ⁊ alijs ferijs vt infra in missis familiarib⁹ notatũ est. vel de patrono eccl̃ie aliquo die ebdomade quelibet eccl̃ia iuxta morẽ suũ: etiam in festis triũ lec. iuxta deuotionẽ celebrãtis: nisi sit missa ꝓpria vt in. xl. in rogationib⁹. in ieiunijs iiij. tẽpor in vigilijs festor ⁊ similib⁹. ¶ Fer. iiij. Ad colocẽses. iij.

Fratres. Mortificate mẽbra vestra: que sunt super terrã. Fornicationẽ/ ĩmundiciã/ libidinẽ/ ꝯcupiscẽtiã malã: et auariciã: que est simulachror seruitus. Propter que venit ira dei: sup filios incredulitatis: in quib⁹ et vos ambulastis aliquando: cũ viueretis in illis. Nunc aũt deponite et vos omĩa irã: indignationẽ/ maliciã/ blasphemiã/ et turpẽ sermonẽ de ore vestro ne emiseritis. Nolite mentiri inuicẽ: expoliãtes vos veterẽ hoiem cũ actib⁹ suis: ⁊ induẽtes nouũ: eũ qui renouat in agnitionẽ dei secundũ imaginẽ ei⁹ qui creauit eũ. Ubi nõ est gẽtilis et iudeus: circũcisio ⁊ prepuciũ: barbarus ⁊ scytha: seruus et liber. Sed oĩa: ⁊ i oĩb⁹ xp̃s. Scdm Lucã. xij.

In illo tpe Ait quidã de turba ad iesum. Magister dic fratri meo: vt diuidat mecũ hereditatẽ. At ille dixit ei. Homo quis me cõstituit iudicẽ aut diuisorẽ supra vos? Dixitq ad illos. Uidete et cauete ab omĩ auaricia: qr non in abũdãtia cuiusq̄ ei⁹ vita est: ex his que possidet. Dixit autẽ similitudinẽ: ad illos dicẽs. Hois cuiusdã diuitis vberes fruct⁹ ager attulit/ ⁊ cogitabat ĩtra se dicẽs. Quid faciã ꝙ nõ habeo: quo ꝯgregẽ fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Destruã horrea mea/ ⁊ maiora faciã: ⁊ illuc cõgregabo oĩa que nata sunt michi: ⁊ bona mea: et dicã aĩe mee. Aĩa habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce/ comede/ bibe/ epulare. Dixit autẽ illi de⁹. Stulte hac nocte aĩam tuã repetẽt a te. Que aũt parasti: cuius erũt? Sic est q̄ sibi thesaurizat: ⁊ nõ est in deũ diues. ¶ Feria vj. Lcõ epl̃e bti Johãnis apl̃i. j. j.

Charissimi. Hec est annũciatio quã audiuimus a deo: ⁊ annũciamus vobis: qm̃ deus lux est: et tenebre in eo non sunt vlle.

Si dixerimus qm̃ societatẽ habemus cũ eo: ⁊ in tenebris ambulamus: mentimur/ ⁊ nõ facimus veritatẽ. Si autẽ in luce ambulam⁹ sicut et ipse in luce est: societatẽ habemus adinuicem: ⁊ sanguis iesu christi filij ei⁹ emũdat nos ab omni peccato. Si dixerimus qm̃ peccatũ nõ habemus: nosipsos seducimus: et veritas in nobis nõ est. Si cõfiteamur peccata nostra: fidelis est et iust⁹ vt remittat nobis pctã nostra: ⁊ emũdet nos ab omni iniquitate. Si dixerim⁹ qm̃ nõ peccauimus: mẽdacẽ facimus eũ: et verbum eius: non est in nobis.

Secundum Mattheum. xj.

In illo tẽpe. Cepit iesus exprobrare ciuitatib⁹ in qbus facte sunt plurime virtutes ei⁹: qꝛ nõ egissent penitentiã. Ve tibi corozaim: ve tibi bethsayda/ qꝛ si in tyro ⁊ sydone: facte fuissent virtutes: que facte sunt in vobis: olim in cilicio et cinere: penitentiã egissent. Verũtamen dico vobis: tyro et sydoni remissi⁹ in die iudicij erit q̃ vobis. Et tu capharnaũ nunquid vsqꝫ in celũ exaltaberis: vsqꝫ in infernũ descẽdes? Quia si in sodomis facte fuissent virtutes que facte sunt in te: forte mãsissent vsqꝫ in hanc diem. Verũtamen dico vobis: qꝛ terre sodomoꝝ remissi⁹ erit in die iudicij: q̃ tibi. ¶ Sabbato. Secundũ Mattheũ. xij.

dñi astitit: ⁊ lumẽ refulsit in habi
taculo. Percussoq3 latere petri: ex

citauit eũ dicẽs. Surge velociter.
Et ceciderũt cathene de manib⁹ ei⁹
Dixit aũt angelus ad eũ. Precinge
re: et calcia te caligas tuas. Et fe-
cit sic. Et dixit illi. Circũda tibi ve
stimẽtũ tuũ: ⁊ seq̃re me. Et exiens
seq̃bat̃ eũ: ⁊ nesciebat qꝛ verũ ẽ qđ
fiebat p angelũ. Existimabat aũt
se visũ videre. Trãseũtes aũt pri-
mã ⁊ secũdã custodiã: venerũt ad
portã ferreã q̃ ducit ad ciuitatẽ: q̃
vltro apta ẽ eis. Et exeũtes pcesse
rũt vicũ vnũ. Et cõtinuo discessit
angel⁹ ab eo. Et petr⁹ ad se reuer-
sus dixit. Nunc scio vere qꝛ misit
dñs angelũ suum: ⁊ eripuit me de
manu herodis: ⁊ de oĩ expectatio
ne: plebis iudeor̃. R. Cõstitues eos
prĩcipes sup oẽm terrã memores erũt no
minis tui dñe. V. Pro pr̃ib⁹ tuis nati sũt
tibi filij ppterea ppl̃i cõfitebunt̃ tibi Al
leluia. V. Tu es petr⁹ ⁊ sup hãc petram
edificabo ecclesiam meã. Prosa.
Gaude roma caput mũdi p̃-
mus pastor in secũdi laudet̃ victo
ria. Tot⁹ orbis hylarescat et vir-
tutis ardor crescat ex petri memo
ria. Petr⁹ sacri fax amoris lux do
ctrine sal dulcoris petr⁹ mõs iusti
cie. Petr⁹ fons ẽ saluatoris lignũ
fruct⁹ ⁊ odoris lignũ carẽs carie.
Et q̃d petro dicẽs dignũ nullum
xp̃i vidẽs signũ primo sub ammo
nitu. Fugit rete fugit ratẽ nec dũ
plene veritatẽ cõtẽplat⁹ spũ Auro
carẽs ⁊ argẽto choruscat miracul'
a neruor̃ sub momẽto claudũ sol
uit viculis. Paralysi dissolut⁹ ene
as erigit̃ petrũ p̃sens dei virt⁹ ad
votũ p̃sequit̃. Petr⁹ vitã dat tha
bite iuuenẽqꝫ reddit vite potestate
libera. Pede p̃mit fluct⁹ maris et
nutãtẽ salutaris illũ regit dextera
Facta xp̃i q̃stione breui claudit is
sermone fidẽ necessariã. Hũc p̃so-
nã dicit vnã sed nec tacet opportu
nã nature distãtiã. Qđ negando
ter peccauit simplex amor expia-
uit ⁊ trina cõfessio. Angel⁹ a car-
cere petrũ soluit libere destinatũ
gladio. Umbra sanat hic languẽ-
tes sanat mẽbra sanat mẽtes mor
bos reddit impotẽtes medici potẽ
tia. Petrũ simõ magus odit ma-
gũ simõ petr⁹ pdit plebẽ monet ⁊
custodit a magi v̾sutia. Hic a xp̃o
petra dict⁹ in cõflictu stat inuict⁹ li
cet iugis sit cõflictus ⁊ grauis cõ-
gressio. Dũ volare magus q̃rit to
tus ruẽs tot⁹ perit quẽ diuina di-
gne ferit ⁊ condẽnat vltio. Nero
fremit furibũdus nero plãgit im-
piũ nero cui⁹ egre mũdus ferebat
imperiũ Ergo petro crux parat̃ a
ministris scelerũ crucifigi se testat̃
in hoc xp̃s iterũ. Petro sunt oues
credite clauesqꝫ regni tradite petri
preit sentẽtia ligãs ac soluẽs oĩa.
Pastoris nr̃i meritis ac p̃ce saluti
fera nos a pctĩ debitis eterne pa-
stor libera. Amẽ. Scd̃m matthe-
um. xvj
In illo tpe. Uenit
iesus ĩ partes cesaree philip
pi: ⁊ ĩterrogabat discipulos suos
dicẽs. Quẽ dicũt hoĩes esse filium
hoĩs? At illi dixerũt. Alij iohãnẽ
baptistã: alij autẽ heliã: alij vero
hieremiã: aut vnũ ex pphetis. Di-
cit eis iesus. Uos autẽ quẽ me esse
dicitis? Respõdẽs simõ petr⁹ dixit

Tu es xp̃us fili⁹ dei viui. Respõdens aũt iesus: dixit ei. Beatus es simõ bariona: qꝛ caro et sanguis nõ reuelauit tibi: sed pater me⁹ q̃ in celis est. Et ego dico tibi q̃a tu es petr⁹: ⁊ sup hãc petrã edificabo ecc̃liam meã. Et porte inferi nõ p̃ualebunt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni celorũ. Et q̃dcũqꝫ ligaueris sup terrã: erit ligatũ et in celis. Et quodcũqꝫ solueris sup terrã: erit solutũ ⁊ in celis. Credo

Offr̃. Cõstitues eos principes sup oẽm terrã memores erũt nois tui in omni p̃genie et generatione. Secreta.

Hostias dñe quas noĩ tuo sacrãdas offerim⁹: apostolica p̃sequať oratio: per quã nos expiari tribuis ⁊ defendi. P dñm

Prefatio. Te dñe. Cõio. Tu es petrus ⁊ super hãc petrã edificabo ecc̃liam meã. Postcõ.

Quos celesti dñe alimẽto saciasti: apostolicis ĩtercessionib⁹ ab omni aduersitate custodi. P dñm. In cõmemoratiõe sci pauli. Introit⁹

Scio cui credidi et cert⁹ sũ quia potens est depositũ meũ seruare in illũ diem. ps. De reliquo reposita est michi corona iusticie. Glĩa pa. Glĩa in ex. Orõ.

Deus q̃ multitudinẽ gentiũ bti pauli ap̃li p̃dicatiõe docuisti: da nob̃ q̃s vt cui⁹ natalicia colim⁹: ei⁹ apud te patrocinia sentiam⁹. P do. Meõ. scti iohãnis vt̃s. Nec fit alia mẽoria de ap̃lis.

Ad galathas. primo.

Fratres. Notũ vob̃ facio euangeliũ q̃d euãgelizatũ est a me: quia nõ est scd̃m hominẽ. Neqꝫ enĩ ego ab hoĩe accepi illud neqꝫ didici: sed p reuelationẽ iesu xp̃i. Audistis enĩ cõuersationẽ meã aliq̃n in iudaismo: q̃m supra modũ p̃sequebar ecc̃iam dei: ⁊ expugnabã illã. Et p̃ficiebã in iudaismo supra m̃ltos coetaneos meos in genere meo: abũdãtius emulator existẽs paternaꝝ meaꝝ traditionũ. Cũ autẽ placuit ei q̃ me segregauit: ex vtero matr̃ mee ⁊ vocauit p grãm suã: vt reuelaret filiũ suũ in me: vt euangelizarẽ illũ in gẽtib⁹: cõtinuo nõ acq̃eui carni et sanguini: neqꝫ veni hierosolymã ad antecessores meos ap̃los: sed abij in arabiã: ⁊ iteꝝ reuersus sũ damascũ. Deĩde post ãnos tres veni hierosolymã videre petrũ: et mãsi apd̃ eũ dieb⁹ quindeci. Aliũ aũt ap̃loꝝ vidi neminẽ: nisi iacobũ fratrẽ dñi. Que aũt scribo vobis: ecce corã deo: quia nõ mẽtior.

℟. Qui operatus est petro in apostolatũ operat⁹ est ⁊ michi inter gẽtes ⁊ cognouerũt gratiã dei q̃ data est michi. ℣. Grã dei in me vacua nõ fuit sed grã eius semper in me manet. Alła. ℣. Magnus sctũs paulus vas electiõis vere digne est glorificãdus. Prosa. Clare sanctoꝝ. In cõi fo. j. Scd̃m matheũ. xix.

In illo tpe. Dixit simon petrus ad iesũ. Ecce nos reliq̃mus oĩa et secuti sum⁹ te: q̃d ergo erit nob̃. Jesus aũt dixit eis Amẽ dico vobis: qꝛ vos q̃ secuti estis me ĩ regeneratiõe cũ sederit fili⁹ hoĩs in sede maiestatis sue: sedebitis et vos sup sedes duodeci iudicantes

duodecim trib⁹ isrl. Et ois q̃ reli-
q̃rit domũ/ vel fratres/ aut sorores
aut patrẽ/ aut matrẽ/ aut vxorem/
aut filios/ aut agros/ ꝓpter nomẽ
meũ: cẽtuplũ accipiet: et vitã eter-
nã possidebit. Credo. Offertoriũ
Michi aũt nimis honorati sũt amici tui
deus nimis cõfortat⁹ est principat⁹ eorũ.
Eccl'ie tue q̃s dñe Secreta.
preces et hostias apostolica
cõmẽdet oratio: vt qd̃ p illorũ gl'ia
celebram⁹: psit nobis ad veniam
P dñm. Prefatio. Te dñe. Cõio.
Amẽ dico vobis q̃ vos q̃ reliquistis oĩa
et secuti estis me cẽtuplũ accipietis et vi-
tam eternã possidebitis. Postcõio.
Perceptis dñe sacramentis
btis apl'is tuis interueniẽ-
tibus dep̃camur: vt que pro illorũ
celebrata sũt gloria: nobis pficiãt
ad medelã. P dñm. In octa.
scti iohãnis baptiste. Introitus.
De vẽtre matris mee voca-
uit me dñs nomie meo: et
posuit os meũ vt gladiũ
acutũ sub tegumẽto man⁹ sue p-
texit me: posuit me quasi sagittã
electã. Ps. Bonũ est cõfiteri dño: et psal-
lere noi tuo altissime. Gl'a pa. Gl'a i ex.
Deus q̃ psentẽ diẽ ho Orõ.
norabilẽ nobis in bti iohã-
nis baptiste natiuitate fecisti: da
pp'lis tuis sp̃ualiũ gr̃am gaudiorũ
et oim fideliũ mẽtes dirige/ in viã
salutis eterne. p. Leonorij epi mẽo.
Da q̃s oĩps de⁹: vt bti Orõ.
leonorij confessoris tui atq̃
põtificis venerãda solẽnitas: et de-
uotionẽ nob augeat et salutẽ. P.
De aplis mẽo. Ep'la. et R. All'a

Ad hono [vts i die. Prosa.
rẽ tuũ xp̃e recolat ecclesia.
Precursoris et baptiste tui natali-
cia. Laus est regis in p̃conis ipsi⁹
p̃conio. Quẽ virtutũ ditat donis
sublimat officio. Promittẽte ga-
briele seniori filiũ. Hesitauit et loq̃-
le pdidit officiũ. Puer nascit noue
legis noui regis p̃co tuba signifer
Vox p̃it verbũ paranimph⁹ spõsi
spõsum solis ortũ lucifer. Verbo
mater scp̃to pater nomẽ edit par-
uulo et soluta ligua muta patris
est a vinculo. Est celesti psignat⁹
iohãnes oraculo et ab ipo p̃mon-
strat⁹ vteri latibulo. Qd̃ etate p̃-
matura datur heres id figura qd̃
infecũda diu parens res pfunda.
Cõtra carnis quidẽ iura iohãnis
hec genitura talẽ gr̃a ptũ format
nõ natura. Aluo deũ v̓go claudit
clauso clausus hic applaudit de
vẽtris angustia. Agnũ mõstrat i
apto vox clamãtis in deserto vox
v̓bi p̃nũcia. Ardẽs fide v̓bo lucẽs
et ad verã lucẽ ducens multa do-
cet milia. Non lux iste sed lucerna
xp̃us vero lux eterna lux illustrãs
oĩa. Cilicina tect⁹ veste pellis cin-
ctus strophiũ. Cũ locustis mel sil-
uestre sũpsit in eduliũ. Attestãte si
bi xp̃o nõ surrexit maior isto nat⁹
de muliere. Sese xp̃us sic excepit q̃
de carne carnem cepit sine carnis
opere. Martyr dei licet rei simus
nec idonei tue laudi. Te laudãtes
et sperantes de tua clementia nos
exaudi. Tuo nobis in natale da
pmissũ gaudiũ. Nec nos minus
triũphale delectet martyriũ. Ve-

neramur ⁊ miramur in te tot mysteria. Per te frui xp̄s sui det nob̄ p̄sentia. Amē. Euāge. Elizabeth impletū est vt s. in die. Et dicitur. Credo. q̄cunq̄ die euenerit. Offr. Justus vt palma florebit sicut cedrus q̄ in libano est multiplicabit̄. Secreta.

Tua nos dn̄e muneribꝰ altaria cumulamꝰ: illiꝰ natiuitatē honore debito celebrātes/ q̄ saluatorē mūdi ⁊ cecinit affuturū et adesse monstrauit/ dn̄m nostrū iesum xp̄m filiū tuū. Qui tecum.

¶ De sctō leonorio. Secreta.

Hostias tibi dn̄e p cōmemoratione scti leonorij ꝯfessoris tui atq̄ pōtificis offerimꝰ suppliciter deprecātes: vt sicut illi prebuisti sacrā fidei claritatē: sic nob̄ indulgētiā largiaris ⁊ pacē. Per.

De apl̄is. Secreta. Prefatio. Te dn̄e suppliciter. Cōio. Tu puer propheta altissimi vocaberis p̄ibis eni ante faciē dn̄i parare vias eius. Postcōio.

Sumat eccl̄ia tua deꝰ bt̄i iohānis baptiste generatione leticiā: p quē sue regeneratiōis cognouit auctorē dn̄m nr̄m iesū xp̄z filiū tuū. Qui. Leonorij. Postc.

Presta q̄s om̄s deus: vt de perceptis muneribꝰ gr̄as exhibētes bn̄ficia potiora sumamꝰ. Per dn̄. De apl̄is. Postcō. ¶ Marcial' epi ⁊ ꝯfes. In eccl̄ia parisien. totū fit sicut de vno apl̄o cū orōibꝰ sequentibꝰ vt seq̄t. Introitꝰ Michi āt. Orō. Om̄s cū ceter. Epl̄a. Jā nō estis. R. Cōstitues. All'a. V. Nō vos. Prosa. Clare sctōꝝ. Euāge. Hoc est p̄ceptū. Credo. Offr. In omnem terrā. Prefatio de apl̄is. Te dn̄e. Cōio. Uos q̄ secuti. q̄re p̄dicta in cōi fo. i. ⁊ ij. Extra vero ecclesiā parisien. Introi.

Statuit ei dn̄s testamētū pacis: ⁊ pricipē fecit eū/ vt sit illi sacerdocij dignitas ineternū. Ps Mias dn̄i: ineternū cātabo. Gl'ia p̄ri. Oratio

Om̄ps sempiterne deꝰ q̄ bt̄m marcialē apl̄m tuū eccl'e scē p̄esse voluisti: q̄s nobis eiꝰ suffragātibꝰ meritis: pietatis tue gratiā largiaris. P. d. ¶ Mēo. processi ⁊ martiniani. Orō.

Deus q̄ nos sctōꝝ martyꝝ tuoꝝ processi ⁊ martiniani cōfessiōibꝰ gl'iosis circūdas ⁊ protegis: da nob̄ et eoꝝ imitatiōe p̄ficere: ⁊ itercessiōe gaudere. P. d. ¶ Memo. de apl̄is Epl̄a. Ecce sacer. In cōi fo. x. R. Ecce sacerdos magnꝰ q̄ in diebꝰ suis placuit deo. V. Nō est inuētus silis illi q̄ cōseruaret legem excelsi. All'a. V. Posui adiutoriū sup potētē ⁊ exaltaui electum de plebe mea. Prosa. Supne matris. In cōi fo. iiij. Euā. Sint lūbi. In cōi fo. xj. Offr. Ueritas mea et mia mea cū ipo ⁊ in noīe meo exaltabit̄ cornu eius. Secr.

Sacrificiū deuotiōis nr̄e q̄s dn̄e placatꝰ intende: ⁊ itercedēte beato marciale apl̄o tuo opē nobis mīe tue benignus impēde. P dn̄m. ¶ De sctis processo et martiniāo. Secre

Suscipe dn̄e p̄ces ⁊ mūera: q̄ vt tuo digna sint ꝯspectui sctoꝝ martyꝝ tuoꝝ p̄cibus adiuuemur P. d. Cōio. Bt̄us seruus quē cū venerit dn̄s iuenerit vigilātē amē dico vobis sup oia bona sua cōstituet eū. Postc.

Purificēt nos q̄s dn̄e sacramēta q̄ sūpsim⁹: & itercedēte btō marciale apl̄o tuo: p hec ad eterna gaudia puenire valeam⁹. P d. De sctis pcesso & martiniāo

Corpis sacri & p̄ciosi Postc. sanguis repleti libamine q̄sum⁹ dn̄e de⁹ noster: vt qđ pia deuotione gerim⁹: certa redēptione capiamus. Per dn̄m. Quarta die octauaꝝ apostoloꝝ. Introitus.

Salus aūt iustorū a dn̄o / et ptector eoꝝ est ĩ tpe tribulationis. ps. Noli emulari ĩ malignātib⁹ neq3 zelaueris faciētes iniquitatē. Gl̄ia pri. Gloria in excelsis.

Deus q̄ hodiernā diē Orō. apl̄orū tuorū petri et pauli martyrio cōsecrasti: da ecclesie tue eoꝝ in oībus sequi p̄ceptū p quos religiōis sūpsit exordiū. P. Ep̄la. Scim⁹ quoniā diligētib⁹. In cōi fo. j. R. Iustoꝝ anime in manu dei sūt et nōn tāget illos tormentū malitie. V. Visi sūt oculis insipientiū mori illi autē sunt in pace. Alla. V. Stabunt iusti in magna cōstātia aduersus eos q̄ se angustiauerūt. Nō dicit. Prosa. Euā. Attendite a fermēto. In cōi fo. ix. Credo. Offerto. Letamini in dn̄o et exultate iusti & gl̄iamini oēs recti corde.

Hostias domine Secreta. quas noī tuo sacrādas offerimus: apostolica psequat oratio p quā nos expiari tribuis & defendi. Per. d. Prefatio. Te domine. Cōio. Iustoꝝ anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentū malicie visi sunt oculis insipientiū mori illi autē sūt in pace. Postcōio.

Quos celesti domīe alimēto saciasti: apl̄icis intercessionib⁹ / ab omni aduersitate custodi P. d. ¶ Dn̄ica ĩfra octa. Introit⁹

Michi aūt nimis honorati sūt amici tui deus: nimis cōfortatus est pricipatus eorū. ps. Domine pbasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam / et resurrectionē meā. Gl̄ia patri. Oratio.

Deus q̄ hodiernā diē apostoloꝝ tuoꝝ petri & pauli martyrio cōsecrasti: da eccl̄ie tue eorū in oībus sequi preceptū: per quos religionis sumpsit exordiū. P. d. Epistola. Iam non estis. In cōi folio p̄mo. R. Nimis honorati sunt amici tui de⁹ nimis cōfortatus est principatus eoꝝ. V. Dinumerabo eos et sup arenam multiplicabunt. Alleluia. V. In omnē terrā exiuit sonus eoꝝ: et in fines orbis terre verba eoꝝ. Prosa. Roma petro. Quere post in die octauarū. Vel. Clare sctōꝝ. In cōi fo. primo. Euāgeliū. Hoc est p̄ceptū. In cōi fo. ij. Credo. Offꝝ. In oēm terram exiuit sonus eoꝝ & in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Hostias domīe quas nomini tuo sacrādas offerimus apostolica psequat oratio: p quē nos expiari tribuis & defēdi. P. d. Prefatio de apostolis. Te domīe Cōio. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus [israel. Postcō

Quos celesti domine alimento sacrasti: apostolicis ĩtercessionib⁹ / ab omi aduersitate custodi. P do. ¶ In trāslatiōe scti martini. Introit⁹.

STatuit ei dñs testamẽtũ
pacis: ⁊ pricipẽ fecit eũ/ vt
sit illi sacerdotij dignitas
ineternũ. ps. Misericordias dñi: ieter
nũ cãtabo. Glia pa. Gloria in excel.
DEus q̇ pplo tuo eter Orõ.
ne salutis btm̃ martinum
ministrũ tribuisti: p̃sta q̃s: vt quẽ
doctorẽ vite habuim⁹ in terris: in=
tercessorẽ semp habere mereamur
in celis. Per dñm. ¶ Memoria de
aplis. Epla. Ecce sacer. In cõi co.
x. R. Jurauit dñs ⁊ nõ penitebit eũ tu
es sacerdos ineternũ scd̃m ordinẽ melchi
sedech. V. Dixit dñs domino meo sede a
dextris meis. Alleluia. V. Just⁹ ger=
minabit sicut liliũ et florebit ineternum
ante dominum. Prosa.
CHristo inclita candida nr̃a
canunt melodia agmina.
Laudes oĩbus dantia sctis p hec
sacrata festalia. Mariã p̃mã vox
sonet nr̃a p quã nob sũt vite data
p̃mia. Regina q̃ es mater et casta
terge nr̃a p filiũ facinora. Ange=
loꝝ cõcio sacra ⁊ archãgeloꝝ tur=
ma valida. Nostra diluãt iã pctã
p̃stando supnam celi gliam. Tu
ppheta preco lucerna atq₃ plusq̃
ppheta. In lucida nos pone via
emũdãs nr̃a corpa. Aplorũ prin=
ceps oĩm et cuncta simul caterua.
Jã corrobora vera q̃s in doctrina
pleb pectora. Stephane gliose ru
tilãs in corona sctorũq₃ martyrũ
turma valida. Fortia date corda
corpa eque firma nr̃a vt hostẽ vin
cant rite spicula. Martine inclyte
presulũ oĩs caterua. Suscipe nũc
pia hec nr̃a clemẽs p̃cata. Regina
vginũ p̃maxima tu mater es in=
corrupta vgo ⁊ grauida. Sacra=
ta dño ⁊ castitas nr̃as serua aĩas
mũdaq₃ corpa. Electoꝝ veneran=
da suffragia. Oĩmq₃ sctorũ contu
bernia. Per p̃cata assidua nr̃a gu
bernẽt tẽpora. Nosq₃ ducãt ad su=
pna poloꝝ vera gaudia. Subiũ=
gant piũ agmina. Amẽ redẽpta.
Euange. Sint lũbi. In cõi co. xj.
Credo. Offer. Ueritas mea et mia
mea cũ ipo ⁊ in noĩe meo exaltabit cornu
OMnĩps sempiter [eius. Secr.
ne de⁹ munera tue maiestati
oblata: p itercessionẽ bti martini
ↄfessoris tui atq₃ põtificis/ ad ppe=
tuã nobis fac pficere salutẽ. P.
Prefatio de aplis. Cõio. Btũs ser=
uus quẽ cũ venerit domin⁹ inuenerit vi=
gilantẽ amen dico vobis sup omnia bo=
na sua cõstituet eum. Postcõio.
SAcramẽta salutis nr̃e susci=
piẽtes: cõcede q̃s oĩps de⁹ vt
bti martini cõfessoris tui atq₃ põ=
tificis nos vbiq₃ oratio adiuuet: i
cui⁹ veneratiõe/ hec tue obtulim⁹
maiestati. P dominũ. Sexta die
octauarũ. Introitus.
IUdicãt sancti gẽtes et do=
minant populis: ⁊ regna
bit domin⁹ deus illorũ in
perpetuũ. ps. Exurgat deus ⁊ dissipẽ
tur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderũt eũ
a facie eius. Gloria pri. Glia in excel.
DEus qui hodiernã Orõ.
diẽ apostoloꝝ tuoꝝ petri ⁊
pauli martyrio ↄsecrasti: da eccle=
sie tue eorũ in oĩbus sequi p̃ceptũ
p quos religiõis sumpsit exordiũ.
P. Epla. Bñdict⁹ deus et pa. In

cōi fo. vi. ℟. Exultabūt scti in gloꝛia letabunt in cubilibus suis. ℣. Cantate dño canticū nouū laus eiꝰ in eccl'ia sctoꝝ. Alla. ℣. Sancti tui dñe benedicent te gloꝛiā regni tui dicēt. Euāg. Sedēte iesu. In cōi fol viij. Credo. Offꝛ. Gl'iabunt in te oēs q̇ diligunt nomē tuū qm̄ tu benedices iusto dñe vt scuto bone volūtatis tue coꝛonasti nos. Secreta.

Hostias dñe quas noī tuo sacrandas offerimꝰ / apl'ica ꝓsequat oꝛatio: ꝑ quā nos expiari tribuis / ⁊ defendi. P. Prefatio. Te dñe. Cōio. Aīma nr̄a sicut passer erepta est de laqueo venātiū. Postcō.

Quos celesti dñe alimēto saciasti: apl'icis ītercessiōibꝰ / ab oī aduersitate custodi. P dñm

In octa. apostoloꝝ. Introitꝰ.

Sapientiā sanctoꝝ narrāt ppl'i / ⁊ laudē eoꝝ nunciat eccl'ia: noīa aūt eoꝝ viuēt in seculū seculi. ps. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Gloꝛia patri. Gl'ia in excelsis. Oꝛatio.

Deus cuiꝰ dextera beatū petrū ambulantē in fluctibꝰ ne mergeret erexit: et coapostolū eius paulū: tertio naufragātē de ꝓfundo pelagi liberauit: exaudi nos propiciꝰ: ⁊ cōcede: vt amboꝝ meritis eternitatis gl'iam ꝯsequamur. Qui viuis. Lectio ep'le bti pauli apl'i. Ad galathas. ij.

Fratres: Deus ꝑsonā hoīs nō accipit. Michi eni q̇ videbātur esse aliq̇d: nichil ꝯtulerūt Sed ecōtra cū vidissent ꝙ creditū est michi euāgeliū prepucij / sicut ⁊ petro circūcisiōis: q̇ eni operatꝰ est petro in apostolatū circūcisionis: operatꝰ est et michi inter gētes: et cū cognouissent gratiā q̄ data est michi: iacobꝰ ⁊ cephas ⁊ iohānes q̇ videbantur colūne esse: dextras dederūt michi / ⁊ barnabe societatis: vt nos in gētes: ipi aūt in circumcisionē tātū: vt pauperū memoꝛes essemꝰ. Quod etiā sollicitꝰ fui: hoc ipsum facere. In xp̄o iesu dño nr̄o. ℟. Justoꝝ aīe in manu dei sūt et nō tanget eos toꝛmētū malicie. ℣. Visi sūt oculis insipientiū moꝛi illi autē sūt in pace. Alla. ℣. Isti sūt due oliue et duo candelabꝛa lucētia ante dñm habent potestatē claudere celū nubibus et aperire poꝛtas eius quia lingue coꝝ claues celi facte sunt. Prosa.

Roma petro gl'ietur roma paulū veneret pari reuerētia. Immo tota iocūdet et iocundis occupet laudibus ecclesia. Hi sūt eius fundamenta fundatoꝛes fulcimenta bases epistilia. Idē saga qui coꝛtine pelles tēpli iacinctine ciphi spere lilia. Hi sunt nubes choꝛuscātes terrā coꝛdis irrigātes nūc roꝛe nūc pluuia. Hi preconꝛes noue legis ⁊ ductoꝛes noui gregis ad xp̄i presepia. Laboꝛū socij triturāt areā in spe denarij colentes vineā. His ventilantibꝰ secedit palea nouisq; frugibꝰ īplent hoꝛrea. Ipi mōtes appellant ipi pꝛius illustrātur veri solis lumine. Mira virtus est eoꝝ firmamēti vel celorū designant noīe. Fugā moꝛbis imperāt leges moꝛtis superāt effugant demonia. Delent idolatriā reis donāt veniā miseris solacia.

Laus cōmunis est amboꝝ cū sint tamē singuloꝝ dignitates ꝓprie. Petrꝰ preit pricipatu paulꝰ pollet magistratu totiꝰ eccl'ie. Principatus vni datur vnitasq; cōmendat fidei catholice. Vnꝰ cortex est granoꝝ sed ⁊ vna vis multoꝝ sub eodē cortice. Romā cōuenerāt salutis nūcij vbi plus nouerāt inesse vicij nichil discipline. Insistūt vicijs fideles medici vite remedijs obstāt frenetici fatui doctrine. Facta xp̄i mentiōe simō magꝰ cū nerone cōturbat hoc sermōe nec cedūt apostolis. Lāguor cedit mors obedit magꝰ crepat roma credit ⁊ ad vitā mūdꝰ redit reprobatis idolis. Nero fremit scleratꝰ magi morte desolatꝰ cuius error ei gratꝰ graue p̄cipiciū. Bellatores p̄electi non a fide possūt flecti sed in pugna stāt erecti nec formidāt gladiū. Petrꝰ heres vere lucis fert iuersus penā crucis paulꝰ ictū pugionis nec diuerse passiōis sūt diuersa premia. Patres sume dignitatis sumo regi cōregnatis vincula nr̄e prauitatis soluat vestre potestatis efficax sentētia. Amē. Scdm mathe. xiiij

In illo tp̄e. Jussit iesus discipulos suos ascēdere i nauiculā: et p̄cedere eū trāsfretū donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascēdit i mōtē solꝰ orare. Vespe aūt facto: solꝰ erat ibi. Nauicula autē in medio mari: iactabat fluctibus. Erat enī cōtrariꝰ ventus. Quarta autē vigilia noctis venit ad eos: ambulās supra mare. Et vidētes eū supra mare ambulātē turbati sūt dicentes: q2 fantasma est. Et p̄ timore clamauerūt. Statimq; iesus locutꝰ est eis dicēs. Habete fiduciā. Ego sū: nolite timere Respōdēs autē petrꝰ dixit. Dn̄e si tu es: iube me ad te venire sup aq̄s At ip̄e ait. Veni. Et descendēs petrus de nauicula: ābulabat super aquā/ vt veniret ad iesum. Vidēs vero ventū validū timuit. Et cū cepisset mergi: clamauit dicens. Dn̄e saluū me fac Et ꝯtinuo iesus extendēs manū app̄hēdit eū: ⁊ ait illi. Modice fidei: quare dubitasti Et cū ascēdisset in nauiculā: cessauit ventus. Qui aūt in nauicula erāt: venerūt/ et adorauerūt eū dicentes: vere filius dei es. Credo.

Offertoriū. Exultabunt scti in gloria letabunt in cubilibꝰ suis exultatiōes dei in faucibus eorū. Secreta.

Offerimꝰ tibi dn̄e p̄ces ⁊ munera: q̄ vt tuo digna sint ꝯspectui ap'loꝝ tuoꝝ p̄cibꝰ/ q̄s adiuuemur p dn̄m. Prefatio. Te dn̄e. Cōio.

Justoꝝ anime in manu dei sūt ⁊ nō tanget illos tormētū malitie visi sūt oculis insipientium mori illi autē sunt in pace.

Protege dn̄e pp'lm Postc. tuū/ ⁊ apostolorū tuorū petri ⁊ pauli patrocinio cōfidētem: perpetua defensione cōserua. Per dn̄m.

¶ In translatione sancti thome martyris. Introitus.

Letabitur iustus in dn̄o ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabūtur omnes recti corde. Ps. Exaudi deus orōnē meā cum depcor: a timore inimici eripe animā meā. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui nobis translationem beati thome martyris tui atque pontificis celebrare concedis: te supplices exoramus: vt eius meritis et precibus a vicijs ad virtutes: et a carcere transferamur ad regnum. Per dominum. Epistola. Beatus vir qui in sa. in com. fo. iij. in fine. R. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alleluia. V. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. Prosa.

Gaude syon et letare voce voto iocundare solenni leticia. Tu thomas trucidatur: pro te xpe imolatur: salutaris hostia. Archipresul et legatus nullo tamen est elatus honoris fastigio. Dispensator summi regis pro tutela sui gregis trusus est exilio Zelo certans pastorali ense cinctus spiritali triumphare meruit. Hic pro dei sui lege et pro suo mori grege decertare studuit. Tunc rectore desolatam et pastore viduatam se plangebat cantua. Versa vice plausu miro exultauit tanto viro senonensis gallia. Quo absente infirmatur: infirmata conculcatur libertas ecclesie. Sic nos pastor reliquisti nec a vero recessisti tramite iusticie. Quondam cetu curiali primus eras et regali militans palatio. Plebis aura fauorali et vt mos est tpali plaudebas preconio. Consequenter es mutatus presulatu sublimatus nouus homo reparatus felici commercio Ex aduerso ascendisti et te murum obiecisti caput tuum obtulisti xpi sacrificio. Carnis tue morte spreta triumphatur es athleta palma tibi datur leta quod testantur insueta miranda miracula. Cleri gemma clare thoma motus carnis nostre doma precum efficacia. Vt in xpo vera vite radicati vere vite capiamus premia. Euangelium. Nisi granum. in com. fo. iiij. in fine. Offertorium. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum domine.

Secre. Deus qui panem et vinum in corpus tuum et sanguinem celesti benedictione conuertis: concede propicius vt ad tuam misericordiam reuertentes tuo beneplacito conformemur. Per dominum. Communio. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me.

Postcommunio. Deus qui beatum thomam martyrem tuum atque pontificem a supplicijs ad gaudia transtulisti: tribue quesumus: vt qui translationem eius veneramur in terris: per eius patrocinium ad celestia transferamur. Per dominum.

Claudij. nichostrati. simphoriani. et victorici martyrum. Oratio.

Deus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum claudij nichostrati simphoriani et victorici natalicia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per.

Secre. Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus: que et pro tuorum tibi grata sunt honore sanctorum: et nobis salutaria te miserante reddantur. Per.

Post communio. Presta nobis quesumus domine intercedentibus sanctis tuis claudio nichostrato simphoriano et victorico: vt quod ore contigimus pura mente capiamus. Per.

Nummij confessoris. Oratio. Da quesumus omnipotens deus. vt beati nummij confessoris tui

venerāda solēnitas: et deuotionē nobis augeat ⁊ salutē. P. Secre.

H Ostias tibi dñe p cōmemoratiōe sancti nūmij cōfessoris tui offerim⁹ suppliciter depcātes: vt sicut illi pbuisti sacrā fidei claritatē: sic nobis indulgētiā largiaris ⁊ pacē. P. Post cōmunio.

P Resta q̄s oēs de⁹: vt de pceptis mūerib⁹ grās exhibētes: bñficia potiora sumam⁹. P d.

¶ Theobaldi ɔfessoris. Introit⁹.



S iusti meditabit sapiētiam ⁊ ligua ei⁹ loquet iudiciū: lex dei ei⁹ i corde ipi⁹ p̄ Noli emulari i malignātib⁹: neq₃ zelaueris faciētes iniq̄tatē. Glia pri. Glia i ex

D Eus q̄ nob egregij Orō. cōfessoris tui theobaldi natalicia celebrare concedis: fac nos q̄s: ei⁹ semp meritis ⁊ pcib⁹ muniri: cui⁹ deuote vite agonia tribuisti gliari. P d. ¶ zenonis mar. orō.

P Resta q̄s oēs de⁹: vt q̄ bti zenonis martyris tui natalicia colim⁹: intercessione ei⁹ in tui nōis amore roboremur. P. Epl'a Justus cor suū. In cōi. fo. iij. R.

Dñe puenisti eū in bñdictiōib⁹ dulcedis posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide pciōso. V. Vitā petijt ⁊ tribuisti ei lōgitudinē dierū in sclm sclī. Alla. V. Justus germiabit sicut liliū ⁊ florebit in eternū ante dñm. Prosa. Supne mris. In cōi. fo. iiij. Euāg. Sit lūbi. in cōi fo. xj. Offr. Desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei dñe ⁊ volūtate labiorū ei⁹ nō fraudasti eū: posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide pcioso.

H Oc dñe q̄s Secr. futuri sacramēti mun⁹ intercedēte btō ɔfessore tuo theobaldo tue maiestatis sctificet obtētu: ⁊ eterne nos vite cōciliet. P dñm.

M ¶ De sctō zenone Secreta Unerib⁹ nr̄is q̄s dñe precibusq₃ susceptis: ⁊ celestib⁹ nos mūda mysterijs/ ⁊ clemēter exaudi. p. Cōio. Fidel' seru⁹ ⁊ prudēs quē cōstituit dñs sup familiā suā vt det illi i tpe tritici mēsurā.

D Iuini Postcō. q̄s dñe munere sacramēti intercedēte sacratissimo ɔfessore tuo theobaldo: et a pctōr vetustate emacules: ⁊ ad celestis cōuiuij mēsam inuites. P d. ¶ De s. zenone.

D A q̄s domine deus nr̄: vt sicut cōmemoratiōe martyris tui zenonis tpali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. P d. ¶ Septē fratr. Introi.

Audate pueri dñm laudate nomē dñi q̄ habitare facit sterilē in domo: matrē filiorū letātē. ps. Sit nomē dñi bñdictū ex hoc nūc ⁊ vsq₃ in sclm. Glia. Orō

P Resta q̄s oēs de⁹: vt q̄ gliosos martyres tuos felicem philippū. vitalē marcialē. alexandrū. siluanū. ⁊ ianuariū. fortes in sua ɔfessiōe cognouim⁹: pios apd te i nr̄a intercessiōe sentiam⁹. P d Epl'a. Hi sūt viri mi. in cōi fo. vj. R. Anima nr̄a sicut passer erepta est de laqueo venātiū. V Laqueus cōtrit⁹ est ⁊ nos liberati sum⁹: adiutoriū nr̄m i noie dñi qui fecit celū ⁊ terrā. Alla. V. Laudate pueri dñm laudate nomē dñi.

I Secundū Mattheum. xij. N illo tpe. Loq̄nte iesu ad turbas: ecce mater eius ⁊ frēs sta-

bāt foris/ querētes loqui ei. Dixit aūt ei q̇dā. Ecce mater tua: ⁊ frēs tui foris stāt q̄rentes te. At ille respondēs dicēti sibi ait. Que est mr̄ mea: ⁊ q̇ sūt fratres mei? Et extendens manū in discipulos suos dixit. Ecce mater mea ⁊ fratres mei Quicūq; eni fecerit volūtatē pr̄is mei q̇ in celis est: ipse me⁹ frater/ et soror/ et mater est. **Offertoriū.** Aīa nr̄a sicut passer erepta est de laq̄o venātiū laque⁹ cōtrit⁹ est ⁊ nos liberati sum⁹

Secre. Sacrificijs p̄sentib⁹ dn̄e q̄s intēde placat⁹: et intercedētib⁹ scīs martyrib⁹ tuis deuotiōi nr̄e p̄ficiāt et saluti. P do. **Cōio.** Quicūq; fecerit volūtatē patris mei qui in celis est ipse me⁹ frater et soror et mater est dicit dn̄s. **Postcōio.** Quesum⁹ op̄s deus: vt illi⁹ salutaris capiam⁹ effectū: cuius p hec mysteria pignus accepimus. P dn̄m.

In trāslatiōe sancti benedicti. Introitus.

Os iusti meditabit sapientiā ⁊ līgua ei⁹ loquet iudiciū: lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹ **Ps.** Noli emulari in malignantib⁹ neq; zelaueris faciētes iniq̄tatē. Gl̄a pa. Gl̄a in excel. **Orō.** Intercessio nos q̄s dn̄e bt̄i benedicti abbatis ꝯmēdet: vt qd̄ nr̄is meritis nō valem⁹/ eius patrocinio asseq̄mur. P do. **Ep̄la.** Dedit dn̄s cō. **In cōi fol. x. R.** Os iusti meditabit sapiētiā et lingua ei⁹ loquet iudiciū. **V.** Lex dei ei⁹ in corde ip̄ius/ ⁊ nō supplātabunt gressus ei⁹. **Alla. V.** Iust⁹ germinabit sicut liliū et florebit ineternū ante dn̄m. **Prosa.** Supne matris. **In cōi folio iiij. Euāg.** Nemo accēdit **In cōi fo. xj. Offr.** Desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei dn̄e ⁊ volūtate labior ei⁹ non fraudasti eū posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. **Secreta.** Sacris altarib⁹ dn̄e hostias suppositas/ sctūs bn̄dictus abbas in salutē nobis p̄uenire deposcat. P. **Cōio.** Fidelis seruus ⁊ prudens quē constituit dn̄s sup familiā suā vt det illi in tp̄e tritici mēsurā. **Postcō.** Protegat nos dn̄e cū tui p̄ceptiōe sacramēti sctūs benedict⁹ abbas p nob intercedēdo vt ꝯuersatiōis ei⁹ experiamur insignia/ ⁊ intercessiōis eius p̄cipiamus suffragia. P.

Turiaui ep̄i et confessoris. Introitus.

Statuit ei dn̄s testamētū pacis: ⁊ p̄ricipē fecit eū/ vt sit illi sacerdotij dignitas ineternū. **Ps.** Mias dn̄i ineternū cātabo. Gl̄a p̄ri. Gl̄a in excel. **Oratio.** Exaudi dn̄e p̄ces nr̄as quas in scti turiaui cōfessoris tui atq; pōtificis solēnitate deferim⁹: vt q̇ tibi digne meruit famulari: eius intercedētib⁹ meritis/ ab oīb⁹ nos absoluas pctīs. Per. **Ep̄la.** Ecce sacerdos. **In cōi. folio. x. R.** Ecce sacerdos magn⁹ q̇ in dieb⁹ suis placuit deo. **V.** Nō est inuētus silis illi q̇ cōseruaret legē excelsi. **Alla. V.** Inueni dauid seruū meū oleo sctō meo vnxi eū. **Prosa.** Turiaue iclyte. **In cōi fo. x. Euāgeliū.** Vigilate q2 nescitis **In cōi folio xj. Offr.** Inueni dauid seruū meum et in oleo sancto vnxi eum: man⁹ eni mea auxiliabit ei ⁊ brachium meum confortabit eum. **Secreta.**

PRopiciare dn̄e supplicationibus nostris: ⁊ intercedēte ꝓ nobis sctō turiauo confessore tuo atq̧ pōtifice his sacramentis celestibꝰ seruientes ab omni culpa liberos esse concede: vt purificatē nos tua gr̄a/ hisdē quibꝰ famulamur mysterijs emūdemur. P do. Cōio. Fidelis seruus ⁊ prudens quem cōstituit dn̄s super familiā suā vt det illi in tēpore tritici mensurā. Postcōio.

VT nobis domīe tua sacrificia dent salutē: beatꝰ turiauus cōfessor tuꝰ atq̧ pōtifex q̄s ꝓcator accedat. P. ¶ Arnulphi ep̄i et martyris. Introitus.

LEtabitur iustus in dn̄o et sperabit in eo: ⁊ laudabūtur oēs recti corde. ps. Exaudi deus orōnē meā cū deprecor: a timore inimici eripe aīam meā. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio.

PResta q̄s ōps deꝰ: vt intercedēte btō arnulpho martyre tuo atq̧ pōtifice ⁊ a cūctis aduersitatibus liberemur in corpe ⁊ a prauis cogitatiōibꝰ mundemur in mēte. P d. Ep̄la. Btūs vir qui inuentus. In cōi fo. iij. R̄. Justus vt palma florebit sicut cedrꝰ libani multiplicabit in domo dn̄i. V̄. Ad annūciādum mane miam tuā ⁊ veritatē tuā per noctem. Alla. Gl̄ia ⁊ honore coronasti eū dn̄e. Prosa. Hic sctūs cuius. In cōi fo. iiij. Euāg. Nisi granū fru. In cōi fo. iiij. Offr. In virtute tua dn̄e letabit iustus ⁊ sup salutare tuū exultabit vehemēter desideriū aīe eius tribuisti ei. Secreta.

HOstias tibi dn̄e arnulphi martyris tui atq̧ pōtificis dicatas meritis benignꝰ assume: ⁊ ad ꝑpetuū nobis tribue ꝑuenire subsidiū. Per. Cōio. Qui michi ministrat me sequat et vbi ego sum illic ⁊ minister meus erit. Postcō.

REfecti ꝑticipatiōe mūeris sacri q̄s dn̄e deꝰ nr̄: vt cuius exeq̄mur cultū/ sentiamꝰ effectū. P. ¶ Margarete virginis et martyris. Introitus.



LOq̄bar de testimonijs tuis in cōspectu regū ⁊ nō cōfundebar: ⁊ meditabar in mādatis tuis q̄ dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via: q̄ ambulāt in lege dn̄i. Gl̄ia pr̄i. Orō. Exaudi nos. cū ceteris vt in cōi fo. xij. Alia orō.

DEus qui btām margaretā vginē hodierna die ꝑ martyrij palmā celestē fecisti cōscēdere gl̄iam: cōcede nobis q̄s vt eius exempla sequētes/ ad te ꝑuenire mereamur. P Ep̄la. Qui gloriatur In cōi fo. xij. R̄. Specie tua et pulchritudine tua intēde ꝓspere ꝓcede et regna. V̄. Propter veritatē ⁊ māsuetudinem et iusticiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V̄. Virgo martyr margareta fidei fortis athleta mūda mēte morte spreta celo quo nūc gaudes leta vita nr̄a sit cōpleta. Euā. Simile est regnū celorū thesau. In cōi fo. xij. in fine. Offertoriū. Offerentur regi virgines post eā ꝓxime eiꝰ offerent tibi in leticia ⁊ exultatiōe adducent in tēplum regi domino. Secreta.

HEc victima dn̄e q̄s pro btē virgis ⁊ martyris tue mar-

garete martyrio oblata: et mētiū nobis sctitatē/ꝛ corporū obtineat sanitatē. P. Cōio. Simile est regnū celorꝫ hoi negociatori q̄renti bonas margaritas inuēta vna preciosa margarita dedit oīa sua ꝛ cōparauit eam.

Huius dn̄e perce Postcōio. ptiōe sacramēti et btē margarete virginis ꝛ martyris tue intercessiōe: ꝛ tu in nobis manere dignare: ꝛ nos in te vicissim manere ꝯcede. P. Victoris martyris

In virtute tua Introit⁹. dn̄e letabit iustus ꝛ sup salutare tuū exultabit vehemēter: desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei ps. Et voluntate labiorꝫ eius: non fraudasti eū. Glīa in excelsis. Orō.

Deus qui btm̄ victorē martyrem tuū ꝯtra hostis antiqui seuiciā dimicantē angelica visitatione cōfortasti: ei⁹ intercedētibus meritis ab om̄i nos absolue pctōꝝ vinculo: et in eterna leticia fac gaudere cū illo. P do. Praxedis v̄ginis. Orō.

Presta q̄s dn̄e mētibus n̄ris cū exultatiōe ꝓuentū: vt btē praxedis virginis tue: cui⁹ diē annua deuotione recolim⁹ fidei cōstantiā subsequamur. P d. Epl̄a. Btūs vir qui inuēt⁹. In cōi. fo. iij. R. Posuisti dn̄e sup caput ei⁹ coronā de lapide precioso. V. Desideriū aīe eius tribuisti ei ꝛ volūtate labiorꝫ ei⁹ non fraudasti eum. All̄a. V. Posuisti dn̄e sup caput ei⁹ coronā de lapide precioso. Prosa. Supne ma. In cōi fo. iiij. Euāge. Nisi granū fru. In cōi. fo. iiij. in fine. Offr. In virtute tua dn̄e letabit iust⁹ ꝛ sup salutare tuū exultabit vehemēter desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei. Secreta.

Oblationē famulorꝫ tuorꝫ suscipe oīs deus: quā tibi suppliciter deferim⁹ i honorē et venerationem beatissimi martyris tui victoris: vt q̄ tibi semetipm̄ obtulit hostiā laudis in odorē suauitatis: ei⁹ precib⁹ vniri mereamur filio tuo dn̄o n̄ro. Qui te. De sctā Praxede. Secreta.

Preces q̄s dn̄e ꝑpiciat⁹ admitte: ꝛ dicādū tibi sacrificiū btā praxedis virgo cōmēdet. P do. Cōio Posuisti domine in capite ei⁹ coronā de lapide precioso. Postcōio.

Diuina sumētes sacramēta clemētiā tuam imploram⁹ oīs de⁹: vt intercedēte btō victore martyre tuo q̄ ore ꝯtigimus puro corde capiam⁹. P d. De scā praxede. Postcōio.

Sancte praxedis virginis tue precibus cōfidētes q̄s dn̄e: vt p ea q̄ sumpsimus eterna remedia capiam⁹. P

Marie magdalene. Introitus



Gaudeam⁹ omnes i dn̄o diē festū celebrantes sub honore marie magdalene: de cui⁹ solēnitate gaudent angeli et collaudāt filium dei. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea regi. Glīa pa. Glīa in excel. Orō.

Largire nobis clemētissime pater q sicut beata maria magdalene dn̄m nostrū iesū xp̄m sup oīa diligēdo suorꝫ obtinuit veniam peccaminū: ita nobis apud

tuã miam sempiternã ĩpetret beatitudinẽ. P d. ¶ Uuadregisilli abbat. Oro

INtercessio nos quesumus dñe btĩ vuadregisilli abbatis cõmendet: vt qd nrĩs meritis nõ valemus/ei9 patrocinio assequamur. P. Epła. Mulierẽ fortẽ. In cõi. fo. xij. R. Propter veritatem & mansuetudinẽ & iusticiã & deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide & inclina aurẽ tuam q2 cõcupiuit rex speciẽ tuã. Alła. V. Surrexit dñs et occurrẽs mulierib9 ait aucte tũc accesserũt & tenuerũt pedes eius. Prosa.

MAne pma sabbati surgẽs dei fili9 nr̃a spes et gloria. Victo rege sceleris rediit ab inferis cũ summa victoria. Cui9 resurrectio omni plena gaudio consolat oĩa. Resurgẽtis itaq maria magdalene facta ẽ preñũcia. Ferẽs xpi fratrib9 eius morte tristib9 expectata gaudia. O btĩ oculi quib9 regẽ seculi morte iã deposita prima est intuita. Hec est illa femina cui9 cuncta crimina ad xpi vestigia ei9 lauit gratia. Que dũ plorat et mẽs orat facto clamat qd cor amat iesũ sup oĩa. Non ignorat quẽ a do rat qd precet sed delet qd mens timet conscia. O maria mater pia stella maris appellaris operũ p merita. Matri xpi coequata dũ fuisti sic vocata sed honore subdita. Illa mũdi imperatrix ista beata peccatrix leticie primordia fuderũt in ecclia. Illa eni fuit porta per quã fuit lux exorta. Hec resurgẽtis nũcia mũdũ replet leticia. Versus sequens ter dicit. O maria magdalena audi vota laude plena apud xpm chorũ istũ clementer cõcilia. Ut fons summe pietatis qui te lauit a pctis seruos suos atq tuos mundet data venia. Hoc det eius gratia qui regnat per oĩa. Amen

Secundũ Johannem. xx.

IN illo tẽpe. Maria stabat ad monumẽtũ foris plorãs Dũ ergo fleret/inclinauit se: & prospexit in monumẽtũ. Et vidit duos angelos in albis sedẽtes: vnũ ad caput/et vnũ ad pedes: vbi positũ fuerat corpus iesu. Dicũt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerũt dñm meũ: et nescio vbi posuerũt eũ. Hec cũ dixisset: cõuersa est retrorsum. Et vidit iesũ stantem: & nõ sciebat: q2 iesus est. Dicit ei iesus. Mulier qd ploras? Quẽ queris? Illa existimãs q2 ortolanus esset: dicit ei. Dñe si tu sustulisti eum: dicito michi/ vbi posuisti eũ: & ego eũ tollã. Dicit ei iesus. Maria. Cõuersa illa: dicit ei Rabboni: qd dicit magister. Dicit ei iesus. Noli me tãgere. Non dũ eni ascendi: ad patrẽ meũ. Uade aũt ad fratres meos: et dic eis. Ascẽdo ad patrẽ meũ/ & patrẽ vestrũ: deũ meũ/ & deũ vestrũ. Uenit maria magdalene annũciãs discipulis/ q2 vidi dñm: & hec dixit michi. Credo. Offer. Angelus dñi descẽdit de celo & dixit mulierib9 quẽ queritis surrexit sicut dixit alła. Secreta.

HAnc igit oblationis hostiã terribilis & piissime de9 btã maria magdalene suarũ precũ cumulet incrementis: et ad remediũ

nobis prouenire deposcat. P do.

¶ De sctō vuādregisillo. Secreta

SAcris altarib⁹ dn̄e hostias suppositas sctūs vuādregisillus abbas: in salutē nobis puenire deposcat. P d. Prefatio cōis

Cōio. Diffusa est grā in labijs tuis propterea bn̄dixit te de⁹ in eternū. Postcō.

SAnctificet nos q̄s domīe et muniat intercedēte btā maria magdalene diuini muneris sacra libatio: et celestiū virtutū coheredes efficiat. P. ¶ De scō vuādregisillo. Postcōio

PRotegat nos dn̄e cū tui perceptione sacramēti beatus vuādregisillus abbas p nobis intercedēdo: vt cōuersationis eius experiamur insignia: et intercessiōis ei⁹ pcipiam⁹ suffragia. P do. ¶ Appolinaris mar. Introit⁹.

SAcerdotes dei bn̄dicite dn̄m: sctī et humiles corde laudate deū. ps. Bn̄dicite oīa opa dn̄i dn̄o: laudate et superaltate eū in scl'a. Oratio.

BEati appolinaris martyris tui atq₃ pōtificis nos domine tuere presidijs: vt cuius festiuitatē annua deuotiōe recolimus eius intercessionib⁹ ab oībus aduersitatibus liberemur. P. Epl'a Doctrines varijs. In cōi. fo. iij.

R. Inueni dauid seruū meum oleo scō meo vnxi eū: manus eni mea auxiliabit ei et brachiū meū ɔfortauit eū. V. Nichil pficiet inimicus in eo et fili⁹ iniquitatis nō nocebit eū. Alla. V. Iustus germinabit sicut liliū et florebit in eternū ante dn̄m. Euāgel. Facta est cōtentio. In cōi. fo. ii. Offr. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MUnera dn̄e oblata sctifica et intercedēte beato appolinare martyre tuo atq₃ pōtifice per hec cōtra oīa aduersa muniamur P do. Cōio. Semel iuraui in sancto meo semen eius in eternū manebit et sedes ei⁹ sicut sol in ɔspectu meo et sicut luna pfecta in eternū et testis in celo fidelis Postcōio.

SUmptis sacramētis q̄s dn̄e vt intercedente btō appolinare martyre tuo atq₃ pontifice ad redēptionis eterne proficiamus augmentū. P dn̄m.

¶ In vigilia beati iacobi apostoli. Si dn̄ica fuerit fiet tm̄ mēoria Si die priuato. Introitus.

EGo autē sicut oliua fructificaui ī domo dn̄i: speraui in misericordia dei mei/ et expectabo nomen tuū qm̄ bonū ē ante ɔspectū sctōꝝ tuoꝝ. ps. Quid gl'iaris in malicia: qui potēs es in iniq̄tate. Gl'a. Non dr Gl'ia in ex. Orō.

COncede q̄s ops deus vētură beati iacobi apl'i tui solēnitatē cōgruo preuenire honore: et venientē digna celebrare deuotione. P. ¶ Mēoria christine v̄ginis et mar. Orō

EXaudi nos deus salutaris nr̄: vt sicut de beate christine virginis et martyris tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu P. Epl'a. Bn̄dictio. In cōi. fo. j.

R. Iust⁹ vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dn̄i. V. Ad annūciandū mane miam tuā et veritatē tuā per noctē. Euāgel. Ego sū

vitis. In cõi. fo. j. Non dicit Credo. Offert. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarũ domine. Secreta.

Accepta sit tibi dñe nr̃e devotionis oblatio: et ad scti apl̃i tui iacobi puriores nos faciat pervenire festivitatẽ. P. De sancta christina. Secreta.

Accepta tibi domine sit sacre plebis oblatio/ p tuorum honore sctõrum: quorum se meritis pcepisse de tribulatione cognoscit auxiliũ. P. Cõio. Magna est gl̃ia eius in salutari tuo gl̃iam et magnũ decorem impones super eum dñe. Postcõio.

Presta nob eterne largitor/ eius nos ubiq̃ ptegi orõne cui⁹ natalicia p hec sctã que sumpsim⁹ votivo prevenim⁹ obseq̃o. Per. De sctã christina. Postcõ.

Saciasti dñe familiã tuã muneribus sacris/ eius q̃sum⁹ intervẽtione nos refove: cuius solennia celebramus. p dñm. In die scti iacobi apostoli. Introit⁹.



Michi autem nimis honorati sũt amici tui deus: nimis cõfortat⁹ est principat⁹ eorum. ps. Dñe pbasti me et cognovisti me/ tu cognovisti sessionẽ meã et resurrectionẽ meã. Gl̃ia pr̃i. Gl̃ia in ex. Orõ.

Esto domine plebi tue sanctificator et custos: ut beati apostoli tui iacobi munita p̃sidiis: et conversatione tibi placeat: et secura deserviat. Per dominum. Cristofori et cucufatis. Oratio.

Presta q̃s dñe ut sicut populus xp̃ianus martyrũ tuorũ xp̃ofori atq̃ cucufatis tẽporali solẽnitate cõgaudet: ita pfruatur eterna: et qd̃ votis celebrat: cõprehẽdat effectu. Germani et iuliani epõrum mẽo. Orõ.

Deus qui nos sctõrum cõfessorum tuorũ pariterq̃ pontificũ germani et iuliani cõfessionib⁹ gl̃iosis circumdas et protegis: da nobis et eorũ imitatione proficere/ et intercessione gaudere. P. Ep̃la. Jã nõ estis In cõi. fo. j. R. Constitues eos principes super omnẽ terrã memores erũt nominis tui dñe. V. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij ppterea populi cõfitebuntur tibi. Alla. V. Nõ vos me elegistis sed ego elegi vos et posui vos ut eatis et fructũ afferatis et fructus vester maneat Prosa. Clare sanctorum. In cõi. fo. primo. Secundũ Mattheũ. xx.

In illo tpe. Accessit ad iesum mater filiorũ zebedei/ cũ filiis suis: adorãs et petẽs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi Dic ut sedeãt hi duo filij mei: un⁹ ad dexterã tuã: et un⁹ ad sinistrã: i regno tuo. Respõdens autẽ iesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ: quẽ ego bibitur⁹ sum? Dicũt ei. Possum⁹. Ait illis Calicẽ quidẽ meũ bibetis: sedere autẽ ad dexterã meam/ vel ad sinistrã/ nõ est meũ dare vobis: sed q̃bus paratũ est a pr̃e meo. Et audiẽtes decẽ indignati sunt de duobus fratrib⁹. Jesus autẽ vocavit eos ad se: et ait. Scitis q2 p̃ncipes gentiũ dñantur eorum: et qui maio-

res sunt/ potestatē exercent in eos. Nō eni ita erit inter vos. Sed q̇cūq̄ voluerit inter vos maior fieri erit vester minister. Et q̇ voluerit inter vos ꝑmus esse: erit seruꝰ vester. Sicut filiꝰ hoīs non venit ministrari sed ministrare: et dare aīam suā: redēptionē pro multis. Credo. Offer. Michi autē nimis honorificati sunt amici tui deꝰ nimis ꝯfortatus est principatꝰ eoꝝ. Prefa. Te dñe

Secreta

Oblationē apl̄i tui dñe: q̄s beati apl̄i tui iacobi passio btā cōciliet: vt que nr̄is nō apta sunt meritis: fiant tibi placita eiꝰ deprecatiōe. Ꝑ do.

Cristofori et cucufatis. Secre.

Hostias tibi dñe sctōꝝ martyrū tuorū cristofori atq̄ cucufatis: cōmemoratiōe deferimus suppliciter obsecrātes: vt indulgētiā nobis pariter cōferāt ⁊ salutē. Ꝑ do.

Germani ⁊ iuliani. Secreta.

Suscipe dñe munera q̄ in eorū tibi solennitate deferimꝰ quorū nos cōfidimus patrocinio liberari. Ꝑ do. Cōio. Ego vos elegi de mūdo vt eatis ⁊ fructū afferatis ⁊ fructus vester maneat. Postcōio.

Beati apl̄i tui iacobi cuiꝰ hodie festiuitate corpore ⁊ sanguine tuo nos refecisti: q̄s dñe intercessiōe nos adiuua: ꝑ cuiꝰ solēnitate ꝑcepimꝰ tua sctā letātes. Ꝑ do.

Cristofori ⁊ cucufatis. Postcō.

Presta q̄s oꝑs deꝰ: vt sctōꝝ martyꝝ tuoꝝ xp̄ofori atq̄ cucufatis celestibus mysterijs celebrata solēnitas: indulgētiā nobis tue ꝓpiciationis acquirat. Ꝑ dñm

Germani et iuliani. Postcōio.

Corporis sacri ⁊ preciosi sanguinis repleti libamine q̄s dñe deꝰ noster: vt qd̄ pia deuotiōe gerimꝰ/ certa redēptione capiamꝰ. Ꝑ.

In trāslatione scti marcelli.

Introitꝰ.

Statuit ei dñs testamētū pacis: ⁊ principem fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas ī eternū. Ps. Mias dñi: in eternū cātabo. Glia. Glia ī ex.

Orō

Omīs sempiterne deꝰ qui hūc diē nobis honorabilē in bti marcelli ꝯfessoris tui atq̄ pōtificis trāslatiōe tribuisti: da q̄sumus eccl̄ie tue in hac celebritate leticiā: vt cuius mēbra pio amore venerat̄ in terris: eiꝰ intercessione subleuet̄ in celis. Ꝑ do. Ep̄la. Ecce sacerdos. In cōi. fo. x. ℞. Ecce sacerdos magnꝰ qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuētus similis illi q̄ cōseruaret legem excelsi. All'a. ℣. Posui adiutoriū super potentem ⁊ exaltaui electum de plebe mea. Prosa.

Gaude supna ciuitas noua frequētans cātica. Accrescit tibi dignitas muroꝝ surgit fabrica. Faber ⁊ fabri filiꝰ te restaurāt in meliꝰ. Fabri mens ⁊ industria relucet in materia. In tua transit menia marcellus gēma presulum Tibi presens eccl̄ia presentat hūc carbūculū. Chorus concordi sp̄ū psallat in eiꝰ transitu. Grex pastoris miracula retractet mente sedula. Dū ferrū candēs ponderat adhuc etate tenera. Calorē tactu tēperat ferri predicit pōdera. Dum seruꝰ xp̄i presuli ministrat aque ca

licē. Chriſtꝰ ad laudē ſeruuli mutat in vinū laticē. Nec minus eſt miraculum qđ ſuccedit in ordine. Dum ferens aque vaſculū haurit criſma de flumie. Vinū et criſma preſulis preferebant indicia p quē baptiſma pplīs per quē ſacrat̄ hoſtia. Gradu minor q̄ meritis vocē laxat antiſtitis promotꝰ in pōtificē fert opē reo duplicē. Sacris aſtās altaribꝰ vinctū videt in populo ſoluit a pene nexibꝰ et a pctī vinculo. In ſerpente viſibili triūphat inuiſibilē ſic xp̄s īuiſibili virtute ditat humilē. Sequēs vſus dicitur ter. Marcelle pater reſpice nos pietatis oculo. Sub huiꝰ adhuc lubrice carnis gemētes vinculo. Te diligētes vnice te recolētes ſedulo. Cōſors lucis angelice celi ſubſcribe titulo. Amen. Euāgel̄. Sint lumbi. In cōi. fo. xj. Offꝫ. Veritas mea ꝛ mia mea cū ipſo ꝛ in nomine meo exaltabit̄ cornu eiꝰ. Secreta

Munera ppl̄i tui q̄s dn̄e placatus aſſume: vt btī cōfeſſoris tui marcelli interceſſiōe: a cūctis etiā pctōrū nexibus ꝓpiciatus abſolue. P d. Cōio. Btūs ſeruꝰ quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē amen dico vobis ſup oīa bona ſua cōſtituet eū

Repleti muneribꝰ Poſtcō. ſacris q̄s oīps deꝰ: vt beati marcelli ꝯfeſſoris tui atqꝫ pontificis ſemp adiuuemur meritis: ī cuius hec veneratiōe pegimꝰ. P do.

¶ In trāſfiguratiōe dn̄i. Introi.

Benedicta ſit ſancta trinitas atqꝫ indiuiſa vnitas: cōfitebimur ei/ qꝛ fecit nobiſcū miſericordiā ſuā. ps. Benedicamus patrē et filiū: cū ſctō ſpiritu. Gloria patri. Glīa in excelſis. Oratio.

Deus q̄ hodierna die vnigenitū tuū mirabiliter tranſformatū celitus vtriuſqꝫ teſtamēti patribus reuelaſti: da nobis q̄s beneplacitis tibi actibꝰ ad eiꝰ ſemper contēplādā ꝑtingere glīam: ī quo tue paternitati optime cōplacuiſſe teſtatus es. P eūdē. Lectio epiſtole beati petri apoſtoli. ij. i.

Chariſſimi. Dabo operam ꝛ frequenter habere vos poſt obitū meū: vt horū oīm memoriā faciatis. Nō enim indoctas fabulas ſecuti: notā fecimꝰ vobis domini nr̄i ieſu xp̄i preſciētiā ꝛ virtutē: ſed ſpeculatores facti eſtis illiꝰ magnitudinis. Accipiēs eñi a deo patre honorem ꝛ gloriā voce delapſa: ad eū huiuſcemodi a magnifica glīa. Hic eſt filiꝰ meus dilectꝰ in quo michi cōplacui ip̄m audite Et hāc vocē nos audiuimus de celo allatā: cū eſſemus cū ip̄o in mōte ſctō. Et habemus firmiorē ꝓpheticū ſermonē: cui benefacitis attēdentes quaſi lucerne lucēti in caliginoſo loco: donec dies eluceſcat. Et lucifer oriatur: in cordibꝰ vr̄is ℟. Bn̄dictus es dn̄e q̄ intueris abyſſos et ſedes ſuper cherubin. ℣. Bn̄dicite deū celi qꝛ fecit nobiſcū miam ſuam. Alla. Verbo domini celi firmati ſunt ꝛ ſpiritu oris eius omnis virtus eoꝝ. Proſa.

Benedicta ſemp ſit btā trinitas deitas ſcilicet vnitas coequalis glīa. Pater filiꝰ ſctūs ſpiritus tria ſunt noīa oīa eadē ſub-

ſtantia. Deus genitor deus geni-
tus in vtroq; ſacer ſpūs deitate ſo
cia. Non tres tamen dij ſunt de⁹
verus vnus eſt ſic pater dn̄s fili⁹
ſpirituſq; dn̄s. Ipſe tamen filius
deus ver⁹ vnus eſt preclarus ita-
q; ſpirit⁹ ab vtroq; emanat. Pro-
prietas in pſonis vnitas ē ⁊ in eſ-
ſentia. Maieſtas par et poteſtas
decus honorq; per omnia. Syde-
ra maria continens arua ſimul et
vniuerſa cōdita. Quē tremūt im-
pia tartara colit quoq; quem et
abyſſus infima. Quē laudant ſol
atq; luna dignitas adorat angeli
ca. Nūc oīns vox atq; lingua fa
teatur hunc laude debita. Et nos
voce precelſa oēs modulemur or-
ganica cātica dulci melodia. Eya
et eya nūc omnes iubilemus alti
throno dn̄o laudes in excelſis. O
veneranda trinitas. O adorāda
vnitas. Per te ſumus creati vera
eternitas. Per te ſumus redempti
ſumma tu claritas. Populū cun-
ctū tu protege ſalua libera eripe ⁊
mūda. Te adoram⁹ oīpotēs tibi
canimus tibi laus et glīa. Amen.

Secundum Mattheum. xvij.

In illo tēpore. Aſſumpſit ie
ſus petrū et iacobū: ⁊ iohā-
nem fratrē ei⁹: ⁊ duxit eos in mō-
tem excelſum ſeorſum: et trāſfigu-
ratus eſt ante eos. Et reſplenduit
facies eius ſicut ſol: veſtimēta au-
tem eius facta ſunt alba ſicut nix.
Et ecce apparuerūt illis moyſes
et helyas: cum eo loquentes. Re-
ſpondens autē petrus: dixit ad ie-
ſum. Domine: bonū eſt nos hic eſ-
ſe. Si vis faciamus hic tria taber
nacula. Tibi vnū/ moyſi vnum/
et helye vnū. Adhuc eo loquēte: ec
ce nubes lucida: obumbrauit eos
Et ecce vox de nube dicēs. Hic eſt
filius me⁹ dilectus: in quo michi
bene cōplacui ipm̄ audite. Et au-
dientes diſcipuli ceciderūt in faciē
ſuam: et timuerūt valde. Et acceſ
ſit ieſus et tetigit eos: dixitq; eis.
Surgite: nolite timere. Eleuātes
autem oculos ſuos neminē vide-
runt niſi ſolū ieſum. Et deſcendē-
tibus illis de mōte: precepit eis ie-
ſus dicēs. Nemini dixeritis viſio
nem: donec filius hominis: a mor
tuis reſurgat. Credo. Offr. Bene
dictus ſit de⁹ pater vnigenituſq; dei fili⁹
ſctūs quoq; ſpiritus quia fecit nobiſcum
miſericordiā ſuam. Secreta.

Suſcipe queſumus dn̄e ſan-
cte pater omnipotēs eterne
deus: munera que pro glorioſa fi-
lij tui trāſfiguratione deferimus:
et concede ꝓpicius: vt per hec et a
temporalibus liberemur incōmo
dis: ⁊ gaudijs ꝯnectamur eternis
P dominū. Prefatio de trinitate.
Qui cū vnigenito. Cōio. Benedici
mus deum celi et corā oībus viuentibus
confitebimur ei quia fecit nobiſcū miſeri
cordiam ſuam. Poſtcōio.

Deus qui hūc diē incarnati
verbi tui transfiguratione
tueq; ad eū miſſa paternitatis vo
ce cōſecraſti: tribue q̄s: vt diuinis
paſti alimonijs: in ei⁹ mereamur
mēbra trāſferri qui hoc in ſui me-
moriā fieri precepit. Qui tecū vi.
¶ Scē anne mr̄is ma. Introitus



Gaudeam⁹ omnes i dño dië festū celebrantes sub honore beate anne de cui⁹ solennitate gaudēt angeli et collaudāt filium dei. ps. Eructauit cor meū verbum bonū: dico ego opa mea regi. Gloria pa. Gloria in excelsis. Orō.

Deus q̄ btē anne tantā gratiā donare dignatus es: vt beatissimā mariā matrē tuā i suo glīoso vtero portare mereref: da nobis q̄s p intercessionē matris ꝛ filie: tue ꝓpiciationis abundantiā vt quarū memoriā pio amore cōplectimur: earꝫ precibus ad celestē hirl'm puenire valeam⁹. Qui vi.

¶ Pathaleonis mar. mēo. Orō.

Presta q̄s oṗs deus: vt qui beati pāthaleōis martyris tui natalicia colim⁹: intercessione ei⁹ in tui noīs amore roboremur. P. ¶ Sansonis episcopi. Orō.

Da q̄s oṗs de⁹: vt bti sansonis cōfessoris tui atqꝫ pōtificis venerāda solennitas: ꝛ deuotionē nobis augeat ꝛ salutem. P

Epl'a. Mulierē for. In cōi. fo. xij

R. Propter veritatē ꝛ mansuetudinē ꝛ iusticiā ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurē tuā q2 ꝯcupiuit rex speciē tuā. Alla. V. Ueni electa mea ꝛ ponā in te thronū meum q2 cōcupiuit rex speciē tuā. Prosa.

Letabūd⁹ exultet fidel' chorus all'a. Regē regū intacte ꝓfudit thorus res mirāda. Angelus cōsilij nat⁹ est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciēs stella semper rutilās semp clara. Sicut sydus radiū ꝓfert virgo filiū pari forma. Neqꝫ syd⁹ radio neqꝫ mater filio fit corrupta. Ced⁹ alta libani conformat hysopo valle nr̄a. Uerbū ens altissimi corporari passum ē carne sumpta. Isaias cecinit synagoga meminit nunq̄ tamen desinit esse ceca. Si nō suis vatib⁹ credat vel gētilibus sibillinis versib⁹ hec ꝑdicta. Infelix ꝓpera crede vel vetera cur dānaberis gēs misera. Quē docet littera vatū cōsidera ipm genuit puerpera. all'a. Euāge. Simile est regnū ce. thesau. In cōi. fo. xiij. Nō dr̄ Credo. nisi sit dñica. Offe. Filie regū in honore tuo astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato circundata varietate.

Super has q̄s dñe Secreta oblatiōes q̄s in honore beate anne matris beatissime genitricis vnigeniti tui dñi nr̄i consecramus: ꝛ tuā effunde bñdictionē: et ꝑ eas nobis tribue cordiū purificationē: ꝛ munerꝫ tuorꝫ participationē. P eūdē. De scō pāthaleōe.

Muneribus nr̄is q̄s Secre. dñe precibusqꝫ susceptis: et celestib⁹ nos munda mysterijs: et clemēter exaudi. P. De scto sansone. Secreta

Hostias tibi dñe ꝑ cōmēorationē scti sansonis cōfessoris tui atqꝫ pontificis offerim⁹ suppliciter deprecātes: vt sicut illi prebuisti sacrā fidei claritatē: sic nobis indulgentiā largiaris ꝛ pacem. P do. Prefatio cōis. Cōio. Diffusa est gr̄a in labijs tuis ꝓpterea bñdixit te de⁹ in eternū. Postcō.

Sumpta sacramēta q̄s dñe intercedente beatissima anna matre gl'iose genitricis unigeniti tui: nos ab hostiū defēdat formidine: ⁊ eterne mortis amaritudine. P eūdē. De scō pāthaleone

Da q̄s dñe de⁹ nr̄: Postcō. vt sicut ɔmemoratiōe martyris tui pāthaleonis tpali gratulamur officio: ita ppetuo letemur aspectu. P. ¶ De sancto sansone

Presta q̄s omp̄s Postcōio. deus: vt de pceptis muneribus gr̄as exhibētes: bn̄ficia potiora sumam⁹. P. ¶ Marthe v̄gis.

Gaudeamus [Introitus. oēs in dño diem festū celebrantes/ sub honore marthe v̄ginis/ de cui⁹ solēnitate gaudent angeli ⁊ collaudāt filium dei Ps. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opa mea regi. Gloria pa. Orō.

Omp̄s sempiterne de⁹ cuius fili⁹ in ede btē marthe hospitari dignat⁹ est: q̄s. vt ei⁹ meritis que illū placide suscepit: in ede polorū misericorditer hospitari mereamur. P eūdem. ¶ Felicis simplicij ⁊ faustini ⁊ beatricis. Orō.

Infirmitatē nostram respice omp̄s de⁹: ⁊ q2 pōdus ppie actionis grauat: bti felicis martyris tui atq3 pōtificis itercessio gloriosa nos ptegat. Iste due orōnes dicunt ad vnū. P dn̄m. Orō.

Presta q̄s dñe vt sicut populus xpianus martyrum tuorum simplicij faustini ⁊ beatricis tēporali solēnitate ɔgaudet: ita pfruatur eterna: et qd̄ votis celebrat/ cōprehēdat effectu. P d. Lupi epi ⁊ ɔfes. Orō

Da q̄s omp̄s de⁹: vt bti lupi cōfessoris tui atq3 pōtificis venerāda solēnitas: et deuotionē nobis augeat ⁊ salutē. P. Ep̄la. Qui gl'iat. In cōi. folio xij. R. Propter veritatē ⁊ mansuetudinē ⁊ iusticiā ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide: ⁊ inclina aurē tuā q2 cōcupuit rex speciē tuā. Alleluia. V. Diffusa est gr̄a in labijs tuis ppterea bn̄dixit te de⁹ in eternū. Prosa Virgines egregie. In cōi. fo. xiij. Euāge. Simile est reg. celorum decē virginibus In cōi. fo. xiij. Offr. Offerētur regi virgines, prime eius offerētur tibi in leticia ⁊ exultatione adducētur in templū regi dño. Secreta.

Admitte pie ⁊ misericors deus hostias et preces quas i sancto altari tuo tibi deuote offerimus: ad cōmemoratione virginis tue marthe: que tibi pura mēte seruiuit in terris: vt ipi⁹ intercessione/ te pmittēte viuam⁹ in celis. p d. De scō felice. Secreta.

Accepta sit in cōspectu tuo dñe nostra deuotio: et eius nobis fiat supplicatiōe salutaris: pro cuius solennitate defertur.

¶ De martyribus. Secreta.

Hostias tibi dñe pro sctōrū martyrum tuorum simplicij faustini et beatricis cōmemoratiōe deferimus suppliciter obsecrantes: vt eorum precib⁹ indulgentiā nobis pariter conferāt ⁊ salutem. p.

¶ De sancto lupo. Secreta.

Hostias tibi dñe p cōmemoratiōe scti lupi ɔfessoris tui

atq̃ põtificis offerim⁹ suppliciter deprecãtes: vt sicut illi ꝓbuisti sacrã fidei claritatẽ/sic nobis indulgentiã largiaris ⁊ pacẽ. P. Cõio Diffusa est gratia in labijs tuis ꝓpterea bñdixit te deus in eternũ. Postcõio.

SUmptis dñe salutis eterne mysterijs te suppliciter exoram⁹: vt intercedẽte btã et gl'iosa virgine martha: hospita tua illi⁹ gaudioꝝ efficiamur participes: et eterni premij coheredes. Qui vi.

¶ De sancto felice. Postcõio.

SPiritũ nobis dñe tue charitatis infunde: vt quos celesti pane saciasti: intercedẽte btõ felice martyre tuo atq̃ põtifice: tua facias pietate cõcordes. De martyribus. Postcõio.

PResta q̃s oṗs deus: vt sctõꝝ martyrũ tuoꝝ simplicij faustini et beatricis celestib⁹ mysterijs celebrata solẽnitas: idulgẽtiã nobis tue ꝓpiciatiõis acq̃rat. P. ¶ De scõ lupo Postcõio.

PResta q̃s oṗs deus: vt de ꝑceptis muneribus grãs exhibẽtes: bñficia potiora suman⁹. P do. ¶ Abdon ⁊ sennes mar. Introi.

INtret in ꝯspectu tuo dñe gemit⁹ cõpeditorũ: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ vindica sanguinẽ sctõꝝ tuoꝝ qui effusus est. ps. Deus venerũt gentes in hereditatẽ tuam: pollucrũt templũ sanctũ tuum posuerunt hierusalẽ in pomorum custodiam. Gloria patri. Oratio.

DEus qui sctis tuis abdõ et sennes ad hãc gloriã veniẽdi copiosum munus grẽ cõtulisti: da famulis tuis suoꝝ veniã pctõrum: vt sctõꝝ tuorũ intercedẽtib⁹ meritis: ab oĩb⁹ mereamur aduersitatib⁹ liberari. P d. Epl'a. Iusti autẽ in ꝑpe. In cõi. fo. vj. R. Gloriosus deus in sctis mirabilis in maiestate faciens ꝓdigia. V. Dextera tua dñe glificata est in virtute dextera man⁹ tua confregit iimicos. Alla. V. Mirabilis dominus noster in sctis suis. Euãge. Videns iesus turbas. In cõi. fo. viij Offr. Mirabilis de⁹ in sctis suis deus israel ipse dabit virtutẽ ⁊ fortitudinẽ plebi sue benedictus deus. Secreta.

HEc hostia q̃sumus dñe quã in sctõꝝ tuoꝝ natalicijs recẽsentes offerimus: et vincula nr̃e prauitatis absoluat: et tue nobis misericordie dona cõciliet. P do. Cõio. Iustoꝝ anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentũ malicie visi sunt oculis insipientiũ mori illi autem sunt in pace. Postcõio.

PEr hui⁹ dñe oꝑationẽ mysterij et vitia nr̃a purgent: et intercedẽtib⁹ sctis tuis iuxta desideria cõpleant. P d. ¶ Scti germani epi antissiodorẽsis. Introi.

STatuit ei dñs testamentũ pacis: ⁊ principẽ fecit eum vt sit illi sacerdotij dignitas in eternũ. ps. Mias dñi: i eternũ cãtabo. Gl'ia pa. Gl'ia in excel. Orõ.

EXaudi dñe ꝑces nr̃as: quas in sancti germani ꝯfessoris tui atq̃ põtificis solẽnitate deferimus: vt qui tibi digne meruit famulari: eius intercedẽtib⁹ meritis ab oĩbus nos absoluas pctĩs. P. Epl'a. Ecce sacer. In cõi. fo. x. R.

Ecce sacerdos magnus qui in diebꝰ suis placuit deo. V. Nõ est inuẽtꝰ similis illi qui ɔseruaret legẽ excelsi. Alla. V. Posui adiutoriũ sup potentẽ ⁊ exaltaui electum de plebe mea. Prosa. Superne matris. In cõi. fo. iiij. Alia prosa

Representet ecclia de germani victoria. Per nostra ministeria xp̃o regi solẽnia. Relictis mũdi gaudijs vxore iã et predijs. Christũ solũ desiderat quẽ cũctis preposuerat. Armatꝰ armis fidei templũ repẽte fit dei. Votis cũctorũ petit tractus presul efficit. Extũc presul fit artiꝰ nã panis ordeacius. Semel in die sumit et aqua sitis pellit. Predura vestis cõtexit mollẽ carnem ⁊ operit. Cinis prebet ⁊ lectulũ tenet cũ sopor oculũ. Charitatis alis binis volans sursum cũ diuinis. Mẽte manet spretis spinis vite stãtis ĩ ruinis. Fultus his ꝓpugnaculis multis fulget miraculis. Egros sanat oraculis reddit ⁊ lumen oculis. Claudos leprã limphaticos curat ⁊ paralyticos. Huic respondẽt ꝓpere leti potiti funere. Huiꝰ virga iã arida fixa terre fit florida creuit ramis sublimibus eius testis virtutibꝰ. Hic dat defunctos viuere muro ruenti sistere. Mare quietẽ ducere et flamina nõ furere. Angliã bis perfidia purgauit a pelagia. Mutis reddit eloquia verbo frãgens incẽdia. Italiã dũ peteret et se mori cõspiceret poscit vt corpus redeat vbi presul extiterat. Tẽpꝰ presens disparuit vita perẽnis claruit. Nã in celesti solio letus potitur gaudio. Viuẽs mira multa fecit sed post mortem plus peregit. Facit fecit tunc ⁊ modo qui mirãdo vixit modo. Cuiꝰ placatꝰ precibus xp̃s peccatis oĩbus. Purgatos nos clementia dignos reddat et gr̃a. Amen. Euãgel. Homo q̃dam peregre. In cõi. fo. x. Offer.

Veritas mea ⁊ mĩa mea cũ ipso ⁊ in nomine meo exaltabit cornu eiꝰ. Secre.

Propiciare dñe supplicationibꝰ nostris: et intercedẽte pro nobis sctõ germano cõfessore tuo his sacramẽtis celestibꝰ seruiẽtes/ab om̃i culpa liberos esse cõcede: vt purificãte nos tua gr̃a hisdem quibꝰ famulamur mysterijs emundemur. P do. Cõio. Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ amen dico vobis super oĩa bona sua constituet eum. Postcõio.

Ut nobis domĩe tua sacrificia dent salutẽ btũs germanus ɔfessor tuꝰ atq̃ põtifex q̃s p̃cator accedat. p. ¶ Petri ad vincula. Introitꝰ.

Nunc scio vere q2 misit dñs angelũ suũ ⁊ eripuit me de manu herodis/ ⁊ de om̃i expectatiõe plebis iudeoꝝ. ps. Et petrus: ad se reuersus dixit. Gl̃ia pa. Gl̃ia in ex. Orõ.

Deus qui beatũ petrũ apostolũ a vinculis absolutũ: illesum abire fecisti: nostroꝝ q̃sumus absolue vincula delictorũ: et oĩa mala a nobis ꝓpiciatꝰ exclude P do. ¶ Machabeoꝝ mar. Orõ.

Fraterna nos dñe martyꝝ tuoꝝ corona letificet: q̃ ⁊ fidei nr̃e prebeat incitamẽta virtu-

tū ⁊ multiplici nos suffragio cōso
let. Per. Eusebij epi ⁊ mar. Orō

In firmitatē nostrā respice
ops deus: ⁊ q2 pōdus ꝓprie
actiōis grauat: beati eusebij mar
tyris tui atq3 pōtificis intercessio
gl'iosa nos ꝓtegat. Exuperij epi
et ꝯfes. Orō.

Da q̄s ops deus: vt bti exuperij ꝯfessoris
tui atq3 pōtificis venerāda solēni-
tas: et deuotionē nobis augeat et
salutē. P do. ¶ Fidei spei charita
tis ⁊ sapiētie. Orō.

Exaudi nos de⁹ salutaris noster: vt
sicut de beatarū virginū martyꝝ
q3 tuarū fidei/spei/charitatis: ⁊ sa
piētie: festiuitate gaudem⁹/ ita pie
deuotiōis erudiamur affectu. P.

Lectio actuū apostoloꝝ. xij.

In diebus illis. Misit hero
des rex man⁹: vt affligeret
quosdā de eccl'ia. Occidit aūt iaco
bū: fratrē iohānis gladio. Vidēs
autē q2 placeret iudeis: apposuit
apprehēdere ⁊ petrū. Erāt aūt di-
es azimoꝝ. Quē cū apprehēdisset
misit in carcerē tradēsq3 quattuor
quaternionib⁹ militū ad custodi-
endū: volēs post pascha ꝓducere
eū pp'lo. Et petr⁹ quidē seruabat̄
in carcere. Oratio autē fiebat sine
intermissiōe ab eccl'ia ad deū ꝓ eo
Cū autē producturꝰ eū esset hero-
des: in ipa nocte erat petr⁹ dormi
ens inter duos milites: vinct⁹ ca-
thenis duab⁹/⁊ custodes ante osti
um custodiebāt carcerem. Et ecce
angelus dn̄i astitit: ⁊ lumen reful
sit in habitaculo. Percussoq3 late-
re petri: excitauit eū dicēs. Surge
velociter. Et ceciderūt cathene: de
manib⁹ eius. Dixit autē angelus
ad eū. Precingere: et calcia te cali-
gas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi
Circūda tibi vestimentū tuū: ⁊ se
quere me. Et exiens sequebat̄ eū:
⁊ nesciebat q2 verū est/qđ fiebat ꝑ
angelū. Existimabat aūt se visuꝫ
videre. Trāseūtes aūt primā ⁊ se-
cundā custodiā: venerūt ad portā
ferreā q̄ ducit ad ciuitatē: q̄ vltro
aperta est eis. Et exeūtes processe-
runt vicū vnū Et ꝯtinuo discessit
angelus ab eo. Et petrus ad se re
uersus dixit. Nūc scio vere/ q2 mi
sit dn̄s angelū suū: et eripuit me
de manu herodis: ⁊ de omni expe
ctatione: plebis iudeoꝝ. ℟. Consti
tues eos principes super omnē terrā me
mores erunt nōis tui dn̄e. ℣. Pro patri
bus tuis nati sunt tibi filij ꝓpterea popu
li confitebunt̄ tibi. Alla. ℣. Solue iu-
bente deo terrarū petre cathenas qui fa-
cis vt pateāt celestia regna beatis. Pro
sa. Clare sctōꝝ. In cōi. fo. primo.

Secundum Mattheum. xvj.

In illo tēpore. Venit iesus i
partes cesaree philippi: ⁊ in
terrogabat discipulos suos dicēs
Quem dicūt hoīes esse filiū hoīs?
At illi dixerūt. Alij iohānē bapti-
stā: alij autē heliā: alij vero hiere-
miā: aut vnū ex ꝓphetis. Dicit eis
iesus. Vos aūt quē me esse dicitis?
Respōdēs symon petr⁹ dixit. Tu
es xp̄s fili⁹ dei viui. Respōdēs au-
tē iesus dixit ei. Beatus es symon
bariona: q2 caro ⁊ sanguis nō re-
uelauit tibi: sed pater meus q̄ in ce
lis est. Et ego dico tibi q2 tu es pe-

trus: et super hãc petrã edificabo ecclesiã meã. Et porte inferi nõ preualebunt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunq ligaueris sup terrã: erit ligatũ et in celis. Et quodcunq solueris sup terrã: erit solutũ et in celis. Credo Offer. Cõstitues eos principes sup omnem terrã memores erũt nois tui in omni progenie et generatione. Secreta.

Oblatũ tibi dñe sacrificiũ viuificet/ nos semp et muniat. p do. De machabeis. Secreta.

Iterata mysteria tua domine pro sctõrum martyrum tuorũ meritis deuota mẽte tractem⁹: quibus nobis et psidiũ crescat et gaudiũ. p do. De sctõ eusebio. Sec.

Hostias tibi dñe martyris tui atq põtificis eusebij dicatas merit benign⁹ assume: et ad ppetuũ nobis tribue puenire sub sidiũ. p do De scõ exuperio. Secr.

Hostias tibi dñe p cõmemoratione scti exuperij cõfessoris tui atq põtificis offerim⁹ suppliciter deprecãtes: vt sicut illi prebuisti sacrã fidei claritatẽ: sic nob idulgẽtiã largiaris et pacẽ. p. De virginib⁹. Secre.

Accepta tibi dñe sit sacre plebis oblatio/ pro tuorũ honore sctõrum quorum se meritis pcepisse/ de tribulatiõe cognoscit auxiliũ. p d. Prefatio. Te dñe. Cõio. Tu es petrus et super hãc petrã edificabo ecclesiã meã. Postcõio.

Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine: qs dñe de⁹ nr: vt qd pia deuotiõe gerimus: certa redẽptione capiam⁹. p d. De machabeis. Postcõ.

Presta qs oĩps de⁹ vt quorum memoriam sacramẽti participatione recolimus: fidẽ quoq proficiẽdo sectemur. p d. De sancto eusebio. Postcõio.

Refecti participatiõe muneris sacri qs dñe de⁹ noster: vt cui⁹ exequimur cultũ sentiam⁹ effectũ. De sctõ exuperio. Postcõ.

Presta qs oĩps de⁹: vt de perceptis munerib⁹ gras exhibẽtes: beneficia potiora sumam⁹. De virginibus Postcõio.

Saciasti dñe familiã tuã muneribus sacris: earũ qsum⁹ interuẽtione nos refoue: quarũ solẽnia celebramus. p dñm. Stephani pape et martyris. Introit⁹

Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani: multiplicabit plantatus in domo dñi: in atrijs dom⁹ dei nostri. ps. Bonũ est cõfiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. Gloria pa. Oratio.

Deus qui nos beati stephani martyris tui atq põtificis: annua solẽnitate letificas: cõcede pici⁹: vt cuius natalicia colimus: de eiusdẽ etiã protectiõe gaudeamus. p do. Epla. Iustus cor suũ. In cõi. fo. iij. R. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit in domo dñi. V. Ad annunciandũ mane misericordiã tuã et veritatẽ tuam per noctẽ. Alla. V. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide precioso.

Secundum Lucam. xix.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: parabolã hãc.

Homo quidã nobilis abijt ĩ regio
nẽ longinquã: accipere sibi regnũ
et reuerti. Uocatis aũt decẽ seruis
suis dedit eis decem mnas. Et ait
ad illos. Negociamini dũ venio
Ciues aũt eius oderãt eũ: et mise-
rũt legationẽ post illum dicentes.
Nolumus hũc regnare sup nos.
Et factũ est vt rediret accepto re-
gno: iussit vocari seruos quib⁹ de
dit pecuniã: vt sciret q̃tum quisq̃
negociat⁹ esset. Uenit aũt primus
dicens. Dñe: mna tua decẽ mnas
acquisiuit. Et ait illi. Euge bone
serue: quia ĩ modico fuisti fidelis:
eris potestatẽ habẽs supra decem
ciuitates. Et alter venit dicẽs. Do
mine: mna tua fecit quinq̃ mnas
Et huic ait. Et tu esto/ sup q̃nq̃ ci
uitates. Et tertius venit dicens.
Dñe: ecce mna tua/ quã habui re-
positã in sudario. Timui enim te
q2 homo austerus es: tollis qđ nõ
posuisti: ⁊ metis qđ nõ seminasti.
Dixit ei. De ore tuo te iudico/ serue
neq̃. Sciebas q2 ego homo auste-
rus sum/ tollẽs qđ nõ posui/ et me
tens qđ nõ seminaui. Et q̃re non
dedisti pecuniã meã ad mensam:
vt ego veniens cũ vsuris vtiq̃ exe
gissem illud. Et astantibus dixit.
Auferte ab illo mnã: et date illi q̇
decẽ mnas habet. Et dixerũt illi.
Dñe: habet decẽ mnas. Dico autẽ
vobis: q2 omĩ habẽti dabit̃ ⁊ abũ
dabit. Ab eo autẽ qui nõ habet et
qđ habet: auferet̃ ab eo. Offr. In
ueni dauid seruũ meum ⁊ oleo sctõ vnxi
eũ manus enĩ mea auxiliabitur ei ⁊ bra
chiũ meũ cõfortabit eum. Secreta.

MUnera tibi dñe dicata scti-
fica: et intercedente btõ ste
phano martyre tuo atq̃ põtifice:
per eadẽ nos placat⁹ intẽde. P do
Cõio. Dñe quinq̃ talẽta tradidisti mi-
chi ecce alia quinq̃ superlucratus sum eu
ge serue bone ⁊ fidelis q2 in pauca fuisti
fidelis supra multa te constituã intra in
gaudiũ domini tui. Postcõio.

HEc nos cõmunio dñe pur-
get a crimine: et intercedẽte
beato stephano martyre tuo atq̃
põtifice: celestis remedij faciat esse
consortes. Per dominũ. ¶ In in-
uẽtione sancti stephani. Introit⁹

GAudeamus oẽs in dño di
em festũ celebrãtes sub ho
nore sctõꝝ corporũ de quo
rũ inuẽtione gaudẽt angeli et col-
laudãt filiũ dei. Ps. Exultate iusti in
dño: rectos decet collaudatio. Gloria pa
tri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus qui es sctõꝝ tuoꝝ splẽ
dor mirabilis quiq̃ hodier
na die beati stephani pthomarty
ris: et sanctorũ nichodemi gama-
lielis atq̃ abibon: inuẽtionẽ glo-
sam reuelasti: da nobis q̃s: in eter
na leticia de eorũ societate gaude-
re. P do. Epl'a. Expectatio iusto-
rũ. In cõi. fo. vij. R. Timete dñm
oẽs sancti eius qm̃ nichil deest timẽtib⁹
eũ. V. Inquirentes autẽ dñm non defi-
ciẽt omĩ bono. All'a. V. Judicabũt sctĩ
natiões ⁊ dñabunt̃ pplis ⁊ regnabit eo-
rũ rex in eternũ. Prosa. All'a. Orga
nicis. In cõi. fo. iiij. Euãge. Sile
est regnũ ce. thesau. In cõi. fo. xiij
Offr. Mirabilis deus in sctis suis de-
us israel ipse dabit virtutem et fortitudi

nē plebi sue bn̄dictus deus. **Secreta.**

Munera tibi dn̄e nr̄e deuotionis offerimꝰ: q̄ ꝛ ꝑ tuoꝝ tibi grata sint honore sctōꝝ: et nobis salutaria te miserāte reddant̄ ꝑ d̄. **Cōio.** Gaudete iusti in dn̄o all'a rectos decet collaudatio all'a. **Postcō.**

Sumpsimus dn̄e sctōꝝ tuorū stephani: nichodemi: gamalielis: atq̄ abibon solennia venerātes: sacramēta celestia presta q̄s: vt quod tēporaliter gerimus: eternis gaudijs cōsequamur. ꝑ d̄.

Yonij martyris. Introitus.

Letabit̄ iustus ī dn̄o: ꝛ sperabit in eo: ꝛ laudabūtur oēs recti corde. **ps.** Exaudi deus orōnē meā cū deprecor: a timore inimici eripe animā meā. Glia pa. **Orō.**

Presta q̄s oēs deus: vt qui bti yonij martyris tui natalicia colimꝰ: intercessione eiꝰ in tui nōis amore roboremur. ꝑ do.

Mennij epi memoria. Oratio.

Exaudi dn̄e p̄ces nr̄as: quas in sancti mēnij ꝯfessoris tui atq̄ pōtificis solēnitate deferimꝰ: vt q̄ tibi digne meruit famulari: eius intercedentibꝰ meritis/ab oībus nos absoluas pctīs. ꝑ dn̄m.

Dñici cōfes. Orō.

Da q̄s oēs deus: vt beati dn̄ici cōfessoris tui venerāda solēnitas: et deuotionē nobis augeat et salutē Per. **Ep'la.** Btūs vir qui inuētꝰ. **In cōi. fo. iij. R.** Iustus nō cōturbabitur q2 dn̄s firmat manū eius. **V.** Tota die miseret̄ et cōmodat ꝛ semen eiꝰ in bn̄dictione erit. **All'a. V.** Btūs vir q̄ timet dn̄m in mādatis eius cupit nimis.

Euangel. Qui vos audit. **In cōi fo. iiij Offr.** Iustus vt palma florebit sicut cedrus q̄ in libano est multiplicabit̄

Secre.

Muneribꝰ nr̄is q̄s dn̄e precibusq̄ susceptis: ꝛ celestibꝰ nos munda mysterijs/ et clemēter exaudi. ꝑ d̄.

De scō mēnio. Secreta.

Propiciare dn̄e supplicatiōibꝰ nr̄is: ꝛ intercedēte ꝑ nobis sctō mēnio ꝯfessore tuo atq̄ pōtifice/ his sacramētis celestibꝰ seruientes ab omi culpa liberos esse ꝯcede: vt purificāte nos tua gr̄a hisdē q̄bꝰ famulamur mysterijs emūdemur. ꝑ d̄.

De scō dn̄ico. Secre.

Hostias tibi dn̄e pro cōmemoratiōe scti dn̄ici cōfessoris tui offerimꝰ suppliciter deprecātes: vt sicut illi p̄buisti sacrā fidei claritatē: sic nobis īdulgētiā largiaris et pacē. ꝑ do. **Cōio.** Magna est gl'ia eius in salutari tuo gloriā et magnū decorē impones super eum domine. **Postcōio.**

Da q̄s dn̄e deꝰ nr̄: vt sicut cōmemoratione martyris tui yonij temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. Per.

De sctō mēnio. Postcōio.

Ut nobis domīe tua sacrificia dent salutē btūs mennius cōfessor tuus atq̄ pōtifex: q̄s precator accedat. Per dominum.

De sancto dn̄ico. Postcōio.

Presta q̄s oēs deꝰ: vt de perceptis muneribus gratias exhibētes: beneficia potiora sumamus. ꝑ dn̄m.

Nota q̄ prima dn̄ica augusti fit duplum de susceptione sancte crucis. Introitus.

Nos autē gl'iari oportet in cruce dñi nostri iesu xpi in quo est salus vita et resurrectio nr̃a: p quē saluati et liberati sum⁹. ps. Deus misereat nr̃i et bñdicat nobis: illuminet vultū suū sup nos et misereat nostri. Gl'ia pa. Gl'ia i ex. Oro

Deus qui vnigeniti filij tui dñi nostri iesu xpi precioso sanguine humanū gen⁹ redimere dignatus es: ꝯcede ꝓpicius: vt qui ad adorandā viuificā crucē aduenīūt: a pctōꝝ suoꝝ nexib⁹ liberentur. Per eundē. Ad galathas. vj.

Frēs. Uidete qualib⁹ litteris scripsi vobis: mea manu. Quicūqꝫ volūt placere i carne hi cogunt vos circūcidi: tantū vt crucis xpi persecutionē nō patiantur. Neqꝫ eni qui circūcidunt legē custodiūt: sed volūt vos circūcidi tantū vt in carne vestra gloriētur Michi aūt absit gl'iari: nisi in cruce dñi nostri iesu xpi: p quē michi mūdus crucifixus est: et ego mundo. R. Christus factus est p nobis obediens vsqꝫ ad mortē mortē autem crucis V. Propter qđ et de⁹ exaltauit illū et dedit illi nomen qđ est sup omne nomen. Alla. V. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferēs pondera / q̃ sola fuisti digna sustinere regē celoꝝ et dñm. Prosa.

Laudes crucis attollamus nos q̃ crucis exultam⁹ speciali gl'ia. Dulce melos tangat celos dulce lignū dulci dignū credimus melodia. Uoci vita nō discordet cū vox vitā non remordet dulcis est symphonia. Serui crucis crucē laudent qui p crucē sibi gaudent vite dari munera. Dicāt oēs et dicāt singuli aue salus toti⁹ scli arbor salutifera. O q̃ felix q̃ preclara fuit hec salutis ara rubens agni sanguine. Agn⁹ sine macula qui mundauit scl'a ab antiquo crimine. Hec est scala pctōꝝ p quā xps rex celoꝝ ad se traxit oia. Forma cuius hoc ostēdit que terrarū cōprehēdit quattuor cōfinia. Nō sunt noua sacramēta nec recenter est inuēta crucis hec religio. Ista dulces aquas fecit p hāc silex aq̃s iecit moysi officio Nulla salus est i domo nisi cruce munit homo superliminaria. Neqꝫ sensit gladiū nec amisit filium quisqꝫ egit talia Ligna legēs in sarepta spem salutis est adepta pauper muliercula Sine lignis fidei nec lechitus olei valet nec farinula. In scripturis sub figuris ista latent sed iā patēt crucis beneficia. Reges credūt hostes cedunt sola cruce xpo duce hostis fugat milia. Ista suos fortiores semp facit et victores morbos sanat et lāguores reprimit demonia. Dat captiuis libertatem vite cōfert nouitatē ad antiquā dignitatē crux reducit oia. Sequēs versus dicit ter. O crux lignū triumphale mūdi vera salus vale inter ligna nullū tale frōde flore germine. Medicina christiana salua sanos egros sana qđ non valet vis humana fit in tuo noie. Assistētes crucis laudi cōsecrator crucis audi atqꝫ seruos tue crucis post hāc vitā vere lucis trāsfer ad palatia Quos tormēto vis seruire fac tor

menta nō sentire sed cum dies erit ire nobis cōfer ⁊ largire sempiterna gaudia. Amē. Scdm iohā. xij

IN illo tpe: Dixit iesus turbis iudeoꝝ. Ego si exaltat⁹ fuero a terra: oīa trahā ad meipsum. Hoc aūt dicebat: significans qua morte esset moritur⁹. Respōdit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege: quia xp̄s manet ineternū. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filiū hois. Quis ē iste fili⁹ hois? Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū lumē in vobis est. Ambulate dū lucē habetis: vt non tenebre vos cōprehēdāt. Et q̇ ambulat in tenebris: nescit quo vadat. Dum lucē habetis: credite i lucē: vt filij lucis sitis. Credo. Offer. Protege dñe plebē tuā ꝑ signū scte crucis ab oib⁹ insidijs inimicoꝝ omniū vt tibi gratam exhibeamus seruitutē et acceptabile tibi fiat sacrificiū nostrū alla. Secreta.

HEc oblatio q̄s dñe ab oib⁹ nos purget delictis / que in ara crucis imolata toti⁹ mūdi tulit offensā. p. Prefatio. Qui salutē Cōio. Per lignū serui facti sumus: ⁊ ꝑ scām crucē liberati sum⁹ fruct⁹ arboris seduxit nos / fili⁹ dei redemit nos all. Postc

REfecti cibo potuq̨ celesti q̄s oīps deus: vt ab hostiū nos defēdas formidine: quos redemisti ꝓcioso sanguine filij tui dñi nři iesu xp̄i. Qui tecū viuit ⁊ regnat.

¶ Nota qꝫ i festo bti sixti cōsueuit eccl'a ꝓmo celebrare de nouis fructib⁹ siue racemis: si iueniri possit et si nō deiceps ꝓma die q̄ inueniri poterūt. ¶ Seq̄t bñdictio nouoꝝ fructuū. Orō

BEnedic dñe hos fruct⁹ nouos quos tu dñe ꝑ rorē celi ⁊ inundātiā pluuiarū et tpa serena atq̨ trāquilla ad maturitatē ꝑducere dignatus es: ad ꝑcipiēdū nob̄ cū graꝝ actione: in noīe dñi nři iesu xp̄i. Qui tecū.

Tūc aspgat aqua bñdicta ⁊ accipiat vnū granū vel tria: et cōprimant infra calicē cū vino ⁊ aq̄ vt mos est. Sixti pa. ⁊ mar. Introi.

SAcerdotes tui dñe induāt iustitiā / ⁊ scti tui exultent: ꝓpter dauid seruū tuū / nō auertas faciē xp̄i tui. Ps. Memento dñe dauid: ⁊ oīs māsuetudīs ei⁹. Glia pa Orō.

DEus q̇ cōspicis qꝛ ex nulla nřa v̄tute subsistim⁹ cōcede ꝓpici⁹: vt itercessiōe bti sixti martyris tui atq̨ pōtificis: cōtra oīa aduersa muniamur. P dñm.

¶ Felicissimi ⁊ agapiti mar. Orō

DEus qui nos cōcedis sctoꝝ martyrū tuoꝝ felicissimi et agapiti natalicia colere: da nobis in eterna btitudine / de eoꝝ societate gaudere. P. Epla. Iust⁹ cor suū In cōi fo. iij. R. Sacerdotes ei⁹ induant salutari ⁊ scti eius exultatiōe exultabūt. V. Illuc ꝓducā cornu dauid paraui lucernā xp̄o meo. Alla. V. Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronā de lapide ꝓcioso Euāge. Ecce ego mitto. In cōi fo. ij. Offer. Inueni dauid seruum meū ⁊ oleo scō vnxi eū man⁹ eni mea auxiliabit ei ⁊ brachiū meū cōfortabit eū. Secre.

SAcrificijs presentib⁹ dñe q̄s intēde placat⁹: vt ⁊ deuotioni nře ꝓficiāt ⁊ saluti. P do. ¶ De sctis felicissimo ⁊ agapito. Secre

Munera tibi dñe nře deuotionis offerim⁹: q̃ et p tuoꝝ tibi grata sint honore sctõꝝ: ⁊ nobis salutaria te miserãte reddant. P do. Cõio. Fidelis seruus ⁊ prudẽs quẽ cõstituit dñs sup familiã suã vt det illi in tpe tritici mensurã. Postcõio.

Presta q̃s dñe deus noster: vt cui⁹ nobis festiuitate votiua sũt sacramẽta: eius nob̃ salutaria intercessiõe reddant. P do.

¶ De sctis felicissimo et agapito. Postcõio.

Presta nobis q̃s dñe intercedẽtib⁹ sctis tuis felicissimo ⁊ agapito: vt q̃ ore cõtigimus/pura mẽte capiam⁹. P d.

¶ Donati epi ⁊ mar. de cõi. Oro.

Deus q̃ es sactoꝝ tuoꝝ glia sacerdotũ: presta q̃s: vt scti martyr tui ⁊ epi donati cui⁹ festa gerim⁹: sentiam⁹ auxiliũ. P dñm. Secreta

Presta q̃s dñe: vt scti martyris tui et epi donati ĩtercessio venerãda mũera nostra commẽdet: et p hec nobis deuotiõis fruct⁹ accrescat. Per dñm. Postc.

Votiua dñe donati martyris tui et epi solẽnitate pcepim⁹: q̃s vt eius pcibus et p̃sentis vite nobis pariter et eterne/tribuas ↄferre subsidiũ. P do.

¶ Iustini martyris. Introitus.

Letabitur iust⁹ in dño/et sperabit in eo/⁊ laudabũtur omnes recti corde. Ps. Exaudi deus orõnẽ meã cum depcor: a timore inimici eripe aĩam meã. Glia pri. Gloria in excelsis. Oratio.

Presta q̃s oĩps de⁹ vt qui bti iustini: martyris tui natalicia colim⁹: a cũctis malis immĩnẽtib⁹/eius ĩtercessiõib⁹ liberemur. P d.

¶ Ciriaci largi ⁊ smaragdi mar. Oro.

Deus qui nos annua sctõꝝ martyꝝ tuoꝝ ciriaci/largi ⁊ smaragdi solẽnitate letificas: cõcede ppiti⁹: vt quoꝝ natalicia colimus: virtutẽ quoq passiõis imitemur. P dñm. Epl̃a Btũs vir q̃ inuẽtus. In cõi fo. iij. ℟. Posuisti dñe sup caput eius coronã de lapide p̃cioso. ℣. Desideriũ anime ei⁹ tribuisti ei ⁊ volũtate labiorũ ei⁹ nõ fraudasti eũ. Alla. ℣. Letabit iust⁹ in dño et sperabit in eo et laudabunt oẽs recti corde. Prosa. Supne matris. In cõi fo. iiij. Euãg. Nisi granũ frumenti. In cõi folio iiij. Offertoriũ Posuisti dñe in capite ei⁹ coronã de lapide p̃cioso vitã petijt a te ⁊ tribuisti ei alla. Secret.

Muneribus nřis q̃s dñe p̃cibusq susceptis: ⁊ celestib⁹ nos mũda mysterijs et clemẽter exaudi. Per. De martyrib⁹ Secreta.

Accepta sit in cõspectu tuo dñe nřa deuotio et eoꝝ nobis fiat supplicatione salutaris: p quoꝝ solẽnitate defert. Per dñm. Cõio. Magna est glia ei⁹ in salutari tuo gliam et magnũ decorẽ inpones sup eum dñe. Postcõio.

Da q̃s dñe deus noster: vt sicut ↄmemoratiõe martyr tui iustini tpali gratulamur officio ita ppetuo letemur aspectu. P dñm. ¶ De martyrib⁹. Postcõio.

Refecti participatiõe muneris sacri q̃s dñe de⁹ noster: vt quoꝝ exequimur cultũ: sentiamus effectũ. Per dominũ. ¶ In

Vigilia scti laurẽtij. Introitus.

Dispersit dedit paupib⁹/ iusticia eius manet in seculũ seculi/ cornu eius exaltabitur in glia. ps. Btũs vir q̃ timet dñm in mandatis eius volet nimis. Orõ.

Adesto dñe supplicatiõibus nr̃is: ⁊ itercessiõe bti laurẽtij martyr tui ppetuã nob̃ miam tuã benignus impẽde. Per dñm.

¶ Romani martyris. Oratio.

Letet eccl̃ia tua deus bti romani martyris tui cõfisa suffragijs: atq̃ eius p̃cib⁹ gl̃iosis et deuota pmaneat/ et secura cõsistat. Per. Lectio libri sapientie.

Confitebor [eccl̃iastici. li. tibi dñe rex: et collaudabo te deũ saluatorẽ meũ. Confitebor noĩ tuo: qm̃ adiutor ⁊ ptector factus es michi: et liberasti corpus meũ a pditiõe. A laq̃o lingue inique: et a labijs operãtiũ mẽdaciũ Et in ɔspectu psequẽtiũ factus es michi adiutor: ⁊ liberasti me scd̃m mł̃titudinẽ mĩe noĩs tui. A rugiẽtib⁹ p̃paratis ad escã: et de manibus q̃rẽtiũ aĩam meã: ⁊ de multis tribulatiõib⁹ q̃ circundederũt me. A p̃ssura flãme q̃ circũdedit me: ⁊ in medio ignis nõ sũ estuatus. De altitudine vẽtris inferi: ⁊ a ligua coinq̃nata: ⁊ a verbo mẽdacij. A rege iniquo: ⁊ lingua iniusta liberasti me. Laudabit vsq̃ ad mortẽ aĩa mea dñm: qm̃ eruis sustinẽtes te. Et liberas eos de manu angustie: dñe de⁹ noster. ℟. Dispsit dedit pauperib⁹ iustitia ei⁹ manet in scl̃m scl̃i. ℣. Potẽs in terra erit semẽ ei⁹/ generatio rectoꝝ bñdicet. In dñica. Alla. ℣. Letabit iust⁹ in dño ⁊ spabit in eo: ⁊ laudabunt oẽs recti corde. Euãg. Si q̃s vult. In cõi folio iiij. Offr. Oratio mea mũda est ⁊ ideo peto vt detur locus voci mee in celo quia ibi est iudex me⁹ et cõscius meus in excelso ascẽdat ad dñm deprecatio mea. Secreta.

Hostias dñe quas tibi offerim⁹ ꝓpici⁹ suscipe: ⁊ intercedente beato laurẽtio martyre tuo vĩcula pctõꝝ nr̃oꝝ absolue. P. d.

De sancto romano. Secreta.

Suscipe munera q̃s dñe q̃ in ei⁹ solẽnitate tibi deferimus cuius nos cõfidim⁹ patrocinio liberari. P. Cõio. Qui vult venire post me abneget semetipm̃ ⁊ tollat crucẽ suã et sequatur me. Postcõio.

Da q̃s dñe deus noster: vt sicut bti laurẽtij martyris tui ɔmemoratione tpali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. Per dñm. Romani. Postcõio.

Saciasti dñe familiã tuã munerib⁹ sacris: eius q̃s semp interuentiõe nos refoue: cuius solẽnia celebramus. Per.

¶ In die sancti laurentij. Introitus.

Confessio ⁊ pulchritudo in conspectu eius/ sctitas ⁊ magnificentia in scĩficatiõe ei⁹. ps. Cãtate dño cãticũ nouũ: cãtate dño oĩs terra. Gl̃ia pa. Gl̃ia in ex. Orõ.

Da nobis q̃s oṕs de⁹: vitiorũ nr̃orũ flãmas extiguere q̃ btõ laurẽtio tribuisti tormẽtoꝝ suoꝝ incendia superare. P dñm.

Ad corinthios. secunde. ix.

Fratres. Qui parce seminat: parce et metet. Et qui seminat in bñdictiõibus: de bñdictiõib⁹ et metet. Unusquisqꝫ put destinauit in corde suo: nõ ex tristitia: aut necessitate. Hylarẽ eni datorẽ diligit deus. Potẽs est eni deus oẽm grãm abũdare facere in vob: vt in oib⁹ semp oẽm sufficiẽtiã habẽtes: abũdetis in oẽ op⁹ bonũ: sicut scptũ est. Dispsit dedit pauperib⁹: iustitia ei⁹ manet in sclm scli. Qui aũt administrat semẽ seminãti: et panẽ ad mãducãdũ pstabit. Et multiplicabit semẽ vrm: ⁊ augebit incremẽta frugũ: iustitie vestre. ℟. Probasti dñe cor meũ ⁊ visitasti nocte. ℣. Igne me examinasti et nõ est iuẽta i me iniqtas. Alla. ℣. Leuita laurẽti⁹ bonũ opus opat⁹ est q̃ p signũ crucis cecos illuminauit ⁊ thesauros eccle dedit paupib⁹.

Prunis datũ admi Prosa. Premur laureatum veneremur laudib⁹ laurẽtium. Veneremur cum tremore depcemur cum amore martyrẽ egregiũ. Accusatus nõ negauit sed pulsat⁹ resultauit i tubis ductilib⁹. Cũ in penis voto plenis exultaret ⁊ sonaret in diuinis laudib⁹. Sicut corda musicor̃ tãdẽ sonũ dat sonor̃ plectri ministerio. Sic in cheli tormẽtor̃ melos xpi ꝯfessor̃ dedit hui⁹ tẽsio. Deci vide qꝫ fide stat inuict⁹ inter ictus minas ⁊ incẽdia. Spes interna vox supna ꝯsolãtur ⁊ hortant virũ de cõstãtia. Nã thesauros quos exq̃ris p tormẽta nõ acq̃ris tibi sed laurẽtio. Hos i xpo coacervat hui⁹ pugnã xpus seruat triũphãtis pmio. Nescit sacti nox obscurũ vt in penis q̃d impurũ fide tractet dubia. Neqꝫ cecis lumẽ daret si nõ eũ radiaret luminis psentia. Fidei cõfessio lucet in laurẽtio nõ ponit sub modio statuit in medio lumẽ corã oĩbus. Iuuat dei famulũ crucis sue baiulũ assum ꝗ̃ ferculũ fieri spectaculũ angelis et gẽtibus. Nõ abhorret prunis voluit q̃ de carne cupit solui: ⁊ cũ xpo viuere. Neqꝫ timet occidẽtes corpus sed nõ ꝑualẽtes aĩam occidere. Sicut vasa figulor̃ pbat fornax ⁊ eor̃ solidat substãtiã. Sic ⁊ ignis hũc assatũ velut testẽ solidatum reddit p constãtiã. Nã cũ vetus corrũpat alter homo renouat veteris incẽdio. Unde nimis ꝯfortat⁹ est athlete pricipat⁹ in dei seruitio. Hunc ardorẽ factũ foris putat rorẽ vis amoris ⁊ zelus iustitie Ignis vrẽs nõ cõburẽs vicit prunas q̃s adunas o minister impie. Parũ sapis vim sinapis si nõ tãgis si non frãgis et plus fragrat quãdo flagrat th⁹ iniectũ ignib⁹. Sic artat⁹ ⁊ assat⁹ sub ardore sub labore dat odorẽ pleniorẽ martyr de ṽtutibus. Seqns ṽsus dr ter. O laurẽti laute nimis rege victo rex sublimis regis regũ fortis miles qui duxisti penas viles certãs p iustitia. Qui tot mala deuicisti cõtemplãdo bona xpi fac nos malis insultare fac de bonis exultare meritor̃ grã. Amẽ. Euãge. Nisi granũ frumenti. In cõi folio. iiii. Non dicit. Credo. nisi sit dñica.

Offr. Cõfessio ⁊ pulchritudo in cõspe-
ctu eius sanctitas ⁊ magnificẽtia in san-
ctificatione eius. Secreta.
Suscipe q̃s dñe munera di-
gnãter oblata: ⁊ btĩ laurẽtij mar-
tyris tui suffragãtibꝰ meritis ad
nr̃e salutꝭ auxiliũ ꝑuenire cõcede.
P do. Cõio. Qui michi ministrat me
sequat̃ ⁊ vbi ego sũ illic ⁊ minister meꝰ erit
Sacro mũere saciati Postc.
supplices te dñe dep̃camur:
vt qđ debite seruitutis celebramꝰ
officio: intercedẽte beato laurẽtio
martyre tuo/ saluatiõis tue sentia
mus augmẽtũ. P do. De susce-
ptione sctẽ corone. Introitus.
Gaudeamꝰ oẽs in dño diẽ
festũ celebrãtes/ sub hono-
re corone dñi/ de cuiꝰ solẽ-
nitate gaudẽt ãgeli ⁊ collaudãt fi
liũ dei. Ps. Oẽs gẽtes plaudite manibꝰ
iubilate deo in voce exultatiõis. Gloria
patri. Gl̃ia in excelsis. Oratio.
Presta q̃s op̃s deus: vt q̃ in
memoriã passionis dñi nr̃i
iesu xp̃i coronã eiꝰ spineã venera-
mur ĩ terris: ab ip̃o gl̃ia ⁊ honore
coronari mereamur in cel̃. Qui te.
Lcõ libri sapiẽtie. Cãticorũ. iij.
Ectulũ salomonis sexagin-
ta fortes ãbiunt: ex fortissi
mis isrl̃. Oẽs tenẽtes gladios ⁊ ad
bella doctissimi. Uniuscuiusq̃ en-
sis super femur suũ ꝓpter timores
nocturnos. Ferculũ fecit sibi rex
salomõ: de lignis libani. Colum-
nas eiꝰ fecit argẽteas: reclinatoriũ
aureũ/ ascẽsum purpureũ/ media
charitate cõstrauit: propter filias
hierl̃m. Egredimini filie syõ: ⁊ vi-
dete regẽ salomonẽ in diademate
quo coronauit eũ mr̃ sua ĩ die de-
spõsatiõis eiꝰ: et ĩ die letitie cordis
illius. Quã pulcra es amica mea
quã pulcra es. Oculi tui colũbarum
absq̃ hoc qđ intrĩsecꝰ latet. Ueni
de libano spõsa: veni de libano ve
ni coronaberis. ℟. Corona aurea sup
caput eiꝰ exp̃ssa signo sctitatis gl̃ie hono
ris ⁊ opus fortitudinis. ℣. Qm̃ ꝑueni-
sti eũ in bñdictiõibꝰ dulcedinis posuisti ĩ
capite eiꝰ coronã de lapide p̃cioso. Alla
℣. A corona spinea vita surgit aurea mi
rifice q̃ mutata tro pice fit corona rosea.
Si vis vere gl̃iari ⁊ Prosa.
a deo coronari honore ⁊ glo
ria. Hãc coronã venerari studeas
atq̃ sectari portãtis vestigia. Hãc
celorum rex portauit honorauit ⁊ sa
crauit sacro suo capite. In hac ga
lea pugnauit cũ antiquũ hostem
strauit triũphãs in stipite. Hec pu
gnãtis galea triũphantis laurea
tyara põtificis. Primũ fuit spinea
postmodũ fit aurea tactu scti ver-
ticis. Spinarũ aculeos virtꝰ fecit
aureos christi passiõis. Que pctis
spineos mortis eterne reos adiple
uit bonis. De malis colligit̃ et de
spinis plectit̃ spinea ꝑuersis. Sed
in aurũ vertit̃ quãdo culpa tollit̃
eisdẽ conuersis. Jocũda mysteria
sũt hec sed materia p̃sentis letitie.
Nobis est hystoria q̃ patẽter frã-
cia coronat̃ hodie. Huiꝰ coronatio
corone susceptio cuiꝰ festũ agimꝰ.
Debito cũ gaudio ⁊ anniuersario
honore recolimꝰ. Thesauro tam
nobili tã desiderabili diues es effe
cta. Terra carẽs sibi carẽs ꝯpara

bili deo predilecta. Tria ꝑuilegia regna tibi alia subdūt in honore Fides et militia vnctioq regia q̄rum flores flore. Tibi o vrbs inclita omi laude predita mater studiorum. Est corona credita ⁊ in te reposita vrbs parisiorū. In dei ꝑconiū totum cōfer studiū totū cor appone. Que xp̄i paladiū ⁊ sacre sacrariū facta es corone. Iesu pie iesu bone nostro nobis in agone largire victoriā. Mores nr̄os sic compone vt ppetue corone mereamur gl'am. Amē. Scd̄m iohā. xix

In illo tp̄e Apphēdit pilatꝰ iesū: et flagellauit. Et milites plectētes coronā de spinis/ imposuerūt capiti eiꝰ: ⁊ veste purpurea circūdedert eū. Et veniebāt ad eū: et dicebāt. Aue rex iudeoꝝ. Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū pilatꝰ foras: ⁊ dicit eis. Ecce adduco vob̄ eū foras: vt cognoscatis/ q2 nullā inuenio i eo causā. Exiuit ergo iesus portās spineā coronā: et purpureū vestimentū. Credo. Offr̄.

Lauda hierl'm dn̄m q2 dabit tibi coronā p cinere et eris corona gl'ie in manu dn̄i et dyadema regni in manu dei tui all'a.

Tuoꝝ militū corda Secre. rex op̄s virtute corrobora vt quos in huiꝰ mortalitatis stadio vnigeniti filij tui corona letificas: ꝯsummato cursu certaminis imortalitatꝫ brauiū apphēdāt. P eūdē. Prefatio cōis. Cōio. Letare mr̄ nr̄a q2 dabit dn̄s capiti tuo augmēta graꝝ ⁊ corona inclita ptegeт te. Postc.

Supplices te rogamꝰ op̄s deꝰ vt hec sacramēta q̄ sumpsimꝰ p sacrosctē filij tui corone cuꝰ solēnia recēsemus virtutē: nobis pficiāt ad salutē. P dn̄m. ¶ Scti tyburtij martyris. Introitus.

Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit: plātatꝰ in domo domini in atrijs domꝰ dei nostri. Ps. Bonū est cōfiteri domino: ⁊ psallere noi tuo altissime. Gloria patri. Oratio.

Beati tyburtij nos dn̄e foueant ꝯtinuata p̄sidia: q̄a nō desinis ppitiꝰ intueri: quos talibꝰ auxilijs ꝯcesseris adiuuari. P do. Epl'a. Iustꝰ cor suū. In cōi fo. iij

R. Iustꝰ nō ꝯturbabit quia dn̄s firmat manū eius. V. Tota die miseret ⁊ cōmodat et semē eiꝰ in b̄ndictiōe erit. All'a. V. Beatus vir qui suffert tētationē q̄m cum pbatus fuerit accipiet coronā vite. Euāg. Nichil optū. In cōi. fo. v. Offr̄. In virtute tua dn̄e letabit iustꝰ et sup salutare tuū exultabit vehemēter desideriū aīe eius tribuisti ei. Secreta

Adesto dn̄e p̄cibꝰ ppl'i tui et adesto mūeribꝰ: vt q̄ sacris sunt oblata mysterijs: tuorū tibi placeāt intercessiōe sctōꝝ. P dn̄m

Cōio. Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide precioso. Postcōi.

Sumpsimꝰ dn̄e pignꝰ redēptiōis eterne: sit nob̄ q̄s interueniēte btō tyburtio martyre tuo vite p̄sentꝫ auxiliū pīter ⁊ future. P d̄.

Ypoliti mar. socioꝝq eiꝰ. Introi.

Iusti epulent ⁊ exultent in ꝯspectu dei ⁊ delectētur i leticia. Ps. Exurgat deꝰ ⁊ dissipent inimici eiꝰ: ⁊ fugiāt q̄ oderūt eū a facie eiꝰ. Gl'a pa. Gl'a in excel. Orō.

Da nobis q̄s oīs de⁹: vt btī ipoliti martyr tui sociorū q̄ ei⁹ venerāda solēnitas: ⁊ deuotionē nob augeat et salutē. P do. Epla. Reddet de⁹. In cōi fo. vij. R. Iustoꝝ aīe in manu dei sūt ⁊ nō tāget illos tormentū malitie. V. Uisi sunt oculis insipiētiū mori illi aūt sūt in pace. Alla. V. Sācti et iusti in dño gaudete vos elegit de⁹ in hereditatē sibi. Prosa Alla. Mirabilis. In cōi fo. viij. Euāg. Attēdite a fer. in cōi fo. viii Offr. Aīa nr̄a sicut passer erepta est de laqueo venātiū laque⁹ cōtritus est ⁊ nos liberati sum⁹. Secr.

Respice dñe ad mūera pp̄li tui sctōꝝ tuoꝝ festiuitate votiua: ⁊ tue testificatio v̄itatis: nob p̄ficiat ad salutē. P d. Cōio. Dico aūt vobis amicis meis ne terreamini ab his q̄ vos psequent. Postc.

Sacramētoꝝ tuoꝝ dñe cōmunio sumpta nos saluet ⁊ in tue v̄itatis luce cōfirmet. P d. ¶ In vigi. assūp. btē marie / etiā si domica fuerit missa p̄cipalis erit de vigi. missa vero de dñica dicet de mane. Introit⁹.

Uultū tuū dep̄cabūtur oēs diuites pleb adducent regi v̄gines post eā: prime ei⁹ afferent tibi in letitia ⁊ exultatiōe. ps. Eructauit cor meū v̄bū bonū dico ego op̄a mea regi. Glīa pa. Nō dr Glīa in ex. nisi sit dñica. Orō.

Deus q̄ virginalē aulā btē marie in q̄ habitares eligere dignat⁹ es: da q̄s vt sua nos defensiōe munitos: iocundos faciat sue interesse festiuitati. Qui viuis. ¶ Eusebij cōfessoris. Oratio.

Deus q̄ nos btī eusebij ꝯfessoris tui ānua solēnitate letificas cōcede p̄piti⁹: vt cui⁹ natalicia colim⁹: p eius ad te exempla gradiamur. Per dñm. Lectio libri sapiētie. Ecclesiastici. xxiiij.

Ab initio ⁊ āte secl'a creata sū: ⁊ vsq̄ ad futurū seculū nō desinā: ⁊ in habitatiōe scā corā ip̄o ministraui Et sic in syō firmata sū / ⁊ in ciuitate sctificata siliter requieui: ⁊ i hierl'm potestas mea. Et radicaui i pp̄lo honorificato: ⁊ in ptes dei mei hereditas illi⁹. Et in plenitudie sctōꝝ detētio mea. R. Propter v̄itatē ⁊ māsuetudinē ⁊ iustitiā et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide et inclina aurē tuā q̄a cōcupiuit rex speciē tuā. Si dñica fuerit. Alla. V. Ueni electa mea et ponā te i thronū meū q2 ꝯcupiuit rex speciē tuā Prosa nulla. Scd̄m lucā. xi.

In illo tp̄e. Factū est dū loq̄retur iesus ad turbas: extollens vocē q̄dā mulier de turba: dixit illi. Btūs vēter q̄ te portauit: ⁊ vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimmo. Bti qui audiūt v̄bū dei: ⁊ custodiūt illd. Nō dr. Credo. nisi sit do. Offr. Offerent regi v̄gines post eā prime eius afferent tibi. Secr.

Magna ē dñe apd clemētiā tuā dei genitricis orō: quā idcirco de p̄senti sclo trāstulisti vt p pctis nr̄is apd te fiducialiter intercedat. P eūdē. Eusebij. Secre.

Laudis tue dñe hostias immolam⁹ in tuorū ꝯmemoratiōe sctōꝝ: q̄b⁹ nos ⁊ p̄sentibus exui malis ꝯfidim⁹: ⁊ futuri. P d.

Prefatio. cõis. Cõio. Dilexisti iusti-
tiã et odisti iniq̃tatẽ. Postcõio.
Concede misericors deus fragi-
litati nr̃e p̃sidiũ: vt q̃ scẽ dei geni-
tricis req̃em celebramus: itercessiõis
eius auxilio: a nr̃is iniq̃tatibus resur
gamus. Per eũdẽ. ¶ Eusebij. Postc.
Refecti cibo potuq; celesti de
us nr̃ te supplices exoramus
vt in cuius hec cõmemoratiõe perce-
pimus: eius muniamur et p̃cibus. Per d
Ad missam. Introitus.



Gaudeamus oẽs in dño/ diẽ
festũ celebrantes sub ho-
nore marie virginis: de
cuius assũptiõe gaudẽt angeli et col-
laudãt filium dei Ps. Eructauit cor
meũ verbũ bonũ: dico ego opa mea regi
Gl'ia pa. Kyrie el. Gl'ia in ex. Oro.
Ueneranda nobis dñe huius
diei festiuitas opẽ cõferat
salutarẽ: in q̃ scã dei genitrix mor-
tẽ subijt tẽporalẽ: nec tamẽ mortis
nexibus deprimi potuit: q̃ filiũ tuũ
dñm nr̃m iesum xp̃m/ de se genuit
icarnatũ. Qui tecũ viuit et regnat
in vnitate. Memoria nulla. Lec
libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiij.
In oĩbus requiẽ q̃siui: et in he
reditate dñi morabor. Tũc
p̃cepit et dixit michi creator oĩm: et
q̃ creauit me req̃euit i tabernaculo
meo. Et dixit michi. In iacob in-
habita: et in isr'l hereditare: et i ele-
ctis meis mitte radices. Et sic in
syõ firmata sũ: et in ciuitate sctifi-
cata similiter req̃eui: et in hierl'm po-
testas mea. Et radicaui i p'lo ho-
norificato: et i ptes dei mei heredi-
tas illius: et in plenitudie scõr dete-
tio mea. Quasi cedrus exaltata sum
in libano: et q̃si cypressus in mõte
syõ. Quasi palma exaltata sũ i ca
des: et q̃si plãtatio rose in hierico.
Quasi oliua speciosa i cãpis: et q̃si
platanus exaltata sũ/ iuxta aquã in
plateis. Sicut cinamomũ et bal-
samũ aromatizãs odorem dedi.
Quasi myrra electa: dedi suauita
tẽ odoris. R. Benedicta et venerabilis
es virgo maria q̃ sine tactu pudoris in-
uẽta es mater saluatoris. V. Uirgo dei
genitrix quem totus non capit orbis in
tua se clausit viscera factus homo. Alla
V. Assũpta est maria i celũ gaudẽt ange
li et collaudãtes bñdicũt dñm.
Letabũdus exultet Prosa.

fidelis chorꝰ allā. Regē regū intacte pfudit thorꝰ res mirāda. Angelꝰ cōsilij natꝰ est de ỽgine sol de stella. Sol occasum nesciēs stella semp rutilās semper clara. Sicut sydus radiū pfert virgo filiū pari forma. Neqȝ sydꝰ radio neqȝ mr̄ filio fit corrupta. Cedrꝰ alta libani cōformat hysopo valle nr̄a. Verbū ens altissimi corpari passuz est carne sūpta. Jsaias cecinit synagoga meminit nūq̄ tamē desinit esse ceca. Si nō suis vatibꝰ credat vel gētilibꝰ sibillinis versibꝰ hec p̄dicta. Infelix ppera crede vel vetera cur dānaberis gens misera. Quē docet littera vatū ɔsidera ipsū genuit puerpera. Scd̄m lucā. x

In illo tpe. Intrauit iesus ī quoddā castellū: et mulier qdam martha noīe excepit illū in domū suā: ⁊ huic erat soror nomie maria: q̄ etiā sedens secꝰ pedes dn̄i audiebat ỽbū illiꝰ. Martha autē satagebat circa frequens ministeriū. Que stetit ⁊ ait. Dn̄e: nō est tibi cure: ꝙ soror mea reliq̄t me solā ministrare? Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et respōdēs: dixit illi dominus. Martha martha sollicita es et turbaris erga plurima. Porro vnū est necessariū Maria optimā p̄tē elegit: q̄ nō auferet ab ea. Cre do. et p octa. Offr̄. Beata es virgo maria que dn̄m portasti creatorē mundi genuisti qui te fecit et ineternum p̄manes virgo. Secreta.

Subueniat dn̄e plebi tue dei genitricis oratio: quā ⁊ si p ɔditiōe carnis migrasse cognoscimus: in celesti gloria apud te pro nobis orare sentiamus. P eundē. Prefatio. Et te in assumptiōe. Et p octa. Cōio. Regina mūdi ⁊ domina virgo maria ppetua intercede pro nostra pace et salute que genuisti xp̄m dominū saluatorem omnium. Postcōio.

Mense celestis pticipes effecti imploramus clementiā tuā domie deus noster: vt q̄ festa dei genitricis colimꝰ: a cūctis malis imminētibus eius intercessiōibus liberemur. Per dn̄m. ¶ Dominica infra octaua s quere infra Prima die octa. nisi sit dominica.

Salue scā pa Introitus. rens enixa puerpera regē qui celū terrāqȝ regit in secula seculoꝝ ps. Post partū virgo inuiolata pmansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Gl̄a p̄ri. Gl̄a in excelsis.

Venerāda nobis Oratio. domine huiꝰ diei festiuitas opem cōferat salutarē: in qua scā dei genitrix mortē subijt temporalem: nec tamē mortis nexibus deprimi potuit: que filiū tuum dn̄m nostrum iesum xp̄um de se genuit incarnatum. Qui tecū. Epistola. Ab initio et ante. vt supra in vigilia. R̄. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuēta es mater saluatoris. V̄. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Alla. V̄. Ora p nobis pia virgo maria de qua christus natus est nobis vt peccatoribus sit misertus. Prosa.

Hodierne lux diei celebris in matris dei agit memoria.

Decātemꝰ in hac die semꝑ ꝟginis
marie laudes ⁊ ꝑconia. Ōis hō
oīni hora ipsā ora ⁊ implora eius
patrocinia Psalle psalle nisu toto
cordis orꝭ voce voto aue plena grā
Aue dña celoꝝ inexꝑta viri thorū
parēs paris nescia. Fecūdata sine
viro genuisti more miro genitorē
filia. Florēs ortꝰ austro flāte por-
ta clausa post ⁊ āte via viris inuia
Fusa celi rore tellꝰ fusū gedeonis
vellꝰ deitatis pluuia. Salue splē-
dor firmamēti tu caliginose mēti
desuꝑ irradia. Placa mare maris
stella ne īuoluat nos ꝓcella ⁊ tēpe
stas obuia. Amē. Euā. Factū est
dū loq̄ret. vt̄s in vigilia. Credo.
Os iusti meditabitur sapientiã: et lingua eius loquet̄ iudiciũ / lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignãtibus: neq; zelaueris faciẽtes iniquitatẽ. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio

Deus qui ecclẽiam tuã bt̄i frãcisci meritis fetu noue prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatiõe terrena despicere: et celestiũ semp donorũ ꝑticipatiõe gaudere. P dñm

¶ Candidi mar. Oratio.

Presta q̄s oĩpotẽs deꝰ: vt q̄ bt̄i cãdidi martyris tui natalicia colimꝰ: intercessiõe eius in tui nois amore roboremur. P. d. Ep̄la. Iustũ deduxit. In cõi. fo. x. R. Dñe ꝑuenisti eũ in bñdictionibꝰ dulcedinis posuisti in capite eius coronã de lapide p̄cioso. V. Vitã petijt et tribuisti ei longitudinẽ dierum in seculum seculi. Alla. V. Iste sctũs digne in memoriã vertit̄ hominũ qui ad gaudiũ trãsijt angeloꝝ. Prosa. Hic sctũs cuius. In cõi fo. iiij. Euãge. Videte vigilate In cõi fo. xj. Offr. Desideriũ anime eius tribuisti ei dñe ⁊ voluntate labioꝝ eius nõ fraudasti eum posuisti in capite eius coronã de lapide p̄cioso. Secreta.

Munera tibi dñe oblata sctĩfica: et intercedẽte btõ frãcisco ꝯfessore tuo ab oĩ nos culparũ labe purifica. P do. ¶ Cãdidi Secre.

Muneribꝰ nr̄is q̄s dñe precibusq; susceptis: ⁊ celestibus nos mũda mysterijs: ⁊ clemẽter exaudi. P do. Cõio. Fidelis seruꝰ et prudẽs quẽ cõstituit dñs sup familiã suã vt det illi ĩ tp̄e tritici mẽsurã Postc.

Ecclẽiam tuã q̄s dñe gr̄a celestis amplificet: quã beati frãcisci illuminare voluisti: gl̄iosis meritis ⁊ exẽplis. Per do.

Candidi. Postcõio.

Da q̄s dñe deus noster: vt sicut cõmemoratiõe martyꝝ tui cãdidi temporali gratulamur officio ita ꝑpetuo letemur aspectu Per do. ¶ Auree v̄gis. Introitꝰ.

Vultũ tuũ dep̄cabunt̄ oẽs diuites plebis / adducẽtur regi virgines post eã / proxime eiꝰ afferent̄ tibi in letitia et exultatione. Ps. Eructauit coꝛ meũ v̄bũ bonũ: dico ego op̄a mea regi. Gl̄ia p̄ri. Gloria in excelsis. Oratio.

Exaudi nos deꝰ salutaris nr̄: vt sicut de bt̄e auree virginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotiõis erudiamur affectu. Per do. Ep̄la. Qui gl̄iat̄. In cõi fo. xij. R. Propter v̄itatẽ ⁊ mãsuetudinem ⁊ iustitiam ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurẽ tuã quia cõcupiuit rex speciem tuã. Alla. V. Hec est v̄go sapiens quã dñs vigilantẽ inuenit. Prosa. Virgines egregie. In cõi fo. xiij. Euãg. Simile est regnũ celoꝝ decẽ vir. In cõi fo. xiij. Offr. Diffusa est gr̄a in labijs tuis ꝑpterea benedixit te deꝰ ineternum et in seculũ seculi. Secreta.

Accepta tibi domĩe sit sacre pleb̄ oblatio ꝑ tuoꝝ honore sctõꝝ: quoꝝ se meritꝭ ꝑcepisse de tribulatiõe cognoscit auxiliũ. P.

Cõio. Quinqꝫ prudẽtes virgines acceperunt oleũ in vasis suis cũ lãpadibꝰ media aũt nocte clamor factꝰ est ecce spõsus venit exite obuiã xpo dño. Postcõio.

Saciasti dñe familiã tuã muneribꝰ sacris: eiꝰ q̃s interuẽtione nos refoue/ cuiꝰ solẽnia celebramꝰ. P. ¶ Fidis vir. ⁊ mar. orõ

Exaudi nos deꝰ salutaris noster: vt sicut de btẽ fidis virginis et martyris tue festiuitate gaudemꝰ: ita pie deuotionis erudiamur affectu. P do. Secretã.

Accepta tibi domĩe sit sacre plebis oblatio ꝓ tuoꝝ honore sctõꝝ: quorũ se meritis percepisse de tribulatiõe cognoscit auxilium. Per dñm. Postcõio.

Saciasti dñe familiã tuã muneribꝰ sacris/ eius q̃s interuentiõe nos refoue/ cuiꝰ solẽnia celebramus. P dñm. ¶ Marci pape et cõfessoris. Introitus.

Sacerdotes tui dñe induãt iustitiã et scti tui exultent/ ꝓpter dauid seruũ tuũ / nõ auertas faciẽ xpi tui. ps. Memẽto domĩe dauid: et oĩs mãsuetudinis eius. Orõ.

Exaudi dñe p̃ces nr̃as et interueniente btõ marco cõfessore tuo atqꝫ põtifice: supplicatiões nr̃as placatꝰ intẽde. P d.

¶ Marcelli et apulei. Oratio.

Sanctoꝝ tuoꝝ dñe nos marcelli/ ⁊ apulei sergij ⁊ bachi/ btã merita ꝓsequant: ⁊ tuo semꝑ faciãt amore feruentes. P Epla. Iustũ deduxit. In cõi fo. x. R. Inueni dauid seruũ meũ oleo scõ meo vnxi eũ manꝰ eni mea auxiliabit ei et brachiũ meũ cõfortabit eũ. V. Nichil ꝓficiet inimicus in eo ⁊ filius iniq̃tatis nõ nocebit eũ. Alla. V. Posui adiutorũ suꝑ potẽtẽ ⁊ exaltaui electũ de plebe mea. Euã. Homo q̇dã peregre. In cõi fo. xj. Offr. Ueritas mea ⁊ mĩa mea cũ ipo ⁊ in noĩe meo exaltabit cornu eiꝰ. Secr.

Accepta tibi sit dñe sacrate plebis oblatio: ꝓ tuoꝝ honore sctõꝝ: quoꝝ se merit/ ꝑcepisse de tribulatiõe cognoscit auxiliũ. P d. ¶ Marcelli ⁊ apulei. Secre.

Maiestatẽ tuã nobis dñe q̃s hec hostia reddat ĩmolãda placatã: tuorũ digna postulatiõe sctõꝝ. P dñm. Cõio. Btũs seruꝰ quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtem amẽ dico vobis suꝑ oia bona sua cõstituet eũ.

Da q̃s dñe fidelibꝰ Postcõ. pplis sctõꝝ tuoꝝ semꝑ veneratiõe letari: ⁊ eoꝝ ꝑpetua supplicatiõe muniri. P do. ¶ Marcelli et apulei. Postcõio.

Sacramẽtis dñe muniamur acceptis: ⁊ sctõꝝ tuoꝝ marcelli: et apulei: sergij ⁊ bachi interueniẽtibus meritis: cõtra oẽs neq̃cias irruẽtes armis celestibꝰ ꝓtegamur. P d. ¶ In vigi. scti dionysij sociorũqꝫ eiꝰ: etiã si dñica fuerit ꝑncipalis missa erit de vigi. Et tũc missa de dñica dicet de mane. Introitꝰ.

Sapientiã sctõꝝ narrãt populi/ et laudẽ eoꝝ nunciat ecclia/ noĩa autẽ eoꝝ viuẽt in seculũ seculi. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Glia pri. Nõ dicit. Glia in excel. nec Credo nisi sit dominica. Oratio.

Concede nobis q̃s oĩps deus

uētur ā beatoꝝ martyrū tuoꝝ dionysij/rustici/⁊ eleutherij: solēnitatem ꝯgruo preuenire honore: ⁊ ueniente digna celebrare deuotione ꝑ dñm. Demetrij marty. Orō.

P Resta q̄s oīps deus: vt qui btī demetrij martyris tui natalicia colimꝰ: intercessione eiꝰ in tui noīs amore roboremur. ꝑ do. Epl'a. Reddet deꝰ. In cōi. fo. vij. R. Uidica dñe sanguinē sctōꝝ tuorū qui effusus est. V. Posuerūt mortalia seruoꝝ tuoꝝ escas volatilibꝰ celi carnes sctōꝝ tuoꝝ bestijs terre. Si dñica fuerit. Alla. V. Isti sunt q̄ venerūt ex magna tribulatiōe ⁊ lauerūt stolas suas et dealbauerūt eas in sanguine agni. Prosa nulla. Euāge. Uidēs iesus tur. In cōi. fo. ix. Offꝝ. Letamini ī dño et exultate iusti ⁊ gliamī oēs recti corde.

A Ccepta sit tibi Secreta. dñe nr̄e deuotiōis oratio: ⁊ ad martyꝝ tuoꝝ dionysij/rustici/ ⁊ eleutherij: puriores nos faciat ꝑuenire festiuitatē. ꝑ do. Scti demetrij. Secreta

M Unéribꝰ nr̄is q̄s dñe ꝑcibusq̄ susceptis: ⁊ celestibꝰ nos mūda mysterijs/⁊ clemēter exaudi. p. Cōio. Et si corā hoībꝰ tormēta passi sūt deꝰ tētauit illos tanq̄ aurū in fornace ꝓbauit eos et sicut holocausta accepit illos. Postcō.

P resta nobis eterne largitor eoꝝ vbiq̄ pia ꝓtegi orōne: quoꝝ natalicia ꝑ hec sctā que sumpsimꝰ: votiuo ꝑuenimꝰ obseq̄o. p do. Sancti demetrii. Postcōio.

D A q̄sumus dñe deꝰ noster: vt sicut ꝯmemoratiōe martyris tui demetrii tēporali gratulamur officio: ita ꝑpetuo letemur aspectu. Per. ¶ In die scōꝝ dionysii/rustici/⁊ eleutherii. Introitus.





I Ntret in cōspectu tuo dñe gemitꝰ ꝯpeditorū redde vicinis nostris septulū in sinu eorū/vindica sanguinē sanctoꝝ tuoꝝ q̄ effusus est. ps. Deus venerūt gentes in hereditatē tuā: polluerūt tēplū sctm̄ tuū posuerunt hirkin in pomorū custodiā. Glia pa. Glia in excel. Orō.

D Eus q̄ hodierna die beatū dionysiū martyrē tuū virtute cōstātie in passiōe roborasti: quiq̄ illi ad ꝑdicādū gētibꝰ gloriā tuā rusticū ⁊ eleutheriū sociare dignatꝰ es: tribue nobis q̄s ex eorū imitatiōe: ꝑ amore tuo ꝓspa mūdi despicere/⁊ nulla eiꝰ aduersa formidare. ꝑ. Lcō actuū apl'oꝝ. xvij

I N diebꝰ illis. Stans paulꝰ in medio ariopagi ait. Uiri atheniēses: ꝑ oīa quasi supersticiosos vos video. Preteriēs enī ⁊ vidēs simulacra vestra: īueni et arā in q̄ scriptū erat/ ignoto deo. Qd ergo ignorātes colitis: hoc ego annūcio vobis. Deus q̄ fecit mundū et oīa que in eo sunt/hic celi ⁊ terre cū sit dñs: nō in manufactis templis habitat/nec manibus humanis colitur indigēs aliquo: cū ipse det oībꝰ vitā ⁊ inspirationē et oīa fecitq̄ ex vno oēe genus hoīm inhabitare sup vniuersam faciē terre: definiēs statuta tp̄a et termīos habitatiōis eoꝝ: querere deū si forte attrectēt eū aut inueniāt: q̄uis

nõ longe sit ab vnoquoqꝫ nostrũ. In ipso eñi viuimus ⁊ mouemur et sum⁹: sicut ⁊ quidã vestroꝝ poe tarũ dixerũt. Ipsius eñi ⁊ gen⁹ su mus. Genus ergo cũ sim⁹ dei: nõ debem⁹ estimare auro ⁊ argento: aut lapidi sculpture artis: ⁊ cogi tationi hoĩs diuinũ esse similé. Et tẽpora quidẽ hui⁹ ignorãtie despi ciẽs de⁹: nũc annũciat hoĩbus vt oẽs vbiqꝫ penitentiã agãt eo ꝙ sta tuit diẽ in qua iudicatur⁹ est orbẽ in eq̃tate: in viro in quo statuit fi dẽ prebẽs oĩbus suscitãs eũ a mor tuis. Cum autẽ audissent resurre ctionẽ mortuoꝝ quidã quidẽ irri debãt: quidã vero dixerũt. Audie mus te de hoc iterũ. Sic paulus exijt de medio eoꝝ. Quidam vero viri adherẽtes ei: crediderũt. In q̃ bus ⁊ dionysius ariopagita credi dit: in dñm iesum xp̃m. ℟. Gloriosus deus in sctis suis mirabilis in maiestate faciens pdigia. ℣. Dextera tua dñe glo rificata est in virtute dextera manus tua cõfregit inimicos. Alla. ℣. Judicabũt scti nationes et dñabũtur pp̃lis ⁊ regna bit illoꝝ rex in eternum. Prosa.

Gaude prole grecia gl̃iet gal lia patre dionysio. Exultet vberius felici parisi⁹ illustris mar tyrio. Speciali gaudio gaude fe lix cõcio martyꝝ p̃sentia. Quorũ patrocinio tota gaudet regio re gni stat potẽtia. Juxta patrẽ posi ti bellatores incliti digni sunt me moria. Sed illum precipue recolit assidue regalis eccl̃ia. Hic a sũmo presule direct⁹ ad galliã nõ gentis incredule verer insaniã. Gallorũ apostol⁹ venerat luteciã quã tene bat subdolus hostis velut p̃priã. Hic erroꝝ cumulus hic oĩs spurci tia hic infelix pp̃lus gaudẽs idola tria Adorabãt idolũ fallacis mer curij sed vicit diabolum fides dio nysij. Hic cõstructo xp̃i tẽplo ver bo docet et exẽplo choruscat mira culis. Turba credit error cedit fi des crescit ⁊ clarescit nomen tanti presulis. His auditis fit insanus i mitis domician⁹ mittitqꝫ sisinniũ Qui pastorẽ aĩaꝝ fide vita signis clarũ trahat ad suppliciũ. Infli guntur seni pene flagrat carcer et cathene catastã lectũ ferreũ et estũ vincit igneũ. Prece domat feras truces sedat rogum p̃fert cruces post clauos ⁊ patibulũ trãslat⁹ ad ergastulũ. Seniore celebrãte mis sam turba circũstãte xp̃s adest co mitante celesti frequentia. Specu clausum carcerali consolat ⁊ vita li pane cibat imortali coronandũ gloria. Prodit martyr ꝯflicturus sub securi stat secur⁹ ferit lictor sic ꝙ victor ꝯsummat gladio. Seca dauer mox erexit truncus truncũ caput vexit quo ferẽte mox direxit angelorum cõcio. Tam preclara passio repleat nos gaudio. Amen

Secundum Lucam. vj. ca.

In illo tp̃e. Descẽdens iesus de monte: stetit in loco cãpe stri: ⁊ turba discipulorum eius: et multitudo copiosa plebis ab oĩni iudea ⁊ hirl̃m: ⁊ maritima ⁊ tyri et sydonis qui venerãt vt audirẽt eũ: et sanarent a languorib⁹ suis. Et qui vexabant a spiritib⁹ imũ

dis: turabãtur. Et oĩs turba que rebat eũ tãgere: q2 virt9 de illo exibat: ⁊ sanabat oẽs. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes: q2 vestrũ est regnũ dei. Beati q̃ nunc esuritis: q2 saturabimini. Bti qui nũc fletis: q2 ridebitis. Bti eritis cũ vos oderit hoïes/ ⁊ cũ separauerit vos et exprobrauerint: ⁊ eiecerit nomẽ vestrũ: tanq̃ malũ ꝓpter filiũ hominis. Gaudete in illa die et exultate/ ecce eni merces vr̃a: multa est in celo. Credo. et per octa. Offr. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem ⁊ fortitudinẽ plebi sue benedictus deus. Secreta.

Hostia dñe q̃s quã in sctõꝝ martyꝝ tuoꝝ dionysij/ rustici/ ⁊ eleutherij: natalicijs recẽsentes offerim9: et vincula nr̃e prauitatis absoluat: ⁊ tue nobis misericordie dona ꝯciliet. P. Prefa. cõis Cõio. Posuerũt mortalia seruoꝝ tuoꝝ dñe escas volatilib9 celi carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestijs terre scd̃m magnitudinem brachij tui posside filios morti punitoꝝ. Postcõio.

Quesumus oṕs de9: vt q̃ celestia alimẽta ꝑcepimus itercedẽtib9 sctis martyribus tuis dionysio/ rustico/ ⁊ eleutherio: ꝑ hec ꝯtra aduersa oĩa muniamur. P do. Prima die octa. nisi sit dñ. ⁊ sic deinceps. Introit9

Timete dñm oẽs sancti ei9/ qm̃ nichil deest timẽtibus eũ diuites eguerũt ⁊ esurierũt/ inquirẽtes aũt dñm nõ deficient omi bono. Ps. Benedicã dñm in omni tẽpore: semp laus eius in ore meo. Gl̃ia patri. Gl̃ia in excelsis. Oratio

Deus qui hodierna die btm̃ dionysiũ martyrẽ tuũ virtute cõstãtie in passione roborasti quiq3 illi ad predicãdũ gẽtib9 gloriã tuã rusticũ et eleutheriũ sociare dignat9 es: tribue nobis q̃s: ex eoꝝ imitatione ꝑ amore tuo ꝓspera mũdi despicere: ⁊ nulla eius aduersa formidare. P do. Gereonis sociorũq3 ei9 mẽoria. Oratio.

Deus qui nos cõcedis sctõꝝ martyrũ tuoꝝ gereonis sociorũq3 ei9 natalicia colere: da nobis in eterna btitudine: de eoꝝ societate gaudere. P do. Epl̃a. Sãcti ꝑ fidẽ. In cõi. fo. vj. R. Justorũ aïe in manu dei sunt ⁊ nõ tãget illos tormẽtũ malicie. V. Uisi sunt oculis insipiẽtiũ mori illi aũt sunt in pace. All̃a. V. Sãcti et iusti in dño gaudete vos elegit deus in hereditatẽ sibi. Prosa. All̃a. Mirabil. In cõi. fo. viij. Euãge. Cũ audierit. In cõi. fo. viij. Credo. Offr. Mirabilis deus in sctis suis de9 israel ipe dabit virtutẽ ⁊ fortitudinẽ plebi sue benedictus deus. Secreta.

Hostia dñe q̃s quã in sctõrũ martyrũ tuoꝝ dionysij/ rustici/ ⁊ eleutherij: natalicijs recẽsentes offerim9: ⁊ vincula nr̃e prauitatis absoluat/ ⁊ tue nobis misericordie dona ꝯciliet. P. Gereonis sociorũq3 ei9. Secre.

Munera tibi dñe nr̃e deuotionis offerim9: que ⁊ ꝑ tuoꝝ tibi grata sint honore sctõꝝ: ⁊ nobis salutaria te miserãte reddant. P d. Cõ. Multitudo lãguẽtiũ ⁊ q̃ vexabant a spiritib9 imũdis veniebãt ad eũ: q2 virt9 de

illo exibat et sanabat oēs. Postcōio.
Quesumus ōps deꝰ: vt q̇ celestia alimēta pcepimus intercedētibꝰ sctis martyꝛibus tuis dionysio/ rustico/ ⁊ eleutherio: per hec cōtra oia aduersa muniamur. P do. De martyꝛibꝰ. Postcōio.
Presta nobis q̄s dn̄e itercedētibꝰ sctis tuis gereone cū socijs suis: vt que oꝛe cōtigimus: pura mēte capiamus. Per dn̄m.

Secunda die octa. Introitus.
Clamauerunt iusti et dn̄s exaudiuit eos ⁊ ex oibꝰ tribulationibꝰ eoꝝ liberauit eos. ps. Bn̄dicā dn̄m in omi tpe: semp laus eiꝰ in oꝛe meo. Glia pa. Glia i ex. Orō. Deus q̇ hodierna. vts. i officio p̄rio. Epla. Lingua sapiētiū In cōi. fo. vj. R. Clamauerūt iusti ⁊ dn̄s exaudiuit eos ⁊ ex oibꝰ tribulatiōibꝰ eoꝝ liberauit eos. V. Juxta est dn̄s his q̇ tribulato sunt coꝛde ⁊ humiles spū saluabit. Alla. V. Stabūt iusti i magna cōstātia aduersus eos qui se angustiauerūt. Prosa. Mūdi etate. In cōi. fo. x. Euāgel. Egrediēte. In cōi. fo. viij. Credo. Offer. Letamini in dn̄o ⁊ exultate iusti ⁊ gliamini oēs recti coꝛde. Sec. Hostia dn̄e q̄s. ⁊ cetera. vts. Cōio. Gaudete iusti in dn̄o alla rectos decet collaudatio alleluia. Postcōio. Quesumus ōps deus. ⁊ cete. vts.

Tertia die octa. Introitus.
Sapientiā sctōꝝ narrāt populi: et laudē eoꝝ nunciat ecclia: noia aūt eoꝝ viuēt in seculū scli. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Glia pri Glia in ex. Orō. Deus q̇ hodierna. vts. Epla Rememoꝛami. In cōi. fo. vij. R. Exultabūt scti in glia letabūtur i cubilibꝰ suis. V. Cātate dn̄o cāticū nouū laus eiꝰ in ecclia sctōꝝ. Alla V. Te martyꝝ candidatꝰ laudat exercitus dn̄e. Prosa. Superne. vsq ibi. Hi scti. In cōi. fo. iiij. Euāge. Sedēte iesu. In cōi. fol. viij. Credo. Offer. Gliabunt in te oēs qui diligunt nomen tuū qm̄ tu benediccs iusto dn̄e vt scuto bone volūtatis tue coꝛonasti nos. Secreta. Hostia dn̄e q̄s. vt supra Prefatio cōis. Cōio. Dico autē vobis amicis meis ne terreamini ab his q̇ vos persequētur. Postcōio. Quesumus omnipotens deus. vt supra.

Geraldi confessoꝛis. Introitus
Os iusti meditabit sapientiā: et lingua eiꝰ loquet iudiciū: lex dei eiꝰ in coꝛde ipsius. ps. Noli emulari in malignātibꝰ neq zelaueris facientes iniquitatē. Glia patri. Glia in excelsis. Oratio.
Deus qui btō geraldo cōfessoꝛe tuo tribuisti celestē i terris ducere vitā: ipsiꝰ nos interuentione placatꝰ: a terrenis exuet desiderijs ⁊ celestibꝰ munera p̄missis P dn̄m. Mēoꝛia de octa. Epla. Dedit domi. In cōmuni folio. x. R. Domine p̄uenisti eum in bn̄dictiōibus dulcedinis posuisti in capite eiꝰ coꝛonā de lapide p̄cioso. V. Vitā petijt ⁊ tribuisti ei longitudinē dierū in seculū scli. Alla. V. Justꝰ germiabit sicut liliū et floꝛebit i eternū ante dn̄m. Prosa. Superne ma. In cōi. fo. iiij. Euāgel. Sint lūbi. In cōi. fo. xi. Credo. Offer. Desideriū aie eiꝰ tribuisti ei dn̄e ⁊ volūtate labioꝝ eiꝰ nō fraudasti eū posui

sti in capite ei⁹ coronā de lapide precioso. Hostias tibi dn̄e Secreta. p cōmemoratiōe sctī geraldi ꝯfessoris tui offerim⁹ suppliciter depcātes: vt sicut illi ꝓbuisti sacrā fidei claritatē/ sic nob̄ indulgentiā largiaris ⁊ pacē. p d̄. De octa. Secreta. Cōio. Fidelis seru⁹ ⁊ prudēs quē cōstituit dn̄s super familiā suā vt det illi in tēpore tritici mensuram. Postcōio. Presta q̄s ops̄ de⁹: vt de pceptis munerib⁹ gr̄as exhibētes: bn̄ficia potiora sumam⁹. Per De octa. Postcōio. vts̄. ¶ Quarta die oct. Introit⁹ Salus autē iustorū a dn̄o ⁊ protector eorꝫ est in tp̄e tribulatiōis. ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatē. Glia pa. Gloria in excelsis. Orō. Deus qui hodierna die btm̄ dionysiū martyrē tuū virtute cōstātie in passione roborasti quiqꝫ illi ad predicādū gētib⁹ gloriā tuā rusticū et eleutheriū sociare dignat⁹ es: tribue nobis q̄s: ex eorꝫ imitatione p amore tuo pspera mūdi despicere: ⁊ nulla eius aduersa formidare. P do. Epl̄a. Expectatio iustorꝫ. In cōi. fo. vij. R̄. Uindica dn̄e sanguinē sctōrū tuorū qui effusus est. V̄. Posuerūt mortalia seruorū tuorꝫ escas volatilib⁹ celi carnes sctōrꝫ tuorꝫ bestijs terre. All'a. V̄. Isti sunt q̄ venerūt ex magna tribulatiōe ⁊ lauerūt stolas suas ⁊ dealbauerūt eas in sanguine agni. Prosa. Hi sci quorꝫ. In cōi fo. iiij. Euāg. Uidēs ie. In cōi. fo. ix. Credo. Offr̄. Mirabilis deus in sctis suis de⁹ israel ipse dabit virtutem ⁊ fortitudinē plebi sue bn̄dict⁹ de⁹. Secr. Hostia dn̄e q̄s quā in sctōrū martyrū tuorꝫ dionysij/ rustici/ ⁊ eleutherij: natalicijs recēsentes offerim⁹: ⁊ vincula nr̄e prauitatis absoluat ⁊ tue nobis mi̅e dona cōciliet. P. Cōio. Qd̄ dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dn̄s: et qd̄ in aure auditis predicate super tecta. Postcōio. Quesumus ops̄ de⁹: vt q̄ celestia alimēta pcepimus itercedētib⁹ sctis martyribus tuis dionysio/ rustico/ ⁊ eleutherio: p hec ꝯtra oīa aduersa muniamur. P do. ¶ Quīta die octa. Introit⁹. Iudicāt scti gē tes ⁊ dn̄ant̄ ppl'is: ⁊ regnabit dn̄s deus illorꝫ in ppetuū. ps. Exultate iusti ī dn̄o: rectos decet collaudatio. Glia. Orō. Deus q̄ hodierna. vts̄. Epl̄a. Sācti ludibria. In cōi. vij. R̄. Ecce q̄ꝫ bonū ⁊ q̄ꝫ iocūdū habitare fratres ī vnū. V̄. Sicut vnguentū in capite qd̄ descēdit in barbā barbā aaron. All'a. V̄. Fulgebūt iusti ⁊ tanq̄ꝫ scintille in arūdineto discurrēt in eternū. Prosa. All'a. Christo īclita Et loco de Stephane. dr Dionysi gl'iose. Quere in die oīm sctōrum. Euāgel'. Attēdite a fermento. In cōi. fo. viij Credo. Offr̄. Mirabil' de⁹ in sctis suis deus israel ipse dabit virtutē ⁊ fortitudinē plebi sue bn̄dictus de⁹ Secreta. Hostia dn̄e. vts̄. Cōio Posuerūt mortalia seruorꝫ tuorum dn̄e escas volatilib⁹ celi carnes sctōrꝫ tuorum bestijs terre secūdū magnitudinē brachij tui posside filios morti punitorꝫ. Postcōio. Quesum⁹ ops̄ de⁹. vts̄. officio prio. Calixti pa. ⁊ mar. Orō

DEus qui nos cõspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorẽ tuũ nos misericorditer per scõꝝ tuoꝝ exẽpla restaura. P do.

MIstica nobis dñe Secre. prosit oblatio: q̃ nos a reatibus nr̃is expediat: ⁊ ppetua saluatiõe cõfirmet. P do. Postcõio.

QUesumus oþs de⁹: vt reatũ nostrũ munera sacrata purificẽt: ⁊ recte viuendi in nobis operent effectũ. P dñm. ¶ Dñica infra octauas. Introitus. Intret vt in officio sequẽti. ⁊cetera. sicut in die fe. ¶ In die octa. Introit⁹.

INtret in cõspectu tuo dñe gemit⁹ cõpeditorũ redde vicinis nr̃is septuplum in sinu eoꝝ vĩdica sanguinẽ sctõꝝ tuorũ qui effusus est. Ps. Deus venerũt gẽtes in hereditatẽ tuã: pollucrũt tẽplũ sctm̃ tuũ/ posuerũt hirlm in pomoꝝ custodiã. Gl'ia pa. Gl'ia in excel. Oro.

PRotegat nos dñe sepi⁹ beatoꝝ martyꝝ tuoꝝ dionysij rustici/ ⁊ eleutherij: repetita solẽnitas: vt quoꝝ patrocinia sine intermissiõe recolim⁹: ppetuã defensionẽ sentiam⁹. P. Luciani sociorũ [qꝫ ei⁹. Oro.

DEus qui nos cõcedis sctõꝝ martyrũ tuorũ luciani sociorũqꝫ eius natalicia colere: da nobis in eterna btitudine de eorũ societate gaudere. Per. Ep'la. R. All'a. Prosa. Euãgeliũ et Offr. vt supra in die. Secreta.

HOstias tibi dñe pro sanctorũ martyrũ tuorũ dionysij rustici/ ⁊ eleutherij: cõmemoratiõe deferimus: suppliciter obsecrãtes vt et indulgẽtiã nobis pariter cõferant et salutẽ. P. Luciani socio [rũqꝫ ei⁹. Secreta.

MUnera tibi dñe nr̃e deuotiõis offerimus: q̃ et p tuoꝝ tibi grata sint honore sctõꝝ: ⁊ nobis salutaria te miserãte reddant. P d. Cõio. Posuerũt mortalia seruoꝝ tuorũ dñe escas volatilib⁹ celi carnes sctõꝝ tuorũ bestijs terre scd̃m magnitudinẽ brachij tui posside filios morti punitoꝝ. Postcõio.

SUmpsimus dñe pign⁹ redẽptionis eterne: sit nobis q̃s interueniẽtib⁹ sctis martyrib⁹ tuis dionysio/ rustico/ et eleutherio: vite presentis auxiliũ/ pariter ⁊ future. P do. Luciani sociorũqꝫ ei⁹ Postcõio.

PResta nobis q̃s dñe intercedẽtib⁹ sctis tuis luciano cũ socijs suis: vt q̃ ore cõtigimus: pura mẽte capiam⁹. Per.

¶ Cerbonij epi omĩa de cõi preter orones. Oro.

EXaudi dñe preces nr̃as: quas in scti cerbonij cõfessoris tui atqꝫ pontificis solẽnitate deferim⁹: vt qui tibi digne meruit famulari ei⁹ intercedẽtib⁹ meritis: ab oĩbus nos absoluas peccatis. Per. Secreta.

PRopiciare dñe supplicationibus nr̃is: ⁊ intercedẽte p nobis sctõ cerbonio cõfessore tuo atqꝫ põtifice/ his sacramẽtis celestibus seruiẽtes/ ab omni culpa liberos esse cõcede: vt purificante nos tua gr̃a hisdẽ q̃b⁹ famulamur mysterus emũdemur. P. Postcõio.

UT nobis domĩe tua sacrificia dẽt salutẽ: btũs cerbonius confessor tuus atqꝫ pontifex/

q̄sumus precator accedat. P dn̄m

Luce euāgeliste. Introitus.



Os iusti meditabitur sapientiā et lingua ei⁹ loquet iudiciū lex dei ei⁹ i corde ipsi⁹. ps. Noli emulari in malignāt. b⁹: neq̄ zelaueris faciētes iniquitatē. Glia patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Interueniat p nobis q̄s domine sctūs tu⁹ lucas euāgelista: q̄ crucis mortificationē iugiter in suo corpe p tui nois honore portauit. P. Herblādi abba. Orō

Intercessio nos q̄s dn̄e beati herblādi abbatis cōmendet: vt qd̄ nr̄is meritis nō valem⁹ ei⁹ patrocinio assequamur. p do.

Lcō libri apocalypsis bti Johannis apl̄i. iiij.

In dieb⁹ illis Uidi hostiū apertū in celo: et prima vox quā audiui: tanq̄ tu beloquētis mecū dicens. Ascende huc: et ostendā tibi q̄ oportet fieri cito. Post hec statim fui in sp̄ū. Et ecce sedes posita erat in celo: et supra sedem sedens. Et qui sedebat: similis erat aspectui lapidis iaspidis/et sardinis. Et iris erat in circuitu sedis: similis visionis smaragdine. Et in circuitu sedis: sedilia vigintiq̄ttuor. Et sup thronos vigintiq̄ttuor seniores sedētes circūamicti vestimētis albis: ꝛ in capitib⁹ eorum corone aureę. Et de throno procedebāt fulgura: ꝛ voces/ꝛ tonitrua: ꝛ septē lāpades ardētes ante thronū: q̄ sunt septē spirit⁹ dei. Et in cōspectu sedis tanq̄ mare vitreū simile cristallo/ꝛ i medio sedis/ꝛ i circuitu sedis: q̄ttuor aīalia plena oculis ante et retro. Et aīal primū: simile leoni. Et secūdū aīal: simile vitulo. Et tertiū aīal: habēs faciē q̄si hoīs. Et q̄rtū aīal: simile aq̄le volāti. Et quattuor aīalia singula eorum: habebāt alas senas. Et in circuitu/ꝛ intus plena sūt oculis. Et requiē nō habebāt: die ac nocte dicētia. Sctūs sctūs/sctūs: dn̄s de⁹ omp̄s: q̄ erat et q̄ est/ꝛ qui vēturus est. Et cū darent illa aīalia gloriā et honorē et benedictionē sedēti sup thronū viuenti in scl'a scl'or: procidebāt vigintiq̄ttuor seniores ante sedentē in throno. Et adorabāt viuētē: in secula scl'orū. R. Beat⁹ vir qui timet dn̄m in mādatis ei⁹ cupit nimis. V. Potēs in terra erit semen ei⁹ generatio rectorū benedicet. Alla. V. Prim⁹ ad syō dicet ecce adsum ꝛ hirlm euāgelistā dabo.

Prosa

Psallat chorus cor de mundo hos attollat per quos mūdo sonāt euāgelia. Uoce quor salus fluxit nox recessit et illuxit sol illustrās oīa. Curā agēs sui gregis pastor bon⁹ actor legis quattuor instituit. Quadri orbis ad medelā formā iuris et cautelā p quos scribi voluit. Circa thema generale habet quisq̄ speciale stili priuilegiū. Qd̄ presignat in p̄pheta forma pictus sub discreta vult⁹ aīaliū. Supra celos dū ꝯscēdit sūmi p̄ris cōprehēdit natū ante scl'a. Pellens nubē nr̄e molis intuet iubar solis iohānes in aq̄la. Est leonis rugiētis marco vult⁹ resurgē

tis quo claret potētia. Uoce pr̄is excitatꝰ surgit xp̄s laureatꝰ imortali gl̄ia. Os humanū est mathei i humana forma dei dictātis ꝑsa piā. Cuiꝰ genus sic ꝯtexit q̄ a stirpe dauid exit ꝑ carnis materiam. Ritus bouis luce datur i qua forma figurat̄ noua resurrectio Ara crucis mā̄suetus hic mactat̄ sicq̄ȝ vetus trā̄sit obseruatio. Paradisi effluēta noua pluūt sacramēta q̄ descēdunt celitus. His quadrigis deportat̄ mūdo deus sublimatur istis arca vectibꝰ. Non est domus ruitura hac subnixa quadratura hec est domus dn̄i. Gl̄iemur i hac domo q̄ btē viuit homo deo iūctꝰ homini. Amen. Scd̄m Lucā. x.

IN illo tp̄e. Designauit dn̄s iesus ⁊ alios septuagita duos: et misit illos binos ante faciē suam in omnē ciuitatē ⁊ locū quo erat ipse vēturus. Et dicebat illis Messis quidē multa: operarij aūt pauci. Rogate ergo dn̄m messis: vt mittat operarios in messem suam. Ite. Ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū neq̄ȝ perā/ neq̄ȝ calciamēta: ⁊ neminē ꝑ viā salutaueritis. In quā̄cunq̄ȝ domū intraueritis: primū dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filiꝰ pacis: requiescet sup illū pax vestra. Sin autē: ad vos reuertet̄. In eadē autē domo manete: edētes ⁊ bibētes que apud illos sunt. Dignus est eni operariꝰ mercede sua. Non dr̄ Credo. nisi sit dn̄ica. Offert. Gloria ⁊ honore coronasti eū ⁊ constituisti eum super opera manuū tuarum domine. Secreta.

MUnera nr̄a dn̄e q̄s ꝓpiciatꝰ assume: et vt digne tuis famulemur altaribꝰ: scti tui nos luce euā̄geliste intercessione custodi. Per dn̄m. ❡ Herblā̄di. Secreta.

SAcris altaribꝰ dn̄e hostias suppositas scūs herblā̄dus abbas: in salutē nobis prouenire deposcat. Per dn̄m. Prefatio cōis. Cōio. Posuisti domine i capite eius coronā de lapide precioso. Postcōio.

REpleti dn̄e bn̄dictiōe celesti q̄s clemētiā tuā: vt intercedente sctō luca euā̄gelista: que humiliter gerimus: salubriter sentiamus. ꝑ do. Herblā̄di. Postcōio.

PRotegat nos dn̄e cū tui ꝑceptiōe sacramēti btūs herblā̄dus abbas pro nobis ītercedēdo: vt ꝯuersatiōis eiꝰ experiamur insignia ⁊ intercessiōis eiꝰ ꝑcipiamus suffragia. ꝑ do. ❡ Sauiniani ⁊ potētiani martyꝝ. Introitꝰ.

INtret in cōspectu tuo dn̄e gemitꝰ ꝯpeditorū redde vicinis nr̄is septuplum in sinu eoꝝ vindica sanguinē sanctoꝝ tuoꝝ qui effusus est. Ps. Deus venerunt gētes in hereditatē tuā: polluerunt tēplum sanctū tuū posuerūt hierusalē in pomorū custodiam. Oratio.

OMp̄s sempiterne deꝰ: qui ꝑ gl̄iosa bella certaminis ad immortales triūphos martyres tuos sauinianū et potētianū pōtifices ac socios eorū martyres extulisti: da cordibꝰ nr̄is dignā pro eorū cōmemoratiōe leticiā: vt quoꝝ corpora pio amore amplectimur coꝝ

precib⁹ adiuuemur. P do. Epła. Scti p fidẽ. In cõi. fo. vj. ℟. Glio sus de⁹ in sctis mirabilis in maiestate faciens pdigia. ℣. Dextera tua dñe glificata est in virtute dextera man⁹ tua ꝯfregit inimicos. Alła. ℣. Fulgebũt iusti ⁊ tã q̃ scintille in arũdineto discurrent in eternum. Prosa. Alła. Mirabilis. In cõi. fo. viij. Euãgeł. Descẽdens iesus de mõte. vts. fo. viij. Offerto. Letamini in dño ⁊ exultate iusti ⁊ gliamini omnes recti corde. Secreta.

SAcrificijs presentib⁹ dñe q̃s intẽde placat⁹: ⁊ intercedẽtibus sctis martyrib⁹ tuis sauiniano ⁊ potẽtiano ac socijs eorũ quorũ solẽnia celebramus: deuotioni nr̃e pficiãt ⁊ saluti. P d. Cõio. Posuerũt mortalia seruorꝝ tuorũ dñe escas volatilib⁹ celi carnes sctõꝝ tuorũ bestijs terre scdm magnitudinẽ brachij tui posside filios morti punitorꝝ. Postcõio.

PEr hui⁹ dñe opationẽ mysterij: et vicia nr̃a purgenť et intercedẽtib⁹ sctis martyrib⁹ sauiniano ⁊ potẽtiano ac socijs eorꝝ quorꝝ memoriã celebram⁹ iusta desideria ꝯpleanť. P do. Caprasij martyris. Orõ.

PResta q̃s ops de⁹: vt qui beati caprasij martyris tui natalicia colim⁹: intercessiõe eius in tui nois amore roboremur. p dñm. Secreta.

MUneribus nostris q̃s dñe precibusq; susceptis: ⁊ celestibus nos mũda mysterijs: ⁊ clemẽter exaudi. P dñm. Postcõio.

DA q̃s dñe deus nr̃: vt sicut cõmemoratiõe martyr̃ tui caprasij tpali gratulamur officio ita ppetuo letemur aspectu. P do

¶ Undeci miliũ ỽginũ. Introit⁹



GAudeamus oẽs in dño diem festũ celebrãtes sub honore sctãꝝ virginũ de quarũ passiõe gaudẽt angeli ⁊ collaudãt filiũ dei. ps. Eructauit cor meum verbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Gloria patri. Glia in excelsis. Oratio.

DA nobis q̃s dñe de⁹ nr̃: sanctaꝝ virginum martyrũq; tuaꝝ palmas incessabili deuotiõe venerari: vt quas digna mẽte nõ possumus celebrare: humilib⁹ saltẽ frequẽtemus obsequijs. P do.

Hylarionis confessoris. Oratio.

DA q̃sumus omps deus: vt beati hylarionis cõfessoris tui venerãda solẽnitas: ⁊ deuotionem nobis augeat ⁊ salutẽ. p do.

Ad Chorinthios. ij. x. et. xi.

QUi gloriať: in dño glorieť. Non eni qui seipm cõmendat/ille probatus est: sed quẽ deus cõmendat. Utinã sustineretis modicũ quid insipiẽtie mee: sed et supportate me. Emulor eni vos: dei emulatione. Despõdi eni vos vni viro: virginẽ castã: exhibere christo. ℟. Gliosus deus in sanctus suis mirabilis in maiestate faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est in virtute dextera manus tua cõfregit inimicos. Alleluia. ℣. Adducẽtur regi virgines post eam proxime eius offerenť tibi in leticia. Prosa. Uirgies egregie. Quere in cõi. folio. xui. Et in penultimo ỽsu diciť Ursula virgo veneranda. Euangeliũ. Simile est regnũ celorũ decem ỽginib⁹. In cõi

fo. xiij. Offõ. Filie regũ in honoꝛe tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circũdata varietate. Secreta.

COncede q̃s oĩps deꝰ: vt huiꝰ sacramẽti munꝰ oblatũ: fragilitatẽ nostrã ab oĩ malo purget semp ⁊ muniat. P d. Hylarionis Secre.

HOstias tibi dñe ꝓ cõmemoꝛatiõe scti hylarionis ꝯfessoꝛis tui offerimꝰ suppliciter depꝛecãtes: vt sicut illi ꝓbuisti sacrã fidei claritatẽ/ sic nobis ĩdulgẽtiã largiaris ⁊ pacẽ. P d. Cõio

Quinqꝫ pꝛudẽtes virgines acceperũt oleum in vasis suis cũ lãpadibꝰ media autẽ nocte clamoꝛ factus est ecce spõsus venit exite obuiam chꝛisto dño. Postcõio.

MUnera tua nos deꝰ a delectatiõibꝰ terrenis expediãt et ꝑ intercessionẽ sctãrum virginũ martyꝛũqꝫ tuaꝝ: celestibꝰ semp instruãt alimẽtis. P d. Hylarionis Postcõio.

PResta q̃s oĩps deus: vt de ꝑceptis muneribus grãs exhibẽtes: bñficia potiora sumamus. P. ¶ Melloni epi ⁊ cõfes. Introitꝰ.

STatuit ei dñs testamentũ pacis ⁊ ꝑncipẽ fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas ĩ eternũ. ps. Misericoꝛdias dñi: in eternum cãtabo. Glia patri. Gloꝛia in excelsis. Oꝛatio.

EXaudi dñe ꝑces nr̃as: quas in scti melloni cõfessoꝛis tui atqꝫ põtificis solẽnitate deferimꝰ: vt q̃ tibi digne meruit famulari: eius intercedẽtibꝰ meritis/ab oĩbꝰ nos absoluas pctis. P do. Epl̃a. Ecce sacerdos. In cõi. folio. x. R. Iurauit dñs ⁊ non penitebit eũ tu es sacerdos in eternũ scd̃m oꝛdinem melchisedech. V. Dixit dñs domĩo meo sede a dextris meis. Alla. V. Posui adiutoꝛiũ sup potẽtẽ ⁊ exaltaui electũ de plebe mea Pꝛosa. Supne matris. In cõi. folio. iiij. Euãge. Homo quidã peregre. In cõi. folio. x. Offꝫ. Ueritas mea ⁊ misericoꝛdia mea cũ ipso ⁊ in nomine meo exaltabit coꝛnu eiꝰ. Secreta

PRopiciare dñe supplicationibus nr̃is: ⁊ intercedẽte ꝓ nobis sctõ mellono confessoꝛe tuo atqꝫ põtifice his sacramẽtis celestibus seruiẽtes: ab oĩ culpa liberos esse concede: vt purificãte nos tua grã/ hisdẽ quibꝰ famulamur mysterijs emundemur. P do. Cõio.

Btũs seruꝰ quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ amen dico vobis sup oĩa bona sua cõstituet eum. Postcõio.

UT nobis domĩe tua sacrificia dent salutẽ: btũs mellonus cõfessoꝛ tuꝰ atqꝫ põtifex: q̃s pꝛecatoꝛ accedat. p d. ¶ Seuerini sicut de vno cõfes. epõ ꝑter orõnẽ. Orõ.

DEus qui beatũ seuerinũ cõfessoꝛẽ tuũ atqꝫ põtificẽ: hodierna die suscepisti: cõcede ꝓpicius: vt qui eius gaudemꝰ meritis ꝓuocemur exẽplis: ⁊ eiꝰ intercessiõe veniã et vitã habere mereamur eternã. Per dñm. Secreta.

HEc sacra nos q̃s dñe que ꝓ venerãdis bti seuerini confessoꝛis tui atqꝫ põtificis deferimꝰ meritis: vincula peccatoꝝ nostrorũ soluãt: et eius obtentu ab oĩbꝰ tueamur aduersis. p do. Postcõ.

DIgnũ munus ꝑpetue salutis sumẽtes clemẽtiã tuam

oĩs deus: supplices imploramus
vt btõ seuerino cõfessore tuo atq
põtifice itercedẽte vite celestis pre=
mia cõsequi mereamur. P dñm.

¶ Maglorij epĩ ⁊ cõfes. Introitꝰ.

STatuit ei dñs testamentũ
pacis ⁊ principẽ fecit eũ vt
sit illi sacerdotij dignitas
in eternũ. Ps. Misericordias dñi: i eter
nũ cãtabo. Glia pa. Glia in ex. Orõ.

EXaudi dñe pces nrãs: quas
in scti maglorij confessoris
tui atq põtificis solẽnitate deferi=
mus: vt q tibi digne meruit famu
lari: eiꝰ intercedẽtibus meritis/ab
oĩbus nos absoluas pctĩs. P do.
Epl'a. Ecce sacerdos. In cõi. fo.
x. R. Jurauit dñs ⁊ nõ penitebit cũ tu
es sacerdos in eternũ scdm ordinem mel
chisedech. V. Dixit dñs dño meo sede a
dextris meis. Alla. V. Posui adiutori
um sup potentẽ ⁊ exaltaui electũ de ple=
be mea. Prosa. Maglori iclite. In
cõi. fo. x. Euãgeliũ. Homo quidã
peregre. In cõi. fo. x. Offꝝ. Veri=
tas mea ⁊ misericordia mea cũ ipso ⁊ in
noĩe meo exaltabitur cornu eiꝰ. Secre.

PRopiciare dñe supplicatio
nibꝰ nrĩs: ⁊ intercedẽte pro
nobis sctõ maglorio cõfessore atq
põtifice his sacramẽtis celestibus
seruiẽtes ab omĩ culpa liberos es=
se ꝯcede: vt purificãte nos tua grã
hisdẽ qbus famulamur mysteriis
emũdemur. P. Cõio. Fidelis seruꝰ ⁊
prudẽs quẽ ꝯstituit dñs sup familiã suã
vt det illi in tpe tritici mẽsurã. Postcõ.

VT nobis domĩe tua sacri=
ficia dent salutẽ btũs ma=
glorius ꝯfessor tuꝰ atq põtifex qs
precator accedat. P. ¶ Crispini
et crispiniani marty. Introitus.

INtret in cõspectu tuo dñe
gemitꝰ ꝯpeditorũ redde vi
cinis nrĩs septuplum in si
nu eoꝝ vĩdica sanguinẽ sctõꝝ tuo
rũ qui effusus est. Ps. Deus venerũt
gẽtes in hereditatẽ tuã: pollucrũt tẽplũ
sctm̃ tuũ posuerunt hiẽrlm in pomoꝝ cu
stodiã. Glia pa. Glia in excel. Orõ.

DEus q nos ꝯcedis sanctorũ
martyꝝ tuoꝝ crispini ⁊ cri
spiniani natalicia colere: da nobis
in eterna btitudine de eoꝝ societa=
te gaudere. P. Lupi epĩ mẽoria.

DA qs oĩs deꝰ: vt btĩ Orõ.
lupi cõfessoris tui atq põti
ficis venerãda solennitas: ⁊ deuo
tionẽ nobis augeat ⁊ salutẽ. Per.
Epl'a. Scti p fidẽ. In cõi. fo. vj.
R. Gl'iosus deꝰ in sctĩs mirabilis in ma
iestate faciẽs pdigia. V. Dextera tua dñe
gl'ificata est in virtute dextera manꝰ tua
ꝯfregit inimicos. Alla. V. Fulgebũt iu
sti ⁊ tanq scintille in arũdineto discurrẽt
in eternũ. Prosa. Alla. Mirabilis.
In cõi. fo. viij. Euãgel'. Descẽdẽs
ie. de mõte. In cõi. fo. viij. Offꝝ.
Letamini in dño ⁊ exultate iusti ⁊ gl'ia=
mini omnes recti corde. Secreta.

MUnera tibi dñe nrẽ deuoti
onis offerimꝰ: q et p tuorũ
tibi grata sint honore sctõꝝ: ⁊ no=
bis salutaria te miserãte reddant
Per. ¶ Sancti lupi. Secreta.

HOstias tibi dñe p cõmemo
ratiõe scti lupi ꝯfessoris tui
atq pontificis offerimus supplici
ter deprecãtes: vt sicut illi prebui=
sti sacram fidei claritatẽ/sic nobis

indulgētiā largiaris ⁊ pacē. Per.
Cōio. Posuerūt mortalia seruoꝝ tuorū dñe escas volatilibꝰ celi carnes sctōꝝ tuoꝝ bestijs terre scdm magnitudinem brachij tui posside filios mortipunitorū.
Postcōio.
PResta nobis q̄s dñe: intercedētibꝰ sctis tuis crispino ⁊ crispiniano: vt q̄ ore cōtigimꝰ: pura mēte capiamus. P.
Lupi. Postcōio.
PResta q̄sumus oṗs deꝰ: vt de perceptis muneribꝰ grās exhibētes: beneficia potiora sumamus. P do.
¶ In vigil. apłoꝝ simōis ⁊ iude. Si dñica fuerit. Missa erit de dñica. Et mēo. de vigilia. Introitus
INtret in cōspectu tuo dñe gemitꝰ ꝯpeditorū redde vicinis nr̄is septuplum in sinu coꝝ vindica sanguinē sanctoꝝ tuoꝝ qui effusus est. ps. Deus venerunt gētes in hereditatē tuā: polluerunt tēplū sanctū tuū posuerūt hierusalem in pomorū custodiā. Glia pa.
Oratio.
COncede q̄s oṗs deus: vt sicut apłoꝝ tuorū simonis et iude: gl'iosa natalicia preuenimꝰ: sic ad tua bñficia ꝓmerēda maiestatē tuā ꝑ nobis ipsi ꝑueniāt. P.
Epła. Hi sunt viri. In cōi. fo. vj.
℟. Uindica dñe sanguinē sctōꝝ tuorū qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruoꝝ tuoꝝ dñe escas volatilibꝰ celi carnes sctōꝝ tuoꝝ bestijs terre. Euāgel. Hec mādo. In cōi. fo. ij. Nō dicit Credo. Offr. Exultabūt scti in gl'ia letabunt in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorum.
Secreta.
MUneribus nr̄is dñe apłoꝝ tuoꝝ simonis et iude festa precedimus q̄s: vt que conscientie nostre prepediunt obstaculis: illorum meritis grata pro nobis tibi reddātur. P dñm. Cōio. Iustorū aīe in manu dei sunt ⁊ nō tāget illos tormētū malicie visi sunt oculis insipientiū mori illi aūt sunt in pace.
Postcōio.
SUmpto dñe sacramēto suppliciter deꝑcamur: vt intercedētibꝰ apłis tuis simone ⁊ iuda que tpaliter gerimꝰ: ad vitā capiamus eternam. P dñm.
¶ In die apłoꝝ simonis ⁊ iude. Introitus
MIchi autē nimis honorati sunt amici tui deus nimis ꝯfortatus est principatus eoꝝ. ps. Dñe probasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā ⁊ resurrectionē meā. Glia pa. Glia in excelsis.
Oro.
DEus qui nos ꝑ beatos apostolos tuos simonē et iudā: ad agnitionē tui nominis peruenire tribuisti: da nobis eorū gloriā sempiternā: et proficiendo celebrare: et celebrando proficere. P dñm.
Pharonis epi. Oratio.
DA q̄sumus omnipotēs deꝰ: vt beati pharonis confessoris tui atq꜄ pōtificis venerāda solennitas: ⁊ deuotionem nobis augeat ⁊ salutem. Per dñm.
¶ De trāslatione sctē genouefe. Oratio.
DEus q̄ nos hodierna die beatissime genouefe virginis trāslatiōe tribuisti gaudere: ꝯcede ꝓpicius: vt eiꝰ adiuuemur meritis cuiꝰ castitatis instruimur exēplis. P dñm. Epła. Iā nō estis. In cōi folio. j. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis cōfortatꝰ est principatꝰ

eorū. ℣. Dinumerabo eos et sup arenā multiplicabūtur. Alla. ℣. Nō vos me elegistis sed ego elegi vos ⁊ posui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis et fructus vester maneat. Prosa. Clare scōꝝ. In cōi fo. pmo. Euāge. Hoc est pcepe. In cōi. fo. i. Credo. Offr. In omnem terram exiuit sonus eorū ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Gloriā dñe sctōꝝ apl'orū tuorū simonis ⁊ iude ppetuam recolētes q̄s: vt eādē sacris muneribus expiati: digni⁹ celebremus. p dñm. ℂ Pharonis. Secreta.

Hostias tibi dñe p cōmemoratiōe scti pharonis confessoris tui atq; pontificis offerimus suppliciter deprecātes: vt sicut illi prebuisti sacrā fidei claritatem/ sic nobis indulgentiā largiaris ⁊ pacem. p do. Genouefe. Secreta.

Munera ppl'i tui q̄s dñe placat⁹ assume: ⁊ btē genouefe virginis trāslatiōe a cūctis nexibus eoꝝ ꝓpiciatus absolue. P do. Prefatio. Te dñe sup. Cōio. Uos qui secuti estis me sedebitis sup sedes iudicātes duodeci trib⁹ israel. Postcōio.

Perceptis dñe sacramentis supplices te rogam⁹: vt intercedētib⁹ scis tuis apl'is simone et iuda: que p illoꝝ venerāda gerimus passione: nobis proficiāt ad medelā. p dñm. Pharonis epi.

Presta q̄s ops de⁹ Postcō. vt de perceptis muneribus grās exhibētes: bñficia potiora sumamus. p. Genouefe. Postcōio.

Repleti muneris sacri oblatiōe q̄s dñe deus nr̄: vt i cuius hec trāslatione peregimus: ei⁹ semp meritis adiuuemur. p dñm

ℂ Lucani martyris. Introitus.

Letabit iustus i dño ⁊ sperabit in eo/ et laudabūtur oēs recti corde. ps. Exaudi deus orationē meā cū deprecor: a timore inimici eripe animā meam. Gloria pa. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus q̄ nos bti lucani martyris tui annua solēnitate letificas: cōcede ꝓpicius: vt cui⁹ natalicia colimus: etiā actiōes imitemur. p do. Epl'a. Btūs vir qui in sapiē. In cōi. fo. iiij. ℞. Posuisti domine sup caput ei⁹ coronā de lapide precioso. ℣. Desideriū aīe eius tribuisti ei ⁊ volūtate labioꝝ eius nō fraudasti eum. Alla. ℣. Letabit iustus in dño ⁊ sperabit in eo ⁊ laudabunt omēs recti corde. Prosa. Supne ma. In cōi. fo. iiij Euāge. Si q̄s vult. In cōi. fo. iiij Offr. Gl'ia ⁊ honore coronasti eū ⁊ ꝯstituisti eū sup opa manuū tuarū domine.

Hostias tibi dñe Secreta. bti lucani martyris tui dicatas meritis benign⁹ assume: et ad ppetuū nobis tribue prouenire subsidiū. p do. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipm ⁊ tollat crucē suā ⁊ sequatur me. Postcōio.

Quesumus ops de⁹: vt q̄ celestia alimēta pcepim⁹: intercedēte btō lucano martyre tuo p hec cōtra aduersa omia muniamur. p dñm. ℂ In vigilia omniū sctōꝝ etiā si fuerit dñica. Introit⁹

Timete dñm oēs sancti ei⁹ q̄m nichil deest timētibus eū diuites eguerūt ⁊ esurie

runt/inquirētes aūt dn̄m non deficiēt om̄i bono. ps. Benedicā dn̄m in omni tpe: semp laus eius in ore meo. Gloria patri. Nō dicitur. Gloria in excelsis. nisi sit dn̄ica. Oratio.

Domine deus noster multiplica sup nos gratiā tuā: et quoꝝ preuenim⁹ glo̾sa solennia: tribue subsequi in sctā ꝓfessiōe leticiā. P do. Mēo. scti qntini. Orō

Adesto dn̄e supplicationib⁹ nr̄is: et intercessione beati quintini martyris tui: ꝑpetuā nobis misericordiā benign⁹ impēde. P do. Lcō libri apocalypsis beati Johānis apl̄i.

In dieb⁹ illis. Ecce ego iohānes vidi i medio throni: et q̄ttuor aīaliū et in medio senioꝝ agnū stātē tanq̄ occisum: habētē cornua septē/et oculos septē: qui sunt septem sp̄us dei missi in omnē terrā. Et venit/et accepit de dextera sedētis in throno librū. Et cū aperuisset librū quattuor aīalia: et vigintiquattuor seniores ceciderūt corā agno: habētes singuli citharas et phialas aureas plenas odoramētoꝝ: q̄ sunt orationes sctōꝝ. Et cantabāt cāticum nouū dicētes. Dignus es domine deus accipere librū: et aperire signacula ei⁹: qm̄ occisus es: et redemisti nos deo i sanguine tuo ex omni tribu/et lingua/et ppl̄o/et natiōe: et fecisti nos deo nostro regnū/et sacerdotes: et regnabūt super terrā. Et vidi/ et audiui vocē angeloꝝ multoꝝ in circuitu throni et senioꝝ et animaliū: et erat numerus eoꝝ milia miliū: voce magna dicētiū. Salus deo nostro sedenti super thronum et agno. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutē/et fortitudinē/et gloriā/ et benedictionē: in secula seculorum. Amen. R. Timete dn̄m omnes sancti ei⁹ quoniā nichil deest timentibus eū. V. Inquirētes autē dn̄m nō deficient omni bono. Si sit dn̄ica. Alleluia. V. Sancti et iusti in dn̄o gaudete vos elegit deus in hereditatē sibi. Prosa nulla. Euāgeliū. Descēdens iesus de monte. In cōi. fo. viij. Nō dicit Credo. nisi sit dn̄ica. Offr. Letamini in domino et exultate iusti et gloriamini omēs recti corde. Secreta.

Altare tuū dn̄e deus munerib⁹ sacris cumulam⁹ oblatis: da q̄s. vt ad salutē nostrā omniū sctōꝝ deprecatione proficiant quorū solennia ventura precurrimus. P do. Quintini. Secreta

Hostias dn̄e quas tibi offerimus ꝓpicius suscipe: et intercedēte beato quintino martyre tuo/vincula peccatoꝝ nostroꝝ absolue. P. Cōio. Beati mundo corde qm̄ ipsi deū videbunt beati pacifici qm̄ filij dei vocabunt beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiā quoniā ipsoꝝ est regnum celorum. Postcōio.

Sacramentis et gaudijs domine optata celebritate expletis q̄s: vt eoꝝ precibus adiuuemur: quoꝝ recordationib⁹ exhibētur. P. Quintini. Postcōio.

Presta q̄s dn̄e vt sacramenti tui participatione vegetati: scti quoq martyris tui quintini precibus adiuuemur. P dn̄m


In die omniũ sanctorum.


Gaudeamus omẽs in dño diẽ festũ celebrã-tes sub honore sctõꝝ oĩm de quorũ solẽni-tate gaudent angeli/ et collaudant filiũ dei. ps. Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio. Glo ria patri. Gloria in excelsis. Orõ.

Omĩps sempiterne deꝰ q̇ nos oĩm scõꝝ merita sub vna tri buisti celebritate venerari: q̃s. vt desideratã nobis tue ꝓpiciationis abũdãtiã: multiplicatis ĩtercesso-ribꝰ largiaris. P do. Mẽo. nulla

Lcõ li. apocalypsis bti Johãnis apłi. vij.

Ecce ego iohãnes vidi alterũ angelũ ascẽdẽtẽ ab ortu solis: habẽtẽ signũ dei vi-ui: ⁊ clamauit voce magna/ quat-tuor angelis q̇bus datũ est nocere terre et mari dicẽs. Nolite nocere terre ⁊ mari neq; arboribꝰ/ quoad usq; signemꝰ seruos dei nr̃i in frõ-tibus eorũ. Et audiui numerũ si-gnatorũ cẽtũquadraginta q̃ttuor milia signati: ex oĩni tribu filiorũ isrł. Ex tribu iuda: duodecim mi-lia signati. Ex tribu ruben: duo-decĩ milia signati. Ex tribu nepta lĩ: duodecĩ milia signati. Ex tribu aser: duodecĩ milia signati. Ex tri bu gad: duodecĩ milia signati. Ex tribu manasse: duodecim milia si gnati. Ex tribu symeon: duodecĩ milia signati Ex tribu leui: duode cĩ milia signati. Ex tribu isachar duodecim milia signati. Ex tribu zabulon: duodecim milia signati Ex tribu ioseph: duodecĩ milia si-gnati. Ex tribu beniamin: duode cim milia signati. Post hec vidi turbã magnã quam dinumerare nemo poterat: ex oĩbus gentibus et tribubus/ ⁊ populis/ ⁊ linguis/ stãtes ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis: et palme in manibꝰ eorũ. Et clamabãt vo-ce magna dicẽtes. Salus deo no-stro: qui sedet sup thronũ et agno Et omẽs angeli stabãt in circuitu throni ⁊ seniorum ⁊ quattuor ani malium: et ceciderunt in cõspectu throni in facies suas. Et adoraue runt deũ: dicentes amen. Benedi ctio et claritas: ⁊ sapientia: ⁊ gra-tiarũ actio: honor/ ⁊ virtus/ et for-titudo deo nostro: in scła seculorũ Amen. ℞. Gl'iosus deus in sctis suis mirabilis in maiestate faciens prodigia.

℣. Dextera tua dñe gl'ificata est in virtu
te dextera manus tua cōfregit inimicos
Alla. ℣. Judicabūt scti natiōes ⁊ dña
būtur pp'lis ⁊ regnabit illoꝝ rex i eternū
Alleluia. Christo Prosa.
Alleluia. Christo
inclita cādida nr̄a canunt
melodia agmina. Laudes oībus
dātia sctis per hec sacrata festalia
Mariā primū vox sonet nostra p
quā nobis sunt vite data premia.
Regina que es mater et casta ter-
ge nr̄a per filiū facinora. Angelo-
rum cōtio sacra ⁊ archāgeloꝝ tur
ma valida. Nostra diluāt iā pctā
prestādo supnā celi gloriā. Tu p-
pheta preco lucerna atqꝫ plusquā
ppheta. In lucida nos pone via
emundās nr̄a corpa. Ap'loꝝ prin
ceps oīm ⁊ cuncta simul caterua.
Jā corrobora vera q̄sumus in do
ctrina plebis pectora. Stephane
gl'iose rutilans in corona sctōrūqꝫ
martyꝝ turma valida. Fortia da
te corda corpa eque firma nr̄a vt
hostē vincāt rite spicula. Martine
inclite presulū oīs caterua. Susci-
pe nūc pia hec nr̄a clemēs precata
Regina virginū Diuisio.
premaxima tu mater es in-
corrupta v'go et grauida. Sacra
ta dño ⁊ castitas nr̄as serua aīas
mundaqꝫ corpora. Electorū vene
rāda suffragia. Omniūqꝫ scōꝝ cō
tubernia. Per precata assidua no
stra gubernent tpa. Nosqꝫ ducāt
ad superna polorū vera gaudia.
Subiūgāt piū agmina. Amen re
dempta. Secundū Mattheū. v.
In illo tpe. Uidēs iesus tur-
bas: ascēdit in montem. Et
cū sedisset: accesserūt ad eū discipu
li eius. Et aperiēs os suū: docebat
eos dicēs. Beati pauperes spiritu
quoniā ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Be
ati mites: quoniā ipsi possidebūt
terrā. Beati qui lugēt: quoniā ip-
si cōsolabunt. Beati qui esuriunt
et sitiunt iusticiā: quoniā ipsi satu
rabunt. Beati misericordes: quo
niā ipsi misericordiā consequētur.
Beati mūdo corde: quoniā ipsi de
um videbūt. Beati pacifici: quo-
niā filij dei vocabūtur. Beati qui
persecutionē patiūtur ꝓpter iusti-
tiam: quoniā ipsoꝝ est regnū celo
rum. Beati eritis cū maledixerit
vobis hoīes: et persecuti vos fue-
rint et dixerint omne malū aduer
sum vos mētientes ꝓpter me. Gau
dete in illa die ⁊ exultate: qm̄ mer
ces vestra: copiosa est i celis. Cre
do. Offꝫ. Mirabilis deus in sctis suis
deꝰ israel ipe dabit virtutē ⁊ fortitudinē
plebi sue benedictus deus. Secreta.
Munera tibi dñe nr̄e deuoti
onis offerimus: q̄ et p cun
ctoꝝ tibi grata sint honore sctōrū
et nobis salutaria te miserāte red
dātur. P do. Prefatio cōis. Cōio.
Gaudete iusti in domino alla rectos de
cet collaudatio alleluia. Postcōio.
Da q̄s dñe fidelibꝰ pp'lis om
niū sctōrū semp veneratiōe
letari: ⁊ eoꝝ ppetua supplicatione
muniri. P do. ¶ Nota q̄ istud fe
stū nō habet octa. ¶ In cōmēora-
tiōe defūctoꝝ post tertiā ⁊ pcessio-
nē dn̄r cōmēdatiōes vt infra. Si
dñica fuerit: fit aq̄ bn̄dicta in loco
secreto. Ad missam. Introitus.



Requiẽ eternam dona eis dñe et lux ꝑpetua luceat eis. ps. Te decet hymn⁹ deus in syon: ⁊ tibi reddetur votum in hierusalẽ: exaudi orõnẽ meã ad te oĩs caro veniet. Orõ.

Fideliũ deus oĩm cõditor ⁊ redẽptor aiab⁹ famulorũ famularũq; tuarꝫ remissionẽ cunctorũ tribue pctõꝝ: vt indulgẽtiã quã semp optauerũt / pijs supplicationib⁹ cõsequant̃. Qui viuis.

Lcõ libri machabeorꝫ. ij. xij.

In diebus illis. Vir fortissimus iudas collatione facta duodecim milia dragmas argẽti misit hierosolymã offerri ea ibi ꝓ pctis mortuorꝫ: iuste ⁊ religiose de resurrectiõe cogitãs. Nisi eñi eos qui ceciderãt resurrecturos speraret: supfluũ videret̃ et vanũ / orare ꝓ mortuis. Et quia cõsiderabat / ꝙ hi qui cũ pietate dormitionẽ acceperãt: optimã haberẽt repositã grãm. Scã ergo et salubr̃ est cogitatio ꝓ defunctis exorare: vt a pctis soluãtur. ℟. Si ambulẽ in medio vmbre mortis non timebo mala qm̃ tu mecũ es dñe. ℣. Virga tua et bacul⁹ tuus ipa me cõsolata sũt. Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ / ita desiderat aĩa mea ad te deus. ℣. Sitiuit aĩma mea ad deum viuũ quãdo veniã et apparebo ante faciẽ dei mei. ℣. Fuerũt michi lachrymẽ mee panes die ac nocte: dum dicitur michi ꝑ singulos dies vbi est deus tuus.

Secundũ iohãnẽ. quĩto.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen amẽ dico vobis quia venit hora ⁊ nunc est: quãdo mortui audiẽt vocẽ filij dei: et qui audierint viuent. Sicut eñi pater habet vitã in semetipo: sic dedit et filio vitã habere in semetipso. Et potestatẽ dedit ei iudiciũ facere: qꝛ filius hominis est. Nolite mirari hoc: qꝛ venit hora in qua omnes qui in monumẽtis sũt: audiẽt vocem filij dei. Et procedẽt qui bona fecerũt: in resurrectionẽ vite. Qui vero mala egerũt: ĩ resurrectionẽ iudicij. Offertoriũ. Dñe iesu xpe rex glõe libera aĩas oĩm fideliũ defunctorũ de manu inferni ⁊ de profundo lacu libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne cadãt in obscura tenebrarꝫ loca sed signifer sc̃tus michael repñsentet eas in lucẽ sanctã. Quam olim abrahe ꝓmisisti et semini eius. ℣. Hostias et preces tibi domĩe offerim⁹. Tu suscipe ꝓ aiab⁹ illis quarũ hodie memoriã agimus fac eas dñe de morte transire ad vitã sanctã Quam olim. vtsupra. Secreta.

Hostias quas tibi domĩe ꝓ animab⁹ famulorũ famularumq; tuarũ offerimus ꝓpiciatus intende: vt quib⁹ fidei xpiane meritũ cõtulisti / dones et p̃mium. P dñm. Cõio. Lux eterna luceat eis domine: cũ sanctis tuis ineternum quia pius es. Postcõio.

Animabus q̃sum⁹ domĩne famulorꝫ famularũq; tuarum oratio proficiat supplicantiũ vt eas ⁊ a peccatis oĩbus exuas / ⁊ tue redemptiõis facias esse participes. Qui viuis. ¶ Sancti marcelli epi parisiensis. Introitus.

Statuit ei dñs testamentũ pacis: ⁊ pricipẽ fecit eũ/ vt sit illi sacerdotij dignitas in eternũ. ps. Misericordias dñi ĩeternũ cãtabo. Glia pa. Glia in ex. Oro.

Da nob q̃s dñe famulis tuis ĩuiolabilẽ fidei firmitatẽ vt bti marcelli confessoris tui atq; põtificis trãsitũ celebrãtes: merit ipius interueniẽtib⁹: regni celestis gaudia conseq̃mur. P dñm nr̃m.

Guinali abbatis. Oratio.

Intercessio nos q̃s dñe beati guinali abbatis cõmẽdet vt qđ nr̃is meritis nõ valem⁹: ei⁹ patrocinio asseq̃mur. P do.

De sctõ marcello p octauas. Oratio.

Exaudi dñe p̃ces nr̃as quas in scti marcelli ɔfessoris tui atq; põtificis solẽnitate deferim⁹: vt q̃ tibi digne meruit famulari: eius ĩtercedẽtibus meritis ab omnibus nos absoluas peccatis. P dñm. Epistola. Ecce sacerdos. In cõi fo. x. ℞. Ecce sacerdos magn⁹ qui in dieb⁹ suis placuit deo. ℣. Nõ est inuẽtus similis illi q̃ conseruaret legẽ excelsi. Alla. ℣. Posui adiutoriũ sup potẽtem et exaltaui electũ de plebe mea. Prosa.

Gaude supna ciuitas noua frequentãs cãtica. Accrescit tibi dignitas murorꝝ surgit fabrica. Faber ⁊ fabri fili⁹ te restaurãt in meli⁹. Fabri mẽs et ĩdustria relucet in materia. In tua trãsit menia marcell⁹ gẽma p̃sulũ. Tibi p̃sens ecclia p̃sentat hũc carbũculũ Chor⁹ ɔcordi spũ psallat in ei⁹ trãsitu. Grex pastor miracula retractet mente sedula. Dũ ferrũ cãdẽs ponderat adhuc etate tenera. Calorem tactu tẽperat ferri predicit põdera. Dum seruus xp̃i p̃suli ministrat aque calicẽ. Christ⁹ ad laudem seruuli mutat in vinũ laticẽ. Nec min⁹ est miraculũ quod succedit in ordine dũ ferẽs aque vasculũ haurit crisma de flumine. Vinũ ⁊ crisma presulis p̃ferebant indicia p quẽ baptisma pp̃lis p quẽ sacrat hostia. Gradu minor q̃ meritis vocẽ laxat antistitis pmot⁹ in pontificẽ fert opem reo duplicẽ Sacris astãs altarib⁹ vinctũ videt in populo soluit a pene nexib⁹ et a pcti vinculo. In serpẽte visibili triũphat inuisibilẽ sic xp̃us inuisibili ꝟtute ditat humilẽ. Seq̃ns ꝟsus dicit ter. Marcelle pater respice nos pietatis oculo. Sub huius adhuc lubrice carnis gemẽtes vinculo. Te diligẽtes vnice te recolẽtes sedulo. Consors lucis angelice celi subscribe titulo. Amen. Euãgeliũ. Sint lũbi. In cõi folio xj. Nõ dicit. Credo. nisi sit dñica Offer. Ueritas mea ⁊ mia mea cũ ipso et in nomine meo exaltabit cornu eius. Secreta.

Propiciare dñe supplicatiõibus nr̃is: ⁊ intercedẽte pro nobis sctõ marcello ɔfessore tuo atq; põtifice his sacramentis celestib⁹ seruiẽtes: ab omni culpa liberos esse cõcede: vt purificante nos tua gr̃a: hisdẽ q̃bus famulamur mysterijs emũdemur. P dñm.

Scti guinali. Secre.

Sacris altarib⁹ dñe hostias suppositas sctũs guinalus abbas: ĩ salutẽ nob puenire depo-

scat. P Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilātē amē dico vobis sup oia bona sua constituet eum.

Ut nobis dñe tua Postcō. sacrificia dent salutē: btūs marcellus cōfessor tuus atqz pōtifex: qs precator accedat. P dñm.

Scti guinalli. Postcōio.

Protegat nos dñe cū tui pceptiōe sacramēti: btūs guinalus abbas p nobis itercedēdo: vt cōuersatiōis ei9 expiamur insignia: et intercessiōis ei9 pcipiamus suffragia. P. Prima die octa. nisi sit dñica: et sic i alijs dieb9. Introi.

Sacerdotes tui dñe induāt iustitiā / et scti tui exultent: pter dauid seruū tuū nō auertas faciē xpi tui. Ps. Memēto dñe dauid et ois māsuetudinis ei9. Glia pri. Glia in excel. Et p octa. Orō.

Exaudi dñe pces nras: quas in scti marcelli confessoris tui atqz pōtificis solēnitate deferim9: vt q tibi digne meruit famulari: ei9 intercedētib9 meritis: ab oibus nos absoluas pctis. P Epla. Justū de. In cōi fo. x. R. Jurauit dñs et nō penitebit eū tu es sacerdos ieternū scdm ordinē melchisedech. V. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Alla. V. Justus germinabit sicut liliū et florebit ieternū ante dñm. Nō dr psa. nec i alijs pu atis dieb9 octa. Euāgeliū Hō qdā pegre. In cōi fo. x. Offr. Jnueni dauid seruū meū et in oleo scto vnxi eū man9 eni mea auxiliabit ei et brachiū meū cōfortabit eū. Secreta

Propiciare dñe supplicatiōnib9 nris: et intercedēte pro nobis sctō marcello cōfessore tuo atqz pōtifice his sacramētis celestibus seruiētes / ab omni culpa liberos esse concede: vt purificāte nos tua gra / hisdē quib9 famulamur mysterijs emūdemur. P d. Cōio.

Domie quiqz talēta tradidisti michi ecce alia quiqz suplucrat9 sum euge serue fidelis qr in pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā intra in gaudium dñi tui.

Ut nobis dñe tua Postcō. sacrificia dent salutē: btūs marcell9 cōfessor tu9 atqz pontifex qsumus pcator accedat. P dñm.

Clari epi et mar. Introitus.

Letabit iust9 in dño et sperabit in eo: et laudabūtur oēs recti corde. Ps. Exaudi de9 orōnē meā cū depcor: a timore inimici eripe aiam meā. Glia pa. Gla in ex.

Infirmitatē nram Oratio respice ops de9: et qa pōdus ppie actiōis grauat bti clari martyris tui atqz pōtificis: intercessio gliosa nos ptegat. P. Leti pbri meō. Orō.

Da qs ops de9 vt bti leti confessoris tui venerāda solēnitas: et deuotionē nob augeat et salutē. P. De scō marcello. Orō. Exaudi dñe. vts. Epla Btūs vir q inuētus. In cōi. fo. iij. R. Posuisti dñe sup caput eius coronā de lapide pcioso. V. Desideriū aie ei9 tribuisti ei et volūtate labior ei9 nō fraudasti eū. Alla. V. Letabit iust9 in dño et sperabit in eo et laudabunt oēs recti corde. Prosa. Supnemris. In cōi fo. iiij. Euāg. Si qs vult. In cōi fo. iiij. Offr. Posuisti domie in capite ei9 coronā de lapide precioso vitam petyt a

Hte ⁊ tribuisti ei alleluia. Secre.

Hostias tibi dñe clari martyris tui atq; põtificis dicatas meritis benign⁹ assume: ⁊ ad ꝑpetuũ nob̃ tribue ꝑuenire subsidiũ. p. d.

Hostias tibi Leti. Secre. dñe ꝑ cõmemoratiõe scti leti cõfessoris tui offerim⁹ supplicit dep̃cãtes: vt sicut illi p̃buisti sacrã fidei claritatẽ / sic nobis ĩdulgẽtiã largiaris ⁊ pacẽ. P dñm. De sctõ marcello. Secre. Propiciare dñe vts. Cõio. Qui vult venire post me abneget semetip̃m ⁊ tollat crucẽ suã ⁊ seq̃tur me. Postc.

Refecti participatiõe mũeris sacri q̃s dñe de⁹ noster: vt q̇b⁹ exeq̇mur cultũ: sentiam⁹ effectũ. p d. Leti. Postc.

Presta q̃s oṗs de⁹: vt de ꝑceptis munerib⁹ grãs exhibẽtes: bñficia potiora sumamus. P dñm. De sctõ marcello. Postcõio. Ut nobis dñe. vts. ℂ Tertia die octa. scti marcelli. Introitus.

Os iusti meditabit sapientiã et lĩgua ei⁹ loquet iudiciũ: lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹. ps. Noli emulari in malignãtibus neq; zelaueris faciẽtes iniq̇tatẽ. Glia. Orõ.

Exaudi dñe p̃ces nr̃as quas in scti marcelli ꝯfessoris tui atq; põtificis solẽnitate deferim⁹ / vt q̇ tibi digne meruit famulari: ei⁹ intercedẽtib⁹ meritis / ab oĩbus nos absoluas pctĩs. P. Epl̃a. Dilectus deo. In cõi fo. x. R. Inueni dauid seruũ meũ oleo sãcto meo vnxi eũ manus eni mea auxiliabit ei et brachiũ meũ cõfortauit eũ. V. Nichil ꝓficiet inimicus in eo ⁊ filius iniq̇tatis nõ nocebit eũ. Alla. V. Iste sctũs digne in memoriã vertit hoĩm qui ad gaudiũ trãsiit angelorum. Euãg. Uigilate q2 nescitis. In cõi. fo. xj. Offer. Desideriũ aĩe eius tribuisti ei dñe ⁊ volũtate labiorum eius non fraudasti eũ posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide precioso. Secreta.

Propiciare dñe supplicatiõib⁹ nr̃is: ⁊ ĩtercedente pro nob̃ scõ marcello ꝯfessore tuo atq; põtifice his sacramẽtis celestib⁹ seruiẽtes / ab oĩ culpa liberos esse concede: vt purificãte nos tua gratia hisdẽ q̇bus famulamur mysterijs emũdemur. P d. Cõio. Semel iuraui in sctõ meo semẽ eius ineternũ manebit et sedes eius sicut sol in conspectu meo / ⁊ sicut luna ꝑfecta ineternũ ⁊ testis in celo fidelis. Postc.

Ut nob̃ dñe tua sacrificia dent salutẽ: btũs marcell⁹ confessor tuus atq; põtifex / q̃s p̃cator accedat. P

ℂ Herculiani epi ⁊ mar. Oratio.

Infirmitatem nr̃am respice oṗs deus: et q̇a põdus ꝓprie actionis grauat: beati herculiani martyris tui atq; põtificis: intercessio gl̃iosa nos ꝓtegat. p. Secr.

Hostias tibi dñe herculiani martyris tui atq; põtificis dicatas meritis benign⁹ assume: et ad ꝑpetuũ nobis tribue ꝑuenire subsidiũ. P dñm. Postcõio.

Refecti ꝑticipatiõe muneris sacri q̃s dñe de⁹ nr̃: vt cui⁹ exeq̇mur cultũ sentiam⁹ effectũ. P

Quarta die octa. Introitus.

Sacerdotes dei benedicite dñm / scti et humiles corde laudate deũ. ps. Benedicite

oīa opa dñi dño: laudate et superexaltate eū in secula. Gl'ia pr̄i. Gl'a in ex. Oro Exaudi dñe. vts. ℞. Dñe p̄uenisti eū in b̄ndictionib⁹ dulcedinis posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. ℣. Uitā petijt ⁊ tribuisti ei lōgitudinē dierū in sclm seculi. All'a. ℣. Inueni dauid seruum meū ⁊ oleo scō vnxi eū. Euāge. Nemo accēdit. In cōi fo. xj. Offer. Inueni dauid seruū meū ⁊ in oleo sācto vnxi eū man⁹ eni mea auxiliabit' ei ⁊ brachiū meū cōfortabit eū. Secreta. Propiciare dñe. vts. Cōio. Fidelis seru⁹ et prudēs quē constituit dñs sup familiā suā vt det illi i tp̄e tritici mēsurā. Post cōio. Ut nobis dñe. Cetera vts.

¶ Dñica infra octa. Sicut in die. Oro. Exaudi. Prosa. Gaude. In octa scti marcelli sicut i die. Oro. Da nob. cū meōria q̄ttuor coronatorum. Oro.

PResta q̄s oīps de⁹: vt q̄ gl'iosos martyres tuos seuerū / seuerianū / carpoforū atq; victorinū: fortes in sua cōfessione cognouim⁹: pios apud te in nr̄a intercessiōe sentiam⁹. P dñm

BEnedictio tua dñe Secre. larga descēdat: q̄ ⁊ munera nr̄a dep̄cantib⁹ sctis tuis tibi reddat accepta: ⁊ nob sacramentū redēptiōis efficiat. P do. Postcōio.

CElestib⁹ sacramentis refecti et gaudijs supplices te dñe dep̄camur: vt quorū gl'iamur triumphis: p̄tegamur auxilijs. p d.

¶ Sancti maturini. Introitus.

Os iusti meditabit' sapientiā / et ligua eius loquet' iudiciū / lex dei eius in corde ipsi⁹. Ps. Noli emulari in malignātib⁹ neq; zelaueris faciētes iniq̄tatē. Gl'ia pr̄i Gl'ia in excelsis. Oratio.

PRopiciare q̄s dñe nobis famulis tuis: p scti maturini cōfessoris tui merita gl'iosa: vt eius pia itercessiōe ab oībus semp p̄tegamur aduersis. P dominū.

¶ Theodori martyris. Oratio.

DEus qui nos bti theodori martyr' tui gl'iosa cōfessiōe circūdas ⁊ protegis: presta nobis eius imitatiōe p̄ficere: ⁊ oratione fulciri. P dñm nr̄m. Ep̄la Dedit do. In cōi fo. x. ℞. Dñe p̄uenisti eū in benedictiōib⁹ dulcedis posuisti in capite eius coronā de lapide p̄cioso. ℣. Uitā petijt et tribuisti ei lōgitudinē dierū in sclm scli. All'a. ℣. Justus germinabit sicut liliū et florebit īeternū ante dñm. vel. All'a. ℣. Maturine dulcis puer impetra nobis veniā qui tuos fuisti dign⁹ genitores cōuertere ad dñm. Prosa Superne m̄ris. In cōi fo. iiij. Euāge. Sint lūbi. In cōi fo. xj. Offer. Ueritas mea ⁊ mia mea cū ipo et in nomie meo exaltabit' cornu eius. Secreta.

HOstias tibi dñe p̄ cōmemoratiōe scti maturini cōfessoris tui offerim⁹ suppliciter dep̄cātes: vt sicut illi p̄buisti sacrā fidei claritatē: sic nobis indulgentiam largiaris et pacē. P dñm. ¶ Scti theodori. Secreta

SUscipe dñe fideliū p̄ces cū oblatiōnib⁹ hostiarū vt intercedēte beato theodoro martyre tuo per hec pie deuotiōis officia: ad celestē gl'iam trāseam⁹. P do. Cōio. Btūs seruus quē cū venerit dñs iuenerit vigilātē amē dico vobis sup oīa bona sua cōstituet eū

PResta q̃s oṗs de⁹: vt de pceptis mũerib⁹ grãs exhibẽtes: beneficia potioꝛa suma mus. P d. Postcõ.

Scti theodoꝛi. Postc.

PResta nob̄ dñe q̃s vt intercedẽte btõ theodoꝛo martyre tuo: vt q̃ oꝛe cõtigim⁹: pura mẽte capiam⁹. P d. ℭ

Martini ꝛ verani epoꝝ totũ d cõi pꝛioꝝ ꝯfesso.

Orõ. DEus q̇ nos sctõꝝ cõfessoꝝ tuoꝝ paritercꝫ põtificũ martini ꝛ verani cõfessionib⁹ gl̃iosis circũdas ꝛ ptegis: da nob̄ et eoꝝ imitatiõe pꝛoficere/ ꝛ intercessiõe gaudere. P dñm. Secreta.

SUscipe dñe mũera q̃ in eoꝝũ tibi solennitate deferimus: quoꝝ nos cõfidim⁹/patrocinio liberari. Per. Postcõio.

COꝛpis sacri ꝛ p̃ciosi sanguinis repleti libamine q̃s dñe de⁹ nr̃: vt qd pia deuotiõe gerim⁹ certa redẽptiõe capiam⁹. P dñm.

ℭ Martini epi ꝛ ꝯfes. Introitus.

STatuit ei dñs testamentũ pacis/et pꝛicipẽ fecit eũ/ vt sit illi sacerdotij dignitas ineternũ. Ps. Mias dñi ineternũ cãtabo. Gl̃ia pr̃i. Gl̃ia in excelsis. Orõ.

DEus q̇ cõspicis quia ex nulla nr̃a virtute subsistimus: concede ꝓpicius: vt intercessiõe bti martini cõfessoꝛis tui atcꝫ põtific/ cõtra oĩa aduersa muniamur. P.

Meoꝛia mẽne mar. Oꝛatio.

PResta q̃s oṗs de⁹: vt q̇ bti menne martyris tui natalicia colim⁹: intercessiõe eius in tui nois amoꝛe roboꝛemur. P dñm.

Epl̃a. Ecce sacerdos. In cõi fo. x.

R. Iurauit dñs et nõ penitebit eũ tu es sacerdos ineternũ secundũ oꝛdinẽ melchisedech. V. Dixit dñs domĩo meo sede a dextris meis. All'a. V. Hic martin⁹ pauper ꝛ modicus celũ diues ingredit' hymnis celestibus honoꝛatur. Prosa

GAude syon q̃ diẽ recolis qua martin⁹ cõpar apl'is mũdũ vincens iũctus celicolis coꝛonat'. Hic martinus pauper ꝛ modicus seruus pꝛudẽs fidelis villicus celo diues ciuis angelic⁹ sublimatur. Hic martin⁹ qui cathecumin⁹ nudũ vestit ꝛ nocte ꝓtinus in sequẽti hac veste dñs ẽ indut⁹. Hic martinus spernẽs militiã inimicis inermis obuiam ire parat baptismi grãm assecut⁹. Hic martin⁹ dum offert hostiã intus ardet p dei gratiã sup sedens apparet etiã glob⁹ ignis. Hic martin⁹ qui celum reserat mari p̃est ꝛ terris ĩperat moꝛbos sanat ꝛ mõstra superat vir in signis. Hic martinus nec moꝛi timuit nec viuẽdi laboꝛẽ respuit sicꝫ dei se totũ tribuit volũtati. Hic martin⁹ qui nulli nocuit hic martinus qui cũctis pꝛofuit hic martinus q̇ trine placuit maiestati. Hic martinus cuius est obitus seuerino per visum cognitus dũ celestis canit exercitus dulce melos. Hic martin⁹ cuius sulpicius vitã scribit astat ambꝛosius sepulture nil sibi cõscius intrat celos. Seques vsus dicit' bis. O martine pastoꝛ egregie o celestis ꝯsoꝛs militie nos a lupi defendas rabie seuiẽtis. O martine fac nũc qd gesseras deo p̃ces pꝛo nobis offeras esto memoꝛ

quā nunꝙ̄ deseras tue gētis. Amē
Euāgel. Sint lūbi. In cōi. fo. xj.
Non dr Credo. nisi sit dō. Offr.
Ueritas mea ꝛ mīa mea cū ipso ꝛ in no
mine meo exaltabit cornu eiꝰ. Secreta
Omps sempiterne deꝰ mune-
ra tue maiestati oblata: per
intercessionē bti martini ꝯfessoris
tui atqꝫ pōtificis ad perpetuā no-
bis fac pficere salutē. P do. Mē
Munerib' no [ne. Secreta.
stris q̄s dn̄e precibusqꝫ su-
sceptis: ꝛ celestibꝰ nos munda my
sterijs: et clementer exaudi. P do.
Cōio. Btūs seruus quē cū venerit dn̄s
inuenerit vigilantē amen dico vobis su-
per oīa bona sua cōstituet eū. Postcō.
Sacramēta salutis nr̄e susci-
piētes: cōcede q̄s misericors
deꝰ: vt beati martini ꝯfessoris tui
atqꝫ pōtificis nos vbiqꝫ oratio ad
iuuet: in cuius veneratiōe hec tue
obtulimus maiestati. P do. Mē
Da q̄s dn̄e de [ne. Postcōio.
us nr̄: vt sicut tuoꝝ cōmēo
ratiōe sctōꝝ tpali gratulamur of-
ficio: ita ppetuo letemur aspectu.
P do. ¶ Prima die oct. nisi sit dō.
Sacerdotes tui [Introitꝰ.
dn̄e induant iusticiā / ꝛ scti
tui exultēt: ꝑpter dauid ser
uum tuū / nō auertas faciē xp̄i tui.
ps. Memēto dn̄e dauid: ꝛ oīs māsuetu
dinis eiꝰ. Glīa pa. Glīa in excel. Orō
Deus q̄ ꝯspicis. vt̄s. in die. Epl̄a
Iustum deduxit. In cōi. fo. x. Re.
Iurauit dn̄s ꝛ non penitebit eū tu es sa
cerdos in eternū scd̄m ordinem melchise
dech. V. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris
meis. Alla. V. Iustus germiabit sicut
liliū ꝛ florebit in eternū ante dn̄m. Euā
gel. Homo quidā peregre. In cōi.
fo. x. Offr. Inueni dauid seruū meū
et in oleo sctō vnxi eū manꝰ eni mea au-
xiliabit ei ꝛ brachiū meū confortabit eū.
Secreta. Omps sempiterne deꝰ.
vt̄s. Cōio. Dn̄e q̄nqꝫ talēta tradidisti
michi ecce alia q̄nqꝫ superlucratꝰ sum euge
serue bone ꝛ fidelis qr i pauca fuisti fide-
lis supra multa te cōstituā intra in gau-
diū dn̄i tui. Postcōio. Sacramēta
salutis nr̄e. vt̄s. Leonij ꝯfes. Orō
Da q̄s ops deꝰ: vt bti leonij
cōfessoris tui venerāda solē
nitas: et deuotionē nobis augeat
et salutem. Per. Secreta.
Hostias tibi dn̄e p cōmemo
ratione scti leonij ꝯfessoris
tui offerimus suppliciter deprecā-
tes: vt sicut illi prebuisti sacram fi
dei claritatē: sic nobis indulgētiā
largiaris ꝛ pacē. P do. Postcōio.
Presta q̄s ops deꝰ: vt de per
ceptis muneribꝰ grās exhi
bētes: bn̄ficia potiora sumamus.
P do. ¶ Gēdulphi epi. Introitꝰ.
Statuit ei dn̄s testamentū
pacis / ꝛ principē fecit eum
vt sit illi sacerdotij digni-
tas in eternū. ps. Misericordias dn̄i
in eternū cātabo. Glīa pa. Glīa in ex.
Exaudi dn̄e preces no Orō.
stras quas in scti gēdulphi
cōfessoris tui atqꝫ pōtificis solēni-
tate deferimus / vt q̄ tibi digne me
ruit famulari: eiꝰ intercedētibꝰ me
ritis / ab oībus nos absoluas pec-
catis. Per. ¶ Bricij epi. Oratio.
Da q̄s ops deꝰ: vt beati bri-
cij cōfessoris tui atqꝫ pōtifi-

cis venerāda solēnitas: ⁊ deuotio nē nobis augeat ⁊ salutē. P dñm **Mēoria scti martini. Orō.** Deus qui cōspicis. **vt s. Epl'a.** Ecce sacer dos. **In cōi. fo. x. R.** Ecce sacerdos magnus q̄ in dieb⁹ suis placuit deo. **V.** Non est inuēt⁹ similis illi qui cōseruaret legē excelsi. **Alla. V.** Posui adiutoriū sup potētē ⁊ exaltaui electū de plebe mea.

Prosa. Ecce magno sacer doti mūdi cordis ⁊ deuoti i molem⁹ hostiā. Die sacro reuoluto quo de vie volat luto viator ad patriā. Seru⁹ prudēs in talentis miles fortis ī tormētis bino gaudet p̄mio. Serui patris patrē laudēt q̄ patroni tanti gaudēt leti patrocinio. Felix pater gēdulphi genit⁹ in a dia fecūda celit⁹ semen vite seminat. Marcēt clause matris artus quē recludēs florēs partus florē sacrū germinat. Florēs fons baptismatis ros rigat charismatis sub sixto pontifice. Sub celesti disciplina dote morū et doctrina dotat̄ mirifice. Etas stupet morū pign⁹ sacre sedi seruit dign⁹ sacre sedis apice. In pastorē sublimat̄ delegat̄ operat̄ salutē in gentibus Christo simul operāte et sermonē cōfirmāte signis cōsequētib⁹. Arma penitētiū saccū ⁊ ciliciū flagra gerit corpis. Pane ordeaceo potu viuit anneo sub deserto pectoris. Germinat̄ spes corone ver⁹ martyr in agone perstat ad martyriū Judex seuit vt infligat fornax frigit xp̄s rigat spondēs pugne brauium. Judex plorat pastor orat ⁊ torquētis in tormētis vite reddit filiū. Judex credit pastor cedit cellā ponit ⁊ disponit fratrū domiciliū. Dū disponit officinā hostis armat spem vulpinā fratrū seuit in gallinā aīal perfidie. Pater vulpi comminat̄ ⁊ gallina reportat̄ vulpes luit morti dat̄ ad fores eccl'ie. Sic a vulpe spiritali more vagos bestiali suos soluit ⁊ penali carnis a cōtagio. Figurat̄ in gallina vaga caro iumentina quam seducit fraus vulpina dū vacillat ratio. Ergo tui custos orti q̄ gallinā datam morti vite reddis manu forti sic nos rege q̄ ī grege nil possit vulpecula. Esto presens o patrone desolatis in agone esto noster intercessor vere martyr ⁊ cōfessor p eterna scl'a. Amen. **Euāgel'.** Sint lābi. **In cōi. fo. xi. Offr.** Ueritas mea ⁊ misericordia mea cū ipso ⁊ in noīe meo exaltabitur cornu eius.

Secreta. Propiciare dñe supplicationibus nr̄is: ⁊ intercedēte p nobis sctō gēdulpho cōfessore tuo atq̄ pōtifice his sacramētis celestibus seruiētes: ab oī culpa liberos esse concede: vt purificāte nos tua gr̄a / hisdē quib⁹ famulamur mysterijs emūdemur. Per. **Bricij.**

Secreta. Hostias tibi dñe p cōmemoratiōe scti bricij cōfessoris tui atq̄ pontificis offerimus suppliciter deprecantes: vt sicut illi prebuisti sacrā fidei claritatē: sic nobis indulgētiā largiaris et pacē. P do. **Scti martini. Secreta.** Oēs sempiterne. **vt supra. Cōio.** Beatus seruus quē cum venerit dñs inuenerit vigilātē amen dico vobis

ſuꝑ oīa bona ſua ꝯſtituet eū. Poſtcō.

VT nob̄ domine tua ſacrificia dēt ſalutē: btūs gendulphus ꝯfeſſoꝛ tuꝰ atqꝫ pōtifex q̄s ꝓ= catoꝛ accedat. P. Bricii. Poſtcō.

PReſta q̄s oṗs deꝰ: vt de ꝑceptis mūeribꝰ grās exhibē= tes: bn̄ficia potioꝛa ſumamꝰ. P d̄

Sctī martini. Poſtcōio. Sacra= mēta ſalutꝭ vt̄s. Tertia die octa. martini. Introitus.

OS iuſti meditabit̄ ſapien= tiā: ⁊ lĩgua eiꝰ loquet̄ iudi= ciū: lex dei eius in coꝛde ipſius. ṗs. Noli emulari in malignātibꝰ: neqꝫ zela= ueris faciētes iniq̄tatē. Glīa. Glīa ĩ ex.

DEus q̇ ꝯſpicis qꝛ ex Orō. nulla nr̄a v̄tute ſubſiſtimꝰ ꝯcede ꝓpiciꝰ: vt ĩterceſſiōe btī martini ꝯfeſſoꝛis tui atqꝫ pōtificꝭ: ꝯtra oīa aduerſa muniamur. P dn̄m.

Epl̄a. Dilectꝰ deo. In cōi fo. x. Rꝫ. Inueni dauid ſeruū meū oleo ſctō meo vnxi eū manꝰ enĩ mea auxiliabit̄ ei ⁊ bꝛa= chiū meū ꝯfoꝛtauit eū. V. Nichil ꝓficiet inimicꝰ in eo ⁊ filiꝰ iniq̄tatis nō nocebit eū. Alla. V. Iſte ſctūs digne in memoꝛiā vertit̄ hoīm q̇ ad gaudiū trāſijt āgeloꝝ. Euāge. Uigilate qꝛ. In cōi fo. xi. Offꝫ. Deſideriū aīe eiꝰ tribuiſti ei dn̄e ⁊ volūtate labioꝝ eius nō fraudaſti eū poſuiſti in capite eiꝰ coꝛonā de lapide p̄cioſo

OMṗs ſempiterne Secreta deꝰ: mūera tue maieſtati oblata ꝑ interceſſionē btī martini ꝯfeſſorꝭ tui atqꝫ pōtificꝭ: ad ꝑpetuā nob̄ fac ꝓficere ſalutē. P d̄. Cōio Semel iuraui in ſctō meo ſemē eiꝰ ĩeternū manebit ⁊ ſedes eiꝰ ſicut ſol in ꝯſpectu meo ⁊ ſicut luna ꝑfecta ĩeternū ⁊ teſtis in

SCelo fidelis. Poſtcōio. Sacramēta ſalutis nr̄e ſuſci= piētes ꝯcede q̄s misericoꝛs deꝰ: vt btī martini ꝯfeſſoꝛis tui atqꝫ pōtificis nos vbiqꝫ orō adiuuet: ĩ cuiꝰ veneratiōe hec tue obtulimꝰ maieſtati. P d̄. ¶ Eugenij. mar. Orō.

PReſta q̄s oṗs deus: vt qui btī eugenij martyrꝭ tui na= talicia colimꝰ: ĩterceſſiōe eiꝰ in tui nois amoꝛe roboꝛemur. P Secre.

MUneribꝰ nr̄is q̄s dn̄e precibuſqꝫ ſuſceptis: et celeſtibꝰ nos mūda myſterijs: ⁊ clementer

DA q̄s exaudi. P d̄. Poſtc. dn̄e deꝰ nr̄: vt ſicut ꝯmemo= ratiōe martyris tui eugenij tꝑali gratulamur officio ita ꝑpetuo le= temur aſpectu. p d̄. ¶ Macuti epī

DA q̄s oṗs deꝰ: vt btī Orō. macuti ꝯfeſſorꝭ tui atqꝫ pō= tificꝭ venerāda ſolēnitas: ⁊ deuoti onē nob̄ augeat ⁊ ſalutē. p. Secr.

HOſtias tibi dn̄e ꝑ cōmēoꝛa tiōe ſctī macuti ꝯfeſſorꝭ tui atqꝫ pōtificꝭ offerimꝰ ſupplicíter deprecātes: vt ſicut illi p̄buiſti ſacrā fidei claritatē: ſic nob̄ indulgētiā largiaris ⁊ pacē. P dn̄m. Poſtcō.

PReſta q̄s oṗs deꝰ: vt de ꝑceptis mūeribꝰ grās exhibē= tes: bn̄ficia potioꝛa ſumamꝰ. P d̄

¶ Quarta die octa. Introitus.

SAcerdotes dei bn̄dicite dominū ſctī ⁊ humiles coꝛde laudate deū. ṗs. Benedicite oīa opa dn̄i dn̄o: laudate et ſuperexaltate eū in ſcl̄a. Glīa pa. Orō. Deꝰ q̇ ꝯſpicis. vt̄s. Epl̄a. Plures ſctī ſūt. In cōi fo. x. Rꝫ. Dn̄e p̄ueniſti eū ĩ bn̄dictio

nib⁹ dulcedinis posuisti in capite ei⁹ corona de lapide pcioso. V. Vitā petijt ⁊ tribuisti ei lōgitudinē dierꝝ i sclꝫ sclī. Alla V. Inueni dauid seruū meū oleo scō meo vnxi eū. Euāg. Nemo accēdit. In cōi. fo. xj. Offr. Inueni dauid seruū meū ⁊ in oleo scō vnxi eū man⁹ eni mea auxiliabit ei ⁊ brachiū meū ꝯfortabit eū Secr. O ps sempiterne. vts. Cō. Fidelis seru⁹ ⁊ prudēs quē cōstituit dñs sup familiā suā vt det illi i tpe tritici mēsurā. Postcō. Sacramēta sa. nre. ꝑce. vts. ¶ Quīta die octa. oino fit sicut in pma die vts. notatū est ¶ Dñica īfra oct. sicut i die. Prosa Gaude syon. vts. i die. ¶ Aniani epi ⁊ ꝯfes. Introit⁹.

Sta tuit ei dñs testamentū pacis/ et pncipē fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas i eternū. P. Misericordias dñi: in eternum cantabo Glia patri. Glia in excelsis. Oro.

Exaudi domine preces nr̄as: quas in sctī aniani cōfessoris tui atqꝫ pōtific/ solēnitate deferim⁹: vt q̄ tibi digne meruit famulari: ei⁹ itercedētib⁹ merit/ ab oib⁹ nos absoluas pctis. P do. Mēo. sctī martini. Oro. Deus q̄ ꝯspic/. vts. Epla. Ecce sacer. In cōi. fo. x R. Ecce sacerdos magn⁹ q̄ in dieb⁹ suis placuit deo. V. Nō est inuētus silis illi q̄ cōseruaret legē excelsi. Alla. V. Posui adiutoriū sup potētē ⁊ exaltaui electū de plebe mea. Prosa. Hic scūs cui⁹. In cōi. fo. iiij. Euāge. Sint lūbi. In cōi. fo. xj. Offr. Ueritas mea ⁊ mia mea cū ipso ⁊ i noie meo exaltabit cornu eius. Secr.

Propiciare dñe supplicationib⁹ nr̄is: ⁊ iter cedēte p nob sctō aniano cōfessore tuo atqꝫ pōtifice his sacramētis celestib⁹ seruiētes: ab oī culpa liberos esse concede: vt purificāte nos tua gr̄a/ hisdē q̄b⁹ famlamur mysterijs emūdemur. P. De scō martino. Secr. O ps sempiterne. vts Cōio. Btūs seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilātē amen dico vobis sup oia bona sua cōstituet eū. Postcōio.

Ut nob dñe tua sacrificia dēt salutē: btūs anian⁹ cōfessor tu⁹ atqꝫ pōtifex q̄s precator accedat. P do. De sctō martino. Postcō. Sacramēta salutis. vts. ¶ In die octa. oino fit sicut in die Eodē die fit mēo. aude vir. Oro.

Exaudi nos de⁹ salutaris nr̄ vt sicut de btē aude vginis festiuitate gaudem⁹: ita pie deuotiōis erudiamur affectu. p. Secr.

Accepta tibi dñe sit sacre plebis oblatio/ p tuorꝫ honore sctōꝝ/ quorū se meritis pcepisse/ de tribulatiōe cognoscit auxiliū. p Postcō.

Saciasti dñe familiā tuā munerib⁹ sacris: ei⁹ q̄s interuētiōe nos refoue: cui⁹ solēnia celebram⁹. P. ¶ Elizabeth matrone. Introit⁹.

Gaudeam⁹ oēs in dño diē festū celebrātes/ sub honore btē elizabeth: de cui⁹ solennitate gaudēt āgeli ⁊ collaudāt filiū dei. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea regi. Glia pa. Glia in excel. Oro.

Tuorꝫ corda seruorꝫ de⁹ miserator illustra: ⁊ beate elizabeth precibus gliosis fac nos pspera mūdi despicere: ⁊ cele-

sti semp participatiõe gaudere. P do. Epla. Mulierē fortē. In cõi. fo. xij. R. Propter veritatē & mansuetudinē & iusticiā & deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia & vide & iclina aurē tuā qȝ ɔcupiuit rex speciē tuā. Alla. V. Specie tua & pulchritudine tua itēde ꝓspere ꝓcede & regna. Prosa. Mulier laudabilis. In cõi. fo. xiiij. Euāge. Simile est reg. ce. the. In cõi. fo. xiij. Offr. Filie regū in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Secreta.

Hostias tibi dñe beate elizabeth dicatas meritis benignus assume: & ad ꝑpetuū nobis tribue ꝓuenire subsidiū. P. Cõio Diffusa est gratia in labijs tuis ꝓpterea bñdixit te deus in eternū. Postcõio.

Adiuuent nos q̄s dñe & hec mysteria sctā q̄ sumpsim⁹: & btē elizabeth itercessio venerāda P d. ¶ In presentatiõe btē marie

Gaudeam⁹ oēs [Introit⁹. in dño diē festū celebrātes/ sub honore marie ṽginis/ de cui⁹ ꝑsentatiõe gaudēt āgeli et collaudant filiū dei. Ps. Eructauit cor meū ṽbū bonū: dico ego opa mea regi. Glia pa. Glia in excelsis. Oro.

Deus q̄ sctām dei genitricē virginē mariā/ tēplū spūs scti post trienniū in tēplo dei presentari voluisti: ꝑsta q̄s: vt q̄ ei⁹ ꝑsentatiõis festa veneramur i terr[is]: ipi tēplū efficiamur i quo habitare digneris. P eūd. eiusdē spi. ¶ Colū

Inter [bani abba. Oro. cessio nos q̄s dñe btī colūbani abbatis commēdet: vt qd nr̄is meritis nō valem⁹: ei⁹ patrocinio assequamur. P. Lcō libri Sapie

Ego [tie. Ecclīastici. xxiiij. q̄si vit[is] fructificaui suauitatē odoris: & flores mei fruct⁹ honoris & honestatis. Ego mater pulchre dilectiõis/ & timoris/ & magnitudinis & sctē spei. In me gr̄a oīs vie & veritat[is]: i me oīs spes vite et virtutis. Trāsite ad me oēs q̄ cōcupiscitis me: & a generatiõib⁹ me is implemini. Spūs enī me⁹ super mel dulcis: & hereditas mea super mel & fauū. Memoria mea: i generatiõe scłorū. Qui edūt me adhuc esuriēt: et q̄ bibūt me adhuc sitiēt. Qui audit me nō cōfundet: et qui operant in me nō peccabūt. Qui elucidāt me: vitā eternā habebūt. R. Bñdicta et venerabilis es virgo maria q̄ sine tactu pudoris inuēta es mater saluatoris. V. Uirgo dei genitrix quem tot⁹ nō capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Alla. V. Presentatio gl'iose virginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid.

Altissima ꝓuidēte Prosa. cūcta recte disponēte dei sapientia. Uno nexu cõiugatis ioachim & anna gratis iuga sunt sterilia. Ex cordis affectu toto dño fideli voto se strinxerunt pariter. Mox si prolē illis dare dignet hāc dedicare in templo perēniter. Angelus apparuit lucidus qui docuit exaudita vota. Regis summi gratia vt detur his filia gratiosa tota. In vtero cōsecrata miro modo generata gignet mirabilius. Altissimi patris natū virgo ma-

nens q̇ reatũ mũdi tollet gratius
Bñdicta virgo nata tẽplo trima
p̄sentata it terq̇nis gradib⁹. Ere-
cta velox ascẽdit ⁊ vterqꝫ parẽs tẽ
dit oꝛnãdo se vestib⁹. Noua fulsit
glīa tẽplũ dũ eximia ꝟgo p̄sentat̃
Edocta diuinitus visitata celitus
angelis letat̃. Dũ vt nubãt iubet
multis p̄ses puellis adultis p̄mo
virgo renuit. Jpam nãqꝫ deuoue-
re parẽtes ip̄a manere virgo voto
statuit. Cõsultus deus respõsum
dat vt virgo sumat sponsũ quem
pãdet flos editus. Ostẽsus ioseph
puellã ad parẽtum duxit cellã nu-
ptijs sollicitus. Tunc gabꝛiel ad
virginẽ ferẽs ꝯceptus oꝛdinẽ dele-
gatur. Erudita stat tacita verba
q̄ꝫ sint insolita meditat̃. At cũ ille
tradidit modũ virgo credidit sicqꝫ
sacro flamine. Mox verbũ cõcipi-
tur ⁊ quod nusq̄ꝫ claudit̃ condit̃ in
virgine. Ecce ꝟgo singularꝭ quã-
ta laude sublimaris quãta fulges
glīa. Nos ergo sic tuearis vt fru-
ctu quo glīaris fruamur ĩ patria
Amẽ. Iniciũ scti euãgelij secũdũ matheũ. j.

Liber genera-
tiõis iesu xp̄i filij dauid: fi-
lij abꝛahã. Abꝛahã genuit isaac.
Jsaac aũt genuit iacob. Jacob ãt
genuit iudã et fratres ei⁹. Judas
autẽ: genuit phares ⁊ zarã de tha
mar. Phares autẽ: genuit esron.
Esron aũt genuit arã. Aram aũt
genuit aminadab. Aminadab ãt
genuit naason. Naason autẽ: ge-
nuit salmon. Salmon aũt: genu-
it booz de raab. Booz aũt: genuit
obeth ex ruth. Obeth aũt: genuit
iesse: Jesse aũt: genuit dauid regẽ.
Dauid autẽ rex: genuit salomonẽ
ex ea q̄ fuit vrie. Salomon autẽ:
genuit roboã. Roboã aũt: genuit
abyã. Abya aũt: genuit asa. Asa
aũt genuit iosaphat. Josaphat ãt
genuit ioꝛã. Joꝛã aũt: genuit oziã
Ozias aũt genuit ioathan. Joa-
than aũt: genuit achaz. Achaz ãt
genuit ezechiã. Ezechias autẽ: ge-
nuit manassẽ. Manasses aũt: ge-
nuit amon. Amon aũt: genuit io-
siam. Josias autẽ: genuit iechoniã
et fratres ei⁹ in trãsmigratiõe ba-
bylonis. Et post transmigratio-
nẽ babylonis. Jechonias: genu-
it salathiel. Salathiel aũt: genuit
zoꝛobabel. Soꝛobabel aũt: genu
it abiud. Abiud autẽ: genuit elia-
chim. Eliachim aũt: genuit azoꝛ.
Azoꝛ ãt: genuit sadoch. Sadoch
aũt: genuit achim. Achim aũt: ge
nuit eliud. Eliud aũt: genuit elea-
zar. Eleazar aũt: genuit mathan
Mathan autẽ: genuit iacob. Ja-
cob aũt: genuit ioseph virũ marie
De qua nat⁹ est iesus: q̇ vocat̃ xp̄s
Credo. Offr. Felix nãqꝫ es sacra vir-
go maria ⁊ oĩ laude dignissima quia ex
te oꝛtus est sol iustitie xp̄s de⁹ noster alla

Vnigeniti tui dñe Secre.
nobis succurrat hũanitas
vt q̇ nat⁹ de ꝟgine matris integri
tatẽ nõ minuit sed sacrauit ĩ p̄sen-
tatiõis ei⁹ solẽnijs / a nr̄is nos peri
culis eruens / oblationẽ nr̄am sibi
faciat acceptã. Qui te. Colũbani

Sacris altarib⁹ dñe Secre.
hostias suppositas sctũs co
lũbanus abbas: in salutẽ nobis

puenire deposcat. P do. Prefatio Et te in presentatiōe. Cōio. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium. Postcōio.

SUmpsim⁹ dñe celebritatis annue votiua sacramenta: presta q̄s: vt intercedēte btā semp virgine maria: & tpalis nobis vite remedia prebeāt & future. P d.

PRo ℂ Colūbani. Postcō.

Ptegat nos dñe cum tui pceptione sacramēti: btūs colūban⁹ abbas p nobis intercedēdo: vt cōuersatiōis ei⁹ experiamur īsignia: & intercessionis eius percipiamus suffragia. P do. ℂ Cecilie v̄ginis et mar. Introit⁹.

LOque bar de testimonijs tuis in cōspectu regū et nō cōfundebar / et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via: q̄ ambulant in lege dñi. Glia patri. Glia in excelsis. Orō.

DEus q̄ nos annua btē cecilie virginis et martyris tue solennitate letificas: da vt quā veneramur officio: etiā pie conuersationis sequamur exēplo. P dñm. Epla. Qui gloriat. In cōi. fo. xij. R. Audi filia & vide & inclina aurē tuā q2 ꝯcupiuit rex speciē tuā. V. Specie tua et pulchritudine tua intēde, pspere, pcede et regna. Alla. V. Ueni electa mea et ponā in te thronū meū q2 ꝯcupiuit rex speciē tuam. Prosa. Uirgines egregie. In cōi. fo. xiij. Euāge. Simile est regnū celo₄ decē virgi. In cōi. fo. xiij. Offe. Offerent regi virgines, proxime ei⁹ offerent tibi in leticia & exultatiōe adducent in tēplū regi dño. Secreta.

HEc hostia q̄s dñe placationis & laudis q̄s: vt interueniēte btā cecilia virgine et martyre tua nos ꝓpiciatiōe dignos semp efficiat. P do. Cōio. Cōfundant superbi q2 iniuste iniquitatē fecerunt in me ego aūt in mādatis tuis exercebor ī tuis iustificationib⁹ vt nō ꝯfundar. Postcō.

SAciasti dñe familiā tuā muneribus sacris: eius q̄s semper interuētione nos refoue: cui⁹ solēnia celebram⁹. P dñm. ℂ Clemētis pape et marty. Introitus.

DIcit domin⁹ sermōes mei quos dedi in os tuū nō deficient de ore tuo: adest enī nomen tuū & munera tua accepta erūt sup altare meū. ps. Dñe exaudi orationē meā & clamor me⁹ ad te veniat. Glia patri. Glia in excel. Oratio

DEus q̄ nos annua beati clemētis martyris tui atq₃ pōtificis solēnitate letificas: ꝯcede ꝓpicius: vt cui⁹ natalicia colimus: virtutē quoq₃ passiōis imitemur. P do. ℂ Felicitatis mar. Oratio

PResta q̄s ōps deus: vt beate felicitatis martyris tue solēnia recēsentes: meritis ipsi⁹ ptegamur: & precibus. Per do. Epla Justus cor suū. In cōi. fo. iij. R. Jurauit dñs et non penitebit eū tu es sacerdos in eternū secundū ordinē melchisedech. V. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Alla. V. Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronā de lapide precioso. Prosa. Alla. Organicis In cōi. folio iiij. Euāgel. Uigilate q2 nescitis. In cōi. fo. xj. Offert. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso & in noīe meo

exaltabitur cornu eius. Secreta.
Munera q̄s dñe oblata scti-fica et intercedente btō cle-mente martyre tuo atq; pontifice p hec nos a pctōꝝ nr̄oꝝ maculis emūda. P do. Felicitatis: Secre.
Vota ppl'i tui dñe ꝑpiciat⁹ intēde: et quoꝝ nos tribu-is solennia celebrare / fac gaudere suffragijs. Per. Cōio. Beatus ser-uus quē cum venerit dñs inuenerit vigi-lantem amen dico vobis super oīa bona sua constituet eum. Postcōio.
Corpis sacri ꝛ ꝑciosi sangui-nis repleti libamine q̄s domīe de⁹ noster: vt qd̄ pia deuotiōe gerim⁹ certa redēptiōe capiam⁹. P dñm.
¶ Felicitatis. Postcōio.
Supplices te rogamus oīpo-tens deus: vt intercedētib⁹ sctīs tuis et tua ī nobis dona mul-tiplices: ꝛ tpa nr̄a disponas. P d.
¶ Seuerini monachi. Introitus

Os iusti meditabit' sapien-tiā: ꝛ ligua eius loquet' iu-diciū: lex dei eius in corde ipius. ps. Noli emulari in malignāti-bus: neq; zelaueris facientes iniq̄tatem. Glā pri. Glīa in excelsis. Oratio.
Da q̄sum⁹ oīpotens deus: vt bti seuerini ꝯfessoris tui ve-nerāda solēnitas: ꝛ deuotionē no-bis augeat et salutē. P dñm nr̄m
¶ Grisogoni martyris. Oratio.
Adesto dñe supplicatiōibus nr̄is: vt q̄ ex iniquitate nr̄a reos nos esse cognoscim⁹: bti gri-sogoni martyris tui intercessiōe li-beremur. P dñm. Epl'a. Justum deduxit. In cōi fo. x. R̄. Domine ꝑ-uenisti eū in bn̄dictiōibus dulcedinis po-suisti in capite eius coronā de lapide pre-cioso. V. Vitā petijt ꝛ tribuisti ei lōgitu-dinem dierū in seculū seculi. Alla. V. Iste sctūs digne in memoriā vertit' hoim qui ad gaudiū trāsijt angeloꝝ. Prosa. Supne mr̄is. In cōi fo. iiij. Euāg Videte vigila. In cōi fo. xi. Offr. Desideriū aīe eius tribuisti ei dñe ꝛ volū-tate labioꝝ eius nō fraudasti eū posuisti in capite eius coronā de lapide precioso.
Hostias tibi dñe Secreta. p cōmemoratiōe scti seueri-ni cōfessoris tui offerimus suppli-citer depcātes: vt sicut illi ꝑbuisti sacram fidei claritatē: sic nobis in-dulgētiam largiaris et pacem. P dñm. Grisogoni. Secreta.
Oblatis q̄s domine placare mūeribus: ꝛ intercedēte btō grisogono martyre tuo / a cunctis nos defende periculis. P dominū Cōio. Fidelis seruus ꝛ prudēs quē cō-stituit dñs sup familiā suā vt det illi in tēpore tritici mensurā. Postcōio.
Presta q̄s oīpotēs deus: vt de pceptis mūeribus grās exhibētes: beneficia potiora suma-mus. P dñm. Grisogoni. Postcō.
Tui dñe participatione sa-cramenti et a nr̄is munde-mur occultis: et ab hostiū libere-mur insidijs. Per dñm nostrum.
¶ In natali btē katherine virgis ꝛ martyris. Introitus


Gaudeam⁹ oms in dño diē festū celebrantes sub honore katherine virgi-nis de cui⁹ passiōe gau-

dent angeli/ et collaudāt filiū dei. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea regi. Glia pri. Gla in ex.

Deus qui dedisti legē Oro. moysi in summitate mōtis synai: et in eodē loco corp9 btē katherine vginis et martyris tue / p sacros angelos tuos mirabiliter collocasti: concede ppicius: vt eius meritis et intercessiōe ad montem qui xpus est valeam9 puenire. P eundē dnm. Epistola. Cōfitebor. In cōi folio xij. Re. Propter veritatē et mansuetudinē et iustitiā et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide et inclina aurē tuā quia concupiuit rex speciē tuā. Alla. V. Diffusa. vel. Alleluia. V. Hodie beata virgo katherina cū triūpho martyrij celos petijt hodie christū videre meruit quem dilexit.

Vox sonora nostri Prosa. chori nostro sonet cōditori qui disponit omnia. Per quē dimicat imbellis p quē datur et puellis de viris victoria. P quē plebs alexādria femine nō feminia stupuit ingenia. Cū btā katherina doctos vinceret doctrina ferrū patientia. Hec ad gliam parentum pulcrū dedit ornamentū morum priuilegia. Clara p progenitores claruit p sacros mores ampliori gra. Florē teneri decoris lectiōis et laboris attriuere studia. Nā plegit disciplinas seculares et diuinas in adolescētia. Uas electū vas virtutum reputauit sicut lutū bona trāsitoria. Et reduxit in contēptū patris opes et parētum larga patrimonia. Uasis oleum includēs virgo sapiens et prudens sponso pergit obuia. Ut aduent9 eius hora pparata sine mora intret ad cōuiuia. Sistitur impatori cupiens pro christo mori cuius in psentia. Quinquaginta sapientes mutos reddit et silentes virginis facūdia. Carceris horrendi claustrū et rotarum triste plaustrū famē et ieiunia. Et quecunqz fiunt ei sustinet amore dei eadē ad omnia. Torta superat tortorem superat impatorem femine constātia. Cruciatur impator quia cedit cruētator nec valent supplicia. Tandem capite punitur et dū morte mors finitur vite subit gaudia. Angelis mox fuit cure dare corp9 sepulture terra procul alia. Oleum ex ipa manat quod infirmos multos sanat euidenti gratia. Bonū nobis dat vnguentū si per suum interuentū nostra sanat vicia. Gaudens ipsa videat de se psens gaudia et futura prebeat que dedit presentia. Et hic nobis gaudiat illi nos in glia Amen. Euangeliū. Simile est regnum celorū decē virg. In cōi fo. xiij. Nō dr. Credo. nisi sit dnica. Offertoriū. Offerent regi vgines proxime eius offerent tibi in letitia et exultatione adducētur in templū regi domino.

Munera domine Secreta. sacrificij presentis que tibi offerim9: in honore sctē katherine virginis et martyris tue fiant nobis eius pcibus vita ppetua: et te donante salus infinita. Per dnm. Cōio. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternum.

Postcõ.
SUmptis dñe salutis eterne mysterijs supplices dep̄camur: vt sicut liquor qui de mẽbris btẽ katherine ꝟginis ⁊ martyris tue iugiter manat: lãguidorum corpa sanat: sic eius oratio cũctas a nobis iniq̃tates expellat. Per dñm. ¶ Genouefe de miraculo ardentium. Introitus.
GAudeamꝰ oẽs in dño diẽ festũ celebrãtes/ sub honore genouefe ꝟginis/ de cuius solẽnitate gaudẽt angeli ⁊ collaudãt filium dei. Ps. Eructauit cor meũ ꝟbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Glia pri. Glia in excelsis. Oratio.
EXaudi nos deꝰ salutaris nr̄: vt sicut de btẽ genouefe virginis festiuitate gaudemꝰ: ita pie deuotiõis erudiamur affectu. Per
vel. Oro
DEus q̇ btẽ genouefe virgĩs excellẽtiã multiplici ꝟtutũ glia declarasti: cõcede nob̄ q̄s: vt q̇ hodierna die ꝑ grãm tuã in mẽbris hũanis ignis horrẽdi ꝯsũpsit incẽdiũ: nos quoqꝫ a gehẽne incẽdijs liberatos ad gaudia trãsferat ãgelorum. P. Marcelli epi. Oro
EXaudi dñe p̄ces nr̄as quas in scti marcelli ꝯfessoris tui atqꝫ põtificis solẽnitate deferimꝰ: vt q̇ tibi digne meruit famulari: euis intercedẽtibꝰ meritis ab omnibꝰ nos absoluas pctis. Per.
¶ Lini pape ⁊ martyris. Oro.
INfirmitatem nr̄am respice oṗs deus: ⁊ q2 põdus ꝓprie actiõis grauat: bti lini martyris tui atqꝫ põtificis: ĩtercessio gl'iosa nos protegat. P dñm. Epla. Quigliat. In cõi fo. xij. R. Adiuuabit eã deus vultu suo deus in medio eiꝰ non cõmouebit. V. Fluminis impetꝰ letificat ciuitatẽ dei sctificauit tabernaculũ suũ altissimꝰ. Alla. V. Specie tua et pulcritudine tua ĩtẽde, ꝓspere, ꝓcede ⁊ regna
Prosa.
INuiolata ĩtegra ⁊ casta es maria. Que es effecta fulgida celi porta. O mater alma xp̄i charissima. Suscipe pia laudũ p̄conia. Nr̄a vt pura pectora sint et corpa. Te nunc flagitãt deuota corda ⁊ ora. Tua ꝑ p̄cata dulcissona. Nobis cõcedas veniã ꝑ secula. O benigna ter. Que sola inuiolata ꝑmãsisti. Euãge. Simile est regnũ ce. de. vir. In cõi fo. xiij.
Offer. Offerent regi ꝟgines prime eiꝰ offerent tibi in letitia ⁊ exultatiõe adducentur in templũ regi dño. Secreta.
ACcepta tibi domĩe sit sacre pleb̄ oblatio ꝓ tuorum honore sctõrum: quorũ se meritis ꝑcepisse de tribulatiõe cognoscit auxiliũ: P dñm. ¶ Marcelli. Secreta.
PRopiciare dñe supplicationibꝰ nr̄is: ⁊ intercedẽte pro nob̄ sctõ marcello ꝯfessore tuo atqꝫ põtifice his sacramẽtis celestibꝰ seruientes/ ab oĩ culpa liberos esse cõcede: vt purificãte nos tua grã: hisdẽ q̇bus famulamur mysterijs emũdemur. P. Lini pape ⁊ mar. Secreta.
HOstias tibi dñe lini martyris tui atqꝫ pontificis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dñm. Cõio. Simile est regnũ celorũ hoĩ negociatori q̄rẽti bonas margaritas

inuēta vna p̄ciosa margarita dedit oīa sua et cōparauit eam. Postcōio.

Saciasti dn̄e familiā tuā muneribꝰ sacris: eius q̄s interuētiōe nos refoue: cuiꝰ solēnia celebramꝰ. P do. Marcelli. Postcōi.

Ut nob dn̄e tua sacrificia dent salutē: btūs marcellꝰ cōfessor tuꝰ atqꝫ pōtifex: q̄s p̄cator accedat. P d. Lini pape ꝛ mar.

Refecti pticipatiōe Postcō. muneris sacri q̄s dn̄e deus noster: vt cuius exeq̄mur cultum sentiamus effectum. Per dominū Agricole ꝛ vitalis mar. Oratio.

Deus q̄ nos ꝯcedis sanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ agricole ꝛ vitalis natalicia colere: da nobis in eterna btitudine: de eoꝝ societate gaudere. Per. Secreta.

Munera tibi dn̄e nr̄e deuotiōis offerimꝰ: q̄ ꝛ ꝓ tuoꝝ tibi grata sint honore sctōꝝ: ꝛ nobis salutaria te miserāte reddanṫ. P dn̄m

Presta nobis q̄s Postcōi. dn̄e intercedētibꝰ sctis martyribꝰ tuis agricola ꝛ vitali: vt q̄ ore cōtigimꝰ/ pura mēte capiamꝰ. P. Scti saturnini epi ꝛ mar. orō.

Deus qui nos btī saturnini martyris tui atqꝫ pōtificis cōcedis/ natalicio pfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. P dn̄m.

Hostias tibi dn̄e sa Secre. turnini martyris tui atqꝫ pōtificis dicatas meritis benignꝰ assume: ꝛ ad ppetuum nob tribue puenire subsidiū. P. Postcōio.

Refecti pticipatiōe muneris sacri q̄s dn̄e deꝰ nr̄: vt cuiꝰ exeq̄mur cultū sentiamꝰ effectū. P

Explicit officiū sanctoꝝ.

Sequiṫ missa deuotissima quinqꝫ plagarū christi. Introitus.

Humiliauit semetipm dn̄s deꝰ noster iesus xp̄us vsqꝫ ad morte: morte aūt cruc ꝓpter qd et deus exaltauit illū / et dedit illi nomē qd est sup om̄e nomen. Ps. Mias dn̄i incternū cantabo. Glia pri. Gl'ia in excelsis. Oratio.

Domie iesu xp̄e fili dei viui q̄ de celis ad terrā descendisti de sinu pr̄is: ꝛ in ligno cruc quinqꝫ plagas sustinuisti / et sāguinē tuū in remissionē pctōꝝ nr̄oꝝ fudisti: te hūiliter dep̄camur vt in die iudicij ad dexterā tuā audire merea mur illā dulcissimā vocem: venite bn̄dicti pr̄is mei. Qui cū eodē patre et spū sctō viuit ꝛ regnat deus P oīa scl'a scl'oꝝ. Lectio zacharie pphete. xiij.

Hec dicit dn̄s [deꝰ. Effundā sup domū dauid: ꝛ sup habitatores hierl'm: spiritū gr̄e et precū. Et aspiciēt ad me quē cōfixerūt. Et plāgēt eū plāctu quasi sup vnigenitum: ꝛ dolebūt sup eū vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa erit plāctus magnꝰ in hierl'm: ꝛ diceṫ ei. Quid sūt plage iste ī medio manuū tuarū ? Et dicet. His plagatꝰ sum in domo eoꝝ: qui diligebāt me. Framea suscitare sup pastorē meū: et sup virū coherētē michi: dicit dn̄s exercituū. Percutite pastorē ꝛ dispgentur oues. Ait dn̄s omnipotēs

R. Improperiū expectauit cor meum ꝛ miseriā ꝛ sustinui qui michi cōtristareṫ ꝛ

nō fuit qui consolaret̄ me quesiui ⁊ non inueni. ℣. Dederūt in escā meā fel ⁊ in siti mea potauerūt me aceto. Alleluia. ℣. Aue rex noster tu solus nr̄os miseratus errores patri obediēs vsqꝫ ad mortē ductus es vt agnꝰ māsuetus ad occisionē tibi glr̄ia osanna tibi triūphus ⁊ victoria tibi sūme laudis ⁊ honoris corona. In tpe pascha. Alla. ℣. Dulce lignū dulces clauos dulcia ferēs pōdera q̄ sola fuisti digna sustinere regē celoꝝ et dominū

Tractꝰ

Crux iesu xp̄i aperuit nobis ianuā celi. ℣. Crux soluit vinculū mortis ꝑ hoc vite lignū signum sacrū salutis nostre defende nos iesu xp̄e ℣. Qui per crucē et sanguinē redemisti nos auxiliare nobis. ℣. Saluator mūdi salua nos om̄es qui saluasti petrū in mari miserere nobis.

Prosa.

Cenā cum discipulis xp̄e celebrasti: ⁊ mortem apl̄is palā nunciasti. Et actorē sceleris iudā demōstrasti: et egressus protinus ortulū intrasti. Tūc procidēs dn̄s humi se prostrauit: et trāsferri calicē a se postulauit. Sed pr̄is arbitrio illud cōmendauit: ⁊ ecce mox sanguis sudor emanauit. Judas post hec osculū ori dedit christi: ad q̄d inquit dn̄s amice venisti. Nūc tradis osculo quem iā vendidisti: assistentes ꝓtinus irruūt ministri Nox insomnis itaqꝫ tota ducebatur nulla prorsus reqes iesu p̄stabatur. Magistroꝝ impia plebs iniuriat̄ alapis ⁊ collaphis innocens mactat̄. Dum iesū eripere pilatus conat̄: iudeoꝝ furia magis inflammat̄. Et tumultus populi ingens excitat̄ et plebis vox intonat vt crucifigatur. Tradit̄ militibus vinculis artat̄: vndiqꝫ verberibus corpus cruentat̄. Caput regis gl̄ie spinis coronat̄. Postqꝫ flexis genibus quisqꝫ irritat̄. Ecce caro tenera pij saluatoris ad colūnam nequiter coartat̄ loris. Sic flagellis cedit̄ impij tortoris hinc emanant riuuli vndiqꝫ cruoris. Post vrbis in mediū iesus procedebat ⁊ crucis patibulū humeris ferebat. Ad fores ⁊ hostiā populꝰ fluebat: eiusqꝫ cōfusio oībus patebat. Ad pudorꝫ cumulū iesu denudaris ⁊ vēto ⁊ frigori nudꝰ spoliaris. Innocēs cū impijs ī cruce dānaris: ⁊ q̄si dux sceleris medio locaris. Tēsis ligno brachijs manꝰ ꝯclauant̄ cruci caro trucibꝰ clauis iūgebat̄. Nerui vene seuili modo laniant̄ / pedū plāte / manuūqꝫ ferro cōclauātur. Fundūt riui sāguinis fontē saluatorꝫ ꝓperet huc aīa queqꝫ pctōris sic feruēter hauriat aliq̄d dulcorꝫ quo frequēter liniat vulnera doloris. Loq̄ns iesus postea sitio dicebat acetūqꝫ protinus felle quis miscebat: hoc infusū spōgie ori porrigebat quod degustās paululū sumere nolebat. Mi iesu mirifice / quid est qđ agebas tu de siti cōquerēs de cruce silebas. Nū quid hāc vim doloris magis sentiebas sed potius salutē nostrā sitiebas. Vocē ꝓmēs vltimā patrē inuocasti spm̄qꝫ manibꝰ eiꝰ cōmēdasti cū clamore valido tādē expirasti sic salutē oīm vere ꝯsūmasti. Nūc ego superbio tu humiliaris ego culpas ꝑpetro tu pena multaris

Ego pomum mordeo: tu felle po-
taris/ ego peto mollia tu dire tra-
ctaris. Demū cuius valeat mens
vel ligua fari: q̄tū virgo credit in-
tus cruciari. Dū cernit iā mortuū
latus vulnerari: atq̧ nati viscera
lancea rimari. Corpꝰ q̄dē mortuū
iā nil sentiebat/ latꝰ eius lācea mi-
les pforabat. Quā virgo in filij la
tere videbat/ vnde aqua sanguine
mixta defluebat. Ad hūc ergo ꝓpe
ra fontē redēptoris vt fluētis quid
piā haurias dulcoris. Aque vite
lauacrū preciū cruoris hinc quoq̧
curatio profluat doloris. Amen.

Secundū iohānem xix.

In illo tp̄e. Sciens iesus q̄a
oīa iā ꝯsūmata sūt: vt ꝯsū-
maret scp̄tura/ dicit. Sitio. Uas
ergo positū erat aceto plenū. Illi
aūt spōgiā aceto plenā hysopo cir
cūponētes: obtulerūt ori eius. Cū
ergo accepisset iesus acetum: dixit
Cōsūmatū est. Et iclinato capite
tradidit spm̄. Judei ergo q̄m pa-
rasceue erat iudeorū: vt nō rema-
nerēt corpa ī cruce sabbato. Erat
enī magnꝰ dies ille sabbati: roga-
uerūt pilatū: vt frāgerent eoꝝ cru
ra. et tollerent. Uenerūt ergo mili-
tes: et p̄mi q̄dē fregerunt crura: et
alterꝰ q̄ crucifixꝰ est cū eo. Ad iesū
aūt cū venisset vt viderūt eum iā
mortuū/ nō fregerūt eiꝰ crura: sed
vnꝰ militū lācea latus eiꝰ aperuit:
et cōtinuo exiuit sanguis et aqua.
Et q̄ vidit testimoniū phibuit: et
scimꝰ quia verū est testimoniū eiꝰ
Credo. Offer. Insurrexerūt in me vi-
ri iniqui absq̧ mīa q̄sierūt me iterficere et
nō pepcerūt/ in faciē meā spuere et lāceis
Ab initio ⁊ ante secula creata sum: ⁊ vsq; ad futuꝝ seculũ nõ desinã: ⁊ in habitatiõe scã corã ipso ministraui. Et sic in syõ firmata sum: ⁊ in ciuitate scificata similiter requieui: et i hierusalẽ potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hereditas illiꝰ. Et in plenitudine sanctorum detentio mea. R. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuẽta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix quem totꝰ nõ capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Alla. V. Ora pro nobis pia virgo maria de qua xp̃us natus est nobis vt pctõribꝰ sit misertus. Alla V. Post partũ virgo inuiolata pmãsisti dei genitrix intercede pro nobis. Alla. V. Virga iesse floruit virgo deũ ⁊ hominem genuit pacẽ deus reddidit in se recõsiliãs ima summis. Alla. V. Per te dei genitrix est nobis vita pdita data que de celo suscepisti prolem ⁊ mundo genuisti saluatorẽ. In tẽpore paschali. Alla V. Angelus dñi descendit de celo ⁊ accedens reuoluit lapidẽ et sedebat sup eũ. Ab ascensiõe vsq; ad penthecostẽ. Alleluia. V. Ascendẽs xp̃us in altum captiuã duxit captiuitatẽ dedit dona hominibus. ¶ Per ebdomadã pẽthecostes. Alla. V. Veni sãcte spũs reple tuoꝝ corda fidelium et tui amoris in eis ignẽ accende. Vacante. alla. post. R. Benedicta. dicitur. Tractus.

Gaude maria virgo cunctas hereses sola interemisti. V. Que gabrielis archãgeli dictis credidisti. V. Dũ virgo deũ ⁊ hominẽ genuisti ⁊ post partum virgo inuiolata pmansisti. V. Dei genitrix intercede pro nobis. Prosa.

Benedicta es celoꝝ regina et mundi totius dña et egris medicina. Tu preclara maris stella vocaris que solẽ iustitie paris a quo illuminaris. Te deus pater

vt dei mat fieres & ipse frater cui9 eras filia. Sanctificauit sanctam seruauit & mittēs sic salutauit aue plena gratia. Per illud aue platū et tuū respōsum datū est ex te verbum incarnatū quo saluātur oīa Nūc mater exora natū vt nostrū tollat reatū et regnum det nobis paratum in celesti patria. Amen.

Veni virgo virgi Prosa. nū veni lumē luminū veni vena venie. Veni salus hoīm veni splendor ordinū celestis militie Consolatrix inclyta veni vide visita certātes in acie Nos rege nos incita nos foue nos excita de lacu miserie. Veni iesse virgula veni rosa pmula rosa carēs carie. Peccatorū vincula rumpe prece sedula presentis familie. Magna maior maxima reple cordis itima celesti teperie. O lux beatissima esto nobis prima rogās regem glīe. Ut nos iūgat superis dans nobis in dexter post spem frui specie. Que benigna diceris miserere miseris virgo mater gratie. Amē. Prosa.

Marie preconio seruiat cum gaudio feruēs desiderio verus amor. Amoris suffragio presentet filio matris in obsequio cordis clamor. Aue salus hoīm vgo dec9 virginū te decet post dominū laus et honor. Tu rosa tu lilium cuius dei filiū carnis ad cōnubiū traxit odor. Aue manās facie fōs misericordie vera mentis saucie medicina. Tu pincerna venie tu lucerna glīe tu supne gratie es regina. Aue carens carie speculū mūdicie venustās ecclie sacramētum Tu finis miserie tu ver es leticie: pacis & concordie condimentū. O felix puerpera nostra piāns scelera iure matris impera redēptori. Da fidei federa da salutis opa da in vite vespera bene mori. Amen.

Verbum bonū et Prosa. suaue psonemus illud aue p quod christi fit cōclaue vgo mater filia. Per qd aue salutata mox cōcepit fecūdata virgo dauid stirpe nata inter spinas lilia. Aue veri salomonis mater vellus gedeonis cuius magi tribus donis laudant puerperiū. Aue solē genuisti aue prolem protulisti mūdo lapso cōtulisti vitā et imperiū. Aue spōsa verbi sūmi maris portus signū dumi aromatū virga fumi angelorum domīa. Supplicam9 nos emenda emēdatos nos commēda tuo nato ad habenda sempiterna gaudia. Amen. Prosa.

Mane pma sabbati surgēs dei fili9 nostra spes et glīa. Victo rege sceler redijt ab inferis cū summa victoria. Cui9 resurrectio omni plena gaudio cōsolatur oīa. Resurgentis itaq maria magdalene facta est pnūcia. Ferens xpi fratrib9 eius morte tristib9 expectata gaudia O bti oculi quib9 regē seculi morte iā deposita pma est intuita. Hec est illa femina cui9 cūcta crimina ad xpi vestigia eius lauit grā. Que dū plorat et mens orat facto clamat qd cor amat iesum sup omnia. Nō ignorat quē adorat qd precet sed delet qd mēs

timet cõscia. O maria mater pia
stella maris appellaris operũ per
merita. Matri xp̃i coequata dum
fuisti sic vocata sed honore subdi-
ta. Illa mũdi impatrix ista beata
peccatrix letitie ṗmordia fuderũt
in ecclesia. Illa enĩ fuit porta per
quã fuit lux exorta hec resurgẽtis
nuncia mundum replet leticia. O
maria magdalena audi vota lau
de plena apud christũ chor istum
clemẽter concilia. Ut fons summe
pietatis qui te lauit a peccatis ser-
uos suos atq; tuos mundet data
venia. Hoc det ei⁹ gratia q̇ regnat
p omnia. Amen. Alia. Prosa.

Virgini marie laudes into-
nẽt christiani. Eua tristis
abstulit sed maria ptulit natum
qui redemit peccatores. Mors et
vita modulo ꝯflixere mirãdo ma-
rie fili⁹ regnat de⁹. Dic nobis ma
ria virgo clemens ⁊ pia. Quomõ
facta es genitrix cũ tu sis plasma
de te nascentis. Angelus est testis
ad me missus celestꝫ. Processit xp̃s
spes nostra ex virgine imaculata
Credendũ est magis soli gabrieli
forti q̃ iudeorꝝ praue cohorti. Sci
mus christũ pcessisse ex maria ma
tre tu nobis nate rex miserere all'a.
Hee due prose supradicte videlicet
Mane ṗma sabbati. vel. Uirgini
marie lau. dñr tpe pascha. vsq; ad
trinitatẽ. pse ꝺo p̃cedẽtes videlicꝫ
Bñdicta Ueni ꝺgo. Marie p̃cõio
⁊ Uerbũ bonũ dñr qñ celebrat de
btã maria vicissim cũ prosis octa.
assũptio. ⁊ ntitatꝫ eiusdẽ. Excepto
q; pla. Hodierne. Aue ꝺgo singu
larꝫ. Et Area. q̃ sũt p octa. assũp.
nõ dicũtur nisi infra dictas octa.

In illo tp̃e. Scđm lucã.
Factũ est dũ loqueret iesus
ad turbas: extollẽs vocẽ quedam
mulier de turba dixit illi. Beatus
vẽter q̇ te portauit: ⁊ vbera q̃ suxi
sti. At ille dixit. Quinimo. Beati
qui audiũt verbũ dei: ⁊ custodiũt
illud. Credo dicit quotiescũq; de
beata maria celebrat. In tẽpore
paschali vsq; ad trinitatẽ. Euan-
geliũ. Scđm iohãnem. xix.

In illo tp̃e. Stabant iuxta
crucẽ iesu mater ei⁹: et soror
matris ei⁹ maria cleophe ⁊ maria
magdalene. Cum vidisset ergo ie-
sus matrẽ et discipulũ stantẽ quẽ
diligebat: dixit matri sue. Mulier
ecce fili⁹ tuus. Deide dixit discipu-
lo. Ecce mater tua. Et ex illa hora
accepit eã discipul⁹ in suã. Credo
Offr. Felix nãq; es sacra ꝺgo maria et
omĩ laude dignissima q̇a ex te ort⁹ est sol
iusticie xp̃s de⁹ noster all'a. Offr. Ante
thronũ trinitatis miserorũ miserata pia
mater pietatꝫ sis p nobis aduocata cau-
sam nr̃e pauptatis corã deo sustine. Et
veniã de pctis seruis tuis obtine. V. Uir
go pia dele dura vicula matris cura cul-
pas cura pdita vite iura seruis tuis ob-
tine. Et veniã de pctis seruis tuis obtine
Offr. Recordare virgo mater in cõspe
ctu dei vt loq̃ris p nobis bonũ ⁊ vt auer-
tas indignationẽ suã. V. Ab hac familia
tu ppicia. Aue maria plena gr̃a. Ma
ter eximia pelle vicia. Fer remedia reis
in via. Aue maria. Dans in patria vite
gaudia. Pro quibus dulcia tu preconia.
Aue maria. Laudes cũ gr̃a suscipe pia.

Uirgo maria a nobis. Secreta.

Tua dñe ꝓpitiatiõe ꝛ beate marie semp virginis intercessione ad ꝑpetuã atqꝫ ꝓsentẽ hec oblatio nobis cõferat ꝓsperitatẽ et pacẽ. P dñm. Prefatio. Et te in veneratiõe. Cõio. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni pr̃is filium. Cõio. Uera fides geniti purgauit crimina mũdi ꝛ tibi virginitas inuiolata manet. Postcõio.

Sumptis dñe salutis nostre subsidijs da q̃s beate marie p̃rocinijs nos vbiqꝫ ꝓtegi: in cui⁹ veneratiõe hec tue obtulim⁹ maiestati. P d. P aduẽtũ qñ fit de btã maria. Introit⁹

Rorate celi desup ꝛ nubes pluant iustũ aperiat terra et germinet saluatorẽ. ps. Celi enarrant gl'iam dei: ꝛ opa manuũ ei⁹ annũciat firmamẽtũ. Gl'a pr̃i. Gl'a in excel. Orõ

Deus q̃ de btẽ v̾ginis vtero v̾bũ tuũ ãgelo nũciãte carnẽ suscipe voluisti: p̃sta supplicib⁹ tuis: vt q̃ vere eã dei gẽitricẽ credim⁹ ei⁹ apd̃ te itercessiõib⁹ adiuuemur. p eũdẽ. Lcõ isaie ꝓphete. vij.

In dieb⁹ ill'. Locut⁹ est dñs ad achaz dicẽs. Pete tibi signũ a dño deo tuo in ꝓfundũ inferni siue in excelsũ supra. Et dixit achaz. Nõ petã: ꝛ nõ tẽtabo dñm Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunq̃d parũ est vobis molestos esse hoĩbus. quia molesti estis et deo meo. Propter hoc dabit domin⁹ ipe vobis signũ. Ecce virgo cõcipiet ꝛ pariet filiũ: ꝛ vocabitur nomen eius emanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malũ et eligere bonum. R. Tollite portas principes v̾ras et eleuamini porte eternales ꝛ introibit rex gl'ie. V. Quis ascendet in montẽ dñi aut quis stabit in loco sc̃õ eius innocens manib⁹ ꝛ mũdo corde. Alla. V. Ostẽde nobis domine miam tuam ꝛ salutare tuũ da nobis.

Mittit ad virginẽ Prosa. nõ quẽuis angelũ sed fortitudinẽ suũ archãgelũ amator hominis. Fortem expediat ꝓ nobis nunciũ nature faciat vt ꝑiudiciũ in partu virginis. Naturã superet nat⁹ rex gl'ie regnet et iperet et zima scorie tollat de medio. Superbientiũ terat fastigia colla sublimiũ calcãs vi ꝓpria potẽs in ꝑlio Exi q̃ mitteris hec dona dissere reuela veteris velamẽ littere virtute nuncij. Foras eijcias mũdanum ꝑncipẽ matrẽqꝫ facias tecũ participem patris iperij. Accede nũcia dic aue cominus dic plena gr̃a dic tecum dñs ꝛ dic ne timeas. Uirgo suscipias dei depositũ in quo ꝑfici as casta ꝓpositũ ꝛ votum teneas Audit ꝛ suscipit puella nũciũ credit ꝛ cõcipit ꝛ parit filiũ sed admirabilẽ. Cõsiliariũ hũani generis et deũ fortiũ ꝛ patrẽ poster꜄ in pace stabilẽ. Natura premit' in partu virginis rex regũ nascit' vum celãs numinis sed rector superum. Qui nob̃ tribuat pc̃ĩ veniã reat⁹ diluat ꝛ donet patriã in arce siderũ. Amẽ. Prosa

Mirandũ cõmerciũ v̾ginis i gremiũ deitatis ꝛ carnis cõnubiũ transit ad imperiũ pietatis. Lapso nãqꝫ

genere hũano ꝑ scelere matris eue
missus ad hãc ꝓpere gabriel cũ fe=
dere ꝓmpsit aue. Aue inq̇t maria
grã plena dñs tecũ. Audi virgo re
gia ne sis dubia paries iesum. Re
spondit hec quomõ fiet angele dei
iam virum nõ ꝑtuli. Fert eya hec
amodo scies nã virtꝰ tibi vmbra=
bit altissimi. At virgo ecce ancilla
dei fiat vt dixisti. O grãde verbũ
in illa qđ factũ est caro xp̃i. Mox
vt fiãt incepit verũ deũ concepit et
hominẽ. Quo qui euã decepit de=
ceptũ se decepit ꝑ virginẽ. O ver=
bum nectareũ quo gignit virgo.
Sed o virgo q̃ deũ sic ꝓfert mũdo
Quãtũ decet venerari hũana nec
lĩgua fari nec angelꝰ sufficit. Ip=
sam tamẽ collaudãtes ꝓ modulo
et orãtes dicat q̇sq3 sicut scit. Aue
virgo virginũ lumẽ gestãs lumi=
nũ aue et gaude. Placa nob̃ dñm
ip̃os hostis hoĩm seruãs a fraude
Amen. Secundum lucam. ꝓmo

IN illo tpe. Missus est ãgelꝰ
gabriel a deo ĩ ciuitatẽ gali=
lee cui nomẽ nazareth: ad virginẽ
desponsatã viro / cui nomẽ erat io=
seph: de domo dauid: ⁊ nomẽ ꝟgi
nis maria. Et ĩgressus ãgelus ad
eã dixit. Aue grã plena: dñs tecũ
Bñdicta tu in mulieribꝰ. Que cũ
audisset turbata est ĩ sermõe eiꝰ: et
cogitabat q̃lis esset ista salutatio.
Et ait ãgelꝰ ei. Ne timeas maria
inuenisti enĩ grãm apđ deũ. Ecce
ↄcipies ĩ vtero ⁊ paries filiũ: ⁊ vo=
cabis nomẽ eius iesũ. Hic erit ma=
gnus: ⁊ filiꝰ altissimi vocabit̃. Et
dabit illi dñs deꝰ sedẽ dauid patr̃
eius: ⁊ regnabit in domo iacob in
eternũ: ⁊ regni eiꝰ nõ erit finis. Di
xit autẽ maria ad ãgelũ. Quomõ
fiet istud qm̃ virũ non cognosco?
Et respõdẽs ãgelꝰ dixit ei. Spũs
sctũs supueniet ĩ te: ⁊ virtꝰ altissi=
mi obũbrabit tibi. Ideoq3 ⁊ quod
nascet̃ ex te sctm̃: vocabit̃ filiꝰ dei.
Et ecce elizabeth cognata tua: et
ip̃a concepit filiũ in senectute sua.
Et hic mẽsis est sextus illi q̃ vocat̃
sterilis: q2 nõ erit impossibile apđ
deũ om̃e verbũ. Dixit aũt maria.
Ecce ãcilla dñi. Fiat michi secũdũ
verbũ tuũ. Offr. Aue maria grã ple
na dñs tecũ bñdicta tu in mulieribꝰ ⁊ be=
nedictus fructꝰ ventris tui. Secreta.

IN mẽtibꝰ nr̃is q̃s dñe vere
fidei sacramẽta cõfirma: vt
q̇ cõceptũ de ꝟgine deũ verũ ⁊ ho=
minẽ cõfitemur: ꝑ eiꝰ salutifere re=
surrectiõis potẽtiã: ad eternã me=
reamur ꝑuenire letitiã. P. Prefa=
tio. Et te in veneratiõe. Cõio. Ecce
virgo cõcipiet ⁊ pariet filium ⁊ vocabit̃
nomẽ eius emanuel. Postcõio

GRatiã tuam q̃s dñe mẽtibꝰ
nr̃is infunde: vt q̇ angelo nũciãte
xp̃i filij tui ĩcarnationẽ cognoui=
mus: per passionẽ eius ⁊ crucẽ ad
resurrectiõis gl̃am ꝑducamur. P
eũdẽ. ¶ A ntitate dñi vsq3 ad epy-
phaniã. Introitꝰ.

PUer natꝰ est nobis / ⁊ filiꝰ datꝰ
est nobis / cuiꝰ imperiũ sup
humerũ eiꝰ / et vocabit̃ nomẽ eius
magni consilij angelꝰ. ps. Cantate
dño canticũ nouũ: quia mirabilia fecit.
Glĩa pr̃i. Glĩa in excel. Orõ.

DEus q̇ salutis eterne beate

marie v̄ginitate fecūda hūano generi p̄remia p̄stitisti: tribue q̄s: vt ipam p nob̄ intercedere sentiam⁹ p quā meruim⁹ auctorē vite suscipere dn̄m nr̄m iesum xp̄m filium tuū. Qui tecū. Lectio epistole btī pauli apl̄i. Ad titum. iij.

Charissime. Apparuit benignitas ꝛ hūanitas saluatoris nr̄i dei. Nō ex opib⁹ iusticie q̄ fecim⁹ nos: sed scd̄m suā miam saluos nos fecit. P lauacrū regenerati͠ois ꝛ renouati͠ois sp̄us scī quē effudit in nos abūde: p iesū christū saluatorē nr̄m. Ut iustificati gr̄a ipi⁹ heredes sim⁹: scd̄m spem vite eterne. In xp̄o iesu: dn̄o nr̄o. R. Uiderūt oēs fines terre salutare dei nr̄i/ iubilate deo oīs terra. V. Notū fecit dn̄s salutare suū āte ꝯspectū gētiū reuelauit iusticiā suā. Alla. V. Dies sāctificatus illuxit nobis: venite gētes ꝛ adorate dn̄m q̄a hodie descēdit lux magna sup terrā.

Letabūdus exultet Prosa. fidelis chor⁹ alla. Regē regū intacte pfudit thor⁹: res mirāda. Angel⁹ cōsilij nat⁹ est de v̄gine sol de stella. Sol occasum nesciēs stella semp rutilās semp clara. Sicut syd⁹ radiū pfert virgo filiū pari forma: Neq̧ syd⁹ radio neq̧ mr̄ filio fit corrupta. Cedr⁹ alta libani ꝯformat̄ hysopo valle nr̄a. Uerbū ens altissimi corpari passuꝫ est carne sūpta. Isaias cecinit synagoga meminit nūq̄ tamē desinit esse ceca. Si nō suis vatib⁹ credat vel gētilib⁹ sibyllinis versib⁹ hec p̄dicta. Infelix ꝓpera crede vel vetera cur dānaber̄ gēs misera. Quē docet littera vatū cōsidera ipm genuit puerpera. Scd̄m lucā. ij.

In illo tp̄e. Pastores loq̄bātur adinuicē. Transeamus vsq̧ bethleē: ꝛ videam⁹ hoc verbū q̄d factū est: q̄d fecit dn̄s et ostēdit nobis. Et venerūt festinātes: ꝛ inuenerūt mariā ꝛ ioseph et infantē positū in p̄sepio. Uidētes aūt: cognouerūt de v̄bo q̄d dictū erat illis de puero hoc. Et oēs qui audierūt mirati sūt: ꝛ de his q̄ dc̄tā erāt a pastorib⁹ ad ip̄os. Maria autē cōseruabat oīa v̄ba hec: cōferēs in corde suo. Et reuersi sunt pastores gl̄ificātes/ et laudātes deū in oīb⁹ q̄ audierāt ꝛ viderāt: sicut dictū est ad illos. Credo. Offr̄. Tui sūt celi et tua est terra orbē terrarꝫ ꝛ plenitudinē ei⁹ tu fundasti iustitia ꝛ iudiciū p̄paratio [sedis tue. Secre.

Munerib⁹ nr̄is q̄s dn̄e p̄cibusq̧ susceptis: ꝛ celestib⁹ nos mūda mysterijs: ꝛ intercedēte btā dei genitrice maria clemēter exaudi. Per eūdē. Prefatio. Quia p incar. Cōio. Uiderūt oēs fines terre salutare dei nostri.

Hec nos cōmunio Postcō. dn̄e purget a crimine: ꝛ intercedēte btā dei genitrice maria: celestis remedij facias esse ꝯsortes. P eūdē. ¶ Ab epyphania vsq̧ ad purificationē. Introitus. Salue sctā parēs. vt̄s. Orō. Deus q̄ salutis. vt̄s. Cetera vt̄s. in officio p̄cedēti. Secreta. et. Postcōio. ¶ De sctā genouefa. Introitus.

Ueneremur oēs in dn̄o/ voce corde nisu toto sctitatem genouefe virginis/ de

cuius suffragijs gaudẽt populi et
collaudãt filium dei. ps. Eructauit
cor meũ verbũ bonũ: dico ego opa mea
regi. Gloria patri. Glĩa in excel. Orõ
Beate genouefe ṽginis dñe
deus gloriosis meritis adiu
uemur: et eius sacro interuẽtu cor=
poris et anime sanitate gaudẽtes:
grã cooperãte saluemur. P dñm.
Epla. Qui gliatur. In cõi fo. xij.
R. O pia sponsa dei tribulatis spes re=
quiei virgo frãcigena virgo dulcedĩe ple
na in te sperãtes audi miserãdo precãtes
V. Dele peccamẽ vexatis peste iuuamen
mestis solamen porrige semper. Amen.
Alla. V. Ora p nobis miseris sancta
virgo genouefa q̃ nũc gaudes in superis
miraculis innũeris fulgens virtute beni=
gna. In tpe paschali. Alla. V. In
die resurrectiõis mee dicit dñs precedam
vos in galileã. ¶ Inter ascensionẽ et
penthecostẽ. Alla. V. Nõ vos relin=
quã orphanos vado et venio ad vos et
gaudebit cor vestrũ. Per octa. pẽthe.
Alla. V. Veni sctẽ spũs reple tuorũ cor=
da fideliũ et tui amoris in eis ignẽ accẽde
Ignẽ sacrũ refrige Prosa.
rat post mortẽ viuens meri
tis. Que p̃us in se vicerat estus in
terni fomitis. Morti morb demo=
nibus et elemẽtis ĩperat. Sic ge=
nouefa p̃cibus nature leges supe=
rat. Operat̃ in paruulis xpi virt9
magnalia. Christo p tot miracu
lis laus frequẽs iugis glĩa. Amẽ.
¶ In septuagesima. Tractus.
Diffusa est gratia in labijs tuis
ppterea benedixit te deus ĩeter
nũ. V. Accingere gladio tuo circa femur
tuũ potentissime. V. Specie tua et pul=
chritudine tua intẽde prospere procede et
regna. Euãge. Simile est regnum
celorũ decẽ virgi. In cõi folio. xiij.
Offertoriũ. Protege nos q̃sumus dñe
p merita sctẽ genouefe ab oib9 molestijs
et a cũctis angustijs vt sic maiestati tue
seruiam9 assidue quod tandem nobis in
celis temetipm dare velis. Secreta.
Interueniente p nobis bea=
ta virgine genouefa clemẽ=
tiam tuã deposcim9 pie pater: vt
salutẽ animarũ nostrarũ pariter et
corporũ hec hostia sacrosctã effica=
citer operetur. P dominũ. Cõio.
O genouefa respice nos pietatis oculo
consors lucis angelice celesti clara titulo
regis assistens vultui nos regi reconcilia
da nobis sponso perfrui sponsaqꝫ sponsi
Beate geno [filia. Postcõio.
uefe virginis p̃cibus confi=
dentes q̃sumus dñe: vt per ea que
sumpsim9: eterna remedia capia=
mus. P dñm. ¶ De sctõ sebastião
Introitus.
Egregie xpi mar
tyr sebastiãe pri
ceps et ppagator sctissi
morũ p̃ceptorũ: ecce no=
men tuũ in libro vite ce
lestis ascriptum est: et memoriale
tuũ nõ dereliquet̃ in secla. ps. Ora
p nobis beate sebãstiane: vt digni efficia
mur promissiõibus xpi. Glĩa patri. In
tpe paschali. Introitus.
Protexisti me de9 a conuẽ
tu malignãtiũ alla a mul
titudine operãtiũ iniq̃ta=
tẽ alla alla. ps. Exaudi de9 orationẽ
meã cum deprecor: a timore inimici eripe
animã meã. Gloria patri. Oratio.

Deus qui beatū sebastianū martyrē tuū virtute cōstā tie in passiōe roborasti: ex eius nobis imitatiōe tribue ꝑ amore tuo ꝓspera mūdi despicere: ⁊ nulla ei⁹ aduersa formidare. Per dominū.

Memoria ꝓ mortalitate. Oratio

Deus qui nō mortē sed penitentiā desideras pctōꝝ: q̄s populū tuū ad te cōuerte ꝓpicius vt dū tibi deuot⁹ extiterit / iracūdie tue flagella ab eo amoueas. P d.

Ep̄la. Btūs vir q̄ inuētus est. In cōi so. iij. ℟. O sebastiane xp̄i athleta gloriosissime qui ꝓ christo reliquisti terrene militie principatū: ⁊ suscepisti imane suppliciū intercede pro nobis ad dominū. ℣. O sancte sebastiane xp̄i martyr egregie cuius meritis tota patria lumbardie fuit liberata a mortifera peste libera nos ab ip̄a et a maligno hoste. All'a. ℣. O sctē sebastiane militie ꝓsidiū: exaudi sero ⁊ mane p̄ces ad te clamātiū. In tēpore paschali. All'a. ℣. In die resurrectionis mee dicit dn̄s precedā vos in galileā. Tpe ascensiōis. All'a. ℣. Non relinquam vos orphanos vado et venio ad vos et gaudebit cor vestrū. Per octa. penthecostē. All'a. ℣. Ueni sctē sp̄us reple tuorū corda fideliū et tui amoris in eis ignem accende. Prosa.

Cessat morb⁹ cessat pestis altari edificato. Sācte martyr xp̄i testis pro nobis deū orato Ut cesset epidimia qua flagellat patria. Et cū misericordia currat dei sentētia. Finitaq; miseria hui⁹ labētis secli. Tecū sim⁹ in gl'ia dicamus amē singuli. In lxx

Desideriū aīe eius Tractus. tribuisti ei ⁊ volūtate labioꝝ ei⁹ nō fraudasti eū. ℣. Qm̄ p̄uenisti eū in bn̄dictiōibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. Euāg. Si q̄s vult venire. In cōi so. iiij. Offer. Gl'ia ⁊ honore coronasti eū et ꝯstituisti eū sup opa manuū tuaꝝ dn̄e. In tpe paschali. Offer. Confitebunt celi mirabilia tua dn̄e et veritatē tuā in ecclia sctōꝝ

Accepta [all'a. all'a. Secre.
sit in cōspectu tuo dn̄e nr̄a deuotio: et ei⁹ nob̄ fiat suplicatio ne salutaris: ꝓ cui⁹ ꝯmemoratiōe defert. P do. ¶ Pro mortalitate.

Subueniat nob̄ dn̄e Secre. q̄s sacrificij p̄sentis oblatio q̄ nos ab errorib⁹ vniuersis potenter absoluat: et toti⁹ ꝑditionis eripiat incursu. P dn̄m. Cōio. Multitudo languētiū et qui vexabātur a spiritib⁹ immūdis veniebāt ad eū quia virtus de illo exibat et sanabat oēs. In tpe paschali. Cōio. Letabit iustus in dn̄o et sperabit in eo ⁊ laudabūtur oēs recti corde all'a all'a. Cōio. Beatus es ⁊ bene tibi erit egregie martyr sebastiane q̄a cū sctis gaudebis ⁊ cū angelis exultabis in eternū. Postcō.

Sacro [bis in eternū. Postcō.
mūere saciati te dn̄e supplices dep̄camur: vt qd̄ debite seruitutis celebram⁹ officio: intercedēte btō sebastiāo martyre tuo: salutionis tue sentiamus augmentū. P d. ¶ Pro mortalitate. Postcō.

Populū tuū q̄s oīpotēs de⁹ ab ira tua ad te cōfugientē suscipe paterna pietate: vt qui tue maiestatis flagella formidant: de tua mereātur venia gratulari. P

¶ Memoria de scō āthonio. Orō.

DEus qui ꝯcedis obtētu bti anthonij cōfessoris tui morbidum ignē extingui: ⁊ membris egris refrigeria p̄stari: fac nos ꝓpicius ipsius meritis a gehēne incendijs liberatos: integros mēte et corpore tibi feliciter in glīa p̄sentari. Per dominū. Secreta.

SAcrificiū nostrū quesumus domīe benign⁹ intēde: quo sicut beati anthonij precib⁹ cruciatus temporales cessare nō desinis ita erui misericorditer impetrem⁹ ab eternis. Per dn̄m. Postcōio.

PRosit nobis q̄s dn̄e ad salutē sacri muneris oblatio per quā beati āthonij fulti suffragio: exēplo ipsius oīa tela nequissimi ignea extiguētes: sanctoꝝ mereamur adiūgi cōsortio. P dn̄m.

¶ De oībus sanctis. Introitus.

TImete dn̄m oēs sācti eius/ quoniā nichil deest timentibus eū/ diuites eguerunt et esurierūt inquirētes autē dn̄m/ nō deficiēt omi bono. Ps. Benedicā dn̄m i omi tpe: semp laus ei⁹ in ore meo.

¶ In tpe paschali. Introitus.

SAncti tui dn̄e benedicēt te gloriā regni tui dicēt allā. Ps. Exaltabo te deus me⁹ rex: et benedicā noī tuo in seculū et in seculū seculi. Glīa pr̄i. Glīa in excel. Orō.

COncede q̄s oſs et mi̇ſicors deus: vt intercessio nos sctē dei genitricis ⁊ v̄ginis marie: sanctarūq̄ oīm celestiū v̄tutū: ⁊ beatorū patriarchaꝝ/ ꝓphetarū/ apostoloꝝ: martyꝝ: ꝯfessoꝝ. atq̄ virginū: et oīm electoꝝ tuoꝝ vbiq̄ letificet: vt dū eorū merita recolim⁹ p̄rocinia sentiam⁹. P eūdē. ¶ Nō fiat mēo. de aliquo scō: sed bene de pace ⁊ alijs necessitatibus. Epl̄a. Expectatio. In cōi fo. vij. R̄. Timete dn̄m oēs scti eius qm̄ nichil deest timentib⁹ eū. V̄. Inquirētes aūt dn̄m nō deficiēt omi bono. Allā. V̄. Scti ⁊ iusti in dn̄o gaudete vos elegit deus in hereditatē sibi. In tpe paschali. Allā V̄. In die resurrectiōis mee dicit dn̄s p̄cedam vos in galileā. Inter ascēsionē et pēthecostē. Allā. V̄. Non vos relinquā orphanos vado ⁊ venio ad vos ⁊ gaudebit cor vestrū. Per octa. pēthecostes. Allā. V̄. Veni sācte spūs reple tuoꝝ corda fidelium ⁊ tui amoris in eis ignē accēde. Prosa. Hi sci quoꝝ hodie celebrat mēo. In cōi fo. iiii. vel Prosa. Mundi etate. In cōi fo. x.

QUi semināt in lachrymis in gaudio metēt. Tract⁹ V̄. Eūtes ibant ⁊ flebāt mittentes semina sua. V̄. Veniētes aūt veniēt cū exultatiōe portātes manipulos suos. Euāg. Descēdēs iesus de mōte. In cōi fo. viij. Credo. Offꝛ. Letamini in dn̄o ⁊ exultate iusti ⁊ gl̄amini oēs recti corde. In tpe paschali. Offꝛ. Cōfitebunt celi mirabilia tua dn̄e et veritatem tuā in ecclesia sanctoꝝ alleluia alleluia. Secreta.

OBlatis dn̄e placare muneribus: ⁊ intercedēte btā dei genitrice maria cū oīb⁹ sctis: a cūctis nos defende piculis. P eūd. Cōio Iustoꝝ aīe in manu dei sūt: ⁊ nō tanget illos tormentū malitie visi sūt oculis insipientiū mori illi aūt sūt in pace. In tpe paschali. Cōio. Gaudete iusti in dn̄o allā: rectos decet collaudatio. Postcō.

Sumpsim⁹ dñe sancte marie virginis ⁊ oim sctõꝝ tuoꝝ memoriã recolẽtes sacramẽta celestia pſta q̃s: vt qd tpaliter gerim⁹ eternis gaudijs cõseq̃mur. P do.

Missa p mortalitate subitãea cui tãda quã dñs papa clemẽs fecit et cõstituit i collegio cardinaliũ. Et cõcessit oibus pdictã missã audiẽtib⁹ et dicẽtib⁹. CClx. dies indulgentiarũ. ¶ Ad missã. Introitus

Recordare dñe testamenti tui ⁊ dic angelo pcutienti/ cesset iã man⁹ tua vt nõ desolet terra et ne pdas oẽm animã viuã. Ps. Qui regis isrl̃ intẽde: q̃ deducis velut ouem ioseph. Oratio.

Deus q̃ nõ mortẽ sed penitẽtiã desideras pctõꝝ: q̃s populũ tuũ ad te ↄuerte pici⁹: vt dũ tibi deuot⁹ extiterit: iracundie tue flagella ab eo amoueas. P dñm.

¶ Mẽoria de sctõ sebastiano. vts̃.

Lcõ libri regũ. pmi palipom. xxi.

In dieb⁹ illis. Immisit de⁹ pestilẽtiã i isrl̃ de mane vsq; ad tẽpus ↄstitutũ: et mortui sunt de pplo a dan vsq; bersabee septuaginta milia viroꝝ. Cũq; extẽdisset manũ suã angel⁹ dñi sup hierl̃m vt dispderet eã: misert⁹ est dñs sup afflictionẽ: ⁊ ait ãgelo pcutiẽti populũ. Sufficit nũc: contine manũ tuã. Erat aũt angelus iuxta areã ornã iebusei Dixitq; dauid ad dñz cũ videret angelũ pcucientẽ pplm Ego sũ q̃ peccaui: ⁊ ego q̃ iniq̃ egi Isti q̃ oues sũt: qd fecerũt? Obsecro te dñe vt auertat man⁹ tua cõtra me: ⁊ cõtra domũ patris mei.

Uenit aũt gad pheta dñi ad dauid in die illa: et dixit ei. Ascẽde et cõstrue altare dño: sup areã ornã iebusei. Et ascẽdit iuxta sermonẽ gad: quẽ pdixerat ei dñs. R. Misit dñs vbũ suũ ⁊ sanauit eos ⁊ eripuit eos de iteritu eoꝝ. V. Cõfiteant dño mie ei⁹ et mirabilia eius filijs hoim. Alla. V. Saluabo ppl̃m meũ in medio hierl̃m et ero illis in deum in veritate ⁊ iustitia.

Tractus.

Domine non scdm peccata nr̃a que fecim⁹ nos: neq; scdm iniq̃tates nr̃as retribuas nobis. V. Domie ne memineris iniq̃tatũ nostraꝝ antiquaꝝ/ cito anticipẽt nos misericordie tue quia pauperes facti sum⁹ nimis. V. Adiuua nos de⁹ salutar[is] noster/ ⁊ ppter gloriã nois tui dñe libera nos/ et ppici⁹ esto peccatis nostris propter nomẽ tuum

Secundum lucam. quarto.

In illo tẽpore. Surgens iesus de synagoga: itrauit in domũ simonis. Socrus aũt simonis tenebat magnis febrib⁹: ⁊ rogauerunt illũ pro ea. Et stans super illã imperauit febri: et statim dimisit illã. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum autẽ sol occidisset: omnes qui habebãt infirmos varijs languoribus ducebãt illos ad eum. At ille singulis man⁹ imponẽs: curabat eos. Exibant autẽ demonia a multis clamantia ⁊ dicẽtia: quia tu es filius dei. Et increpãs/ nõ sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse christum. Facta autẽ die: egressus iesus ibat in desertum locum: ⁊ turbe requirebãt eũ. Et venerũt vsq; ad ipm/ et detinebãt eũ: ne discede-

ret ab eis. Quibꝰ ille ait. Quia et alijs ciuitatibꝰ opoꝛtet me euãgelizare regnũ dei: qꝛ ideo missus sũ. Erat aũt p̃dicãs: in synagoga galilee. Offr. Stetit angelus iuxta moꝛtuos ⁊ viuentes habẽs thuribulũ in manu sua ⁊ offerẽs incẽsi sacrificiũ placauit irã dñi ⁊ cessauit plaga a dño. Secre.

Subueniat nobis dñe q̃s sacrificij p̃sentis oblatio: que nos ab erroꝛibꝰ vniuersis potẽter absoluat: ⁊ totiꝰ ꝑditionis eripiat incursu. P dñm. Cõio. Multitudo languẽtiũ et qui vexabant a spiritibus immũdis veniebãt ad eũ quia virtus de illo exibat et sanabat oẽs. Postcõio.

Populum tuũ q̃sumꝰ oipotens deus ab ira tua ad te cõfugientẽ suscipe paterna pietate: vt q̃ tue maiestatis flagella foꝛmidãt: de tua mereant̃ venia gratulari. Per dñm. ¶ Quicũqꝫ hãc missã subscriptã celebꝛat habebit tria milia annoꝝ indulgẽtiaꝝ cõcessa a bonifacio papa. ¶ De noīe iesu. Introitus

In noīe iesu omne genu flectat̃ celestiũ terrestriũ et īfernoꝝ et oĩs lingua ꝯfiteat̃: quia dñs nr̃ iesus xp̃us in gl̃ia est dei p̃ris. Ps. Laudate dñm quoniã bonꝰ est dominꝰ psallite noī eius quoniam suaue. Gloꝛia p̃ri et filio. Oꝛemus. Oꝛatio.

Deus qui gloꝛiosissimũ nomẽ iesu chꝛisti vnigeniti filij tui fecisti fidelibꝰ tuis sũmo suauitatis affectu amabile: et malignis spiritibꝰ tremendũ atqꝫ terribile ꝯcede propiciꝰ: vt oẽs qui hoc nomẽ iesu deuote venerant̃ in terris scẽ cõsolatiõis dulcedinẽ in p̃senti percipiãt ⁊ in futuro gaudiũ exultatiõis ⁊ interminabilis iubilationis obtineant. Per dominũ.

Lectio actuum apostoloꝝ.

In diebꝰ illis. Petrus repletus spũsancto dixit. Pꝛincipes populi et senioꝛes audite. Si nos hodie diiudicamur in beneficio hominis infirmi in quo iste saluus factus est notũ sit omnibꝰ vobis: ⁊ omĩ plebi israel: quia in nomine dñi nostri iesu chꝛisti nazareni quẽ vos crucifixistis quẽ deus suscitauit a moꝛtuis ī hoc iste stat coꝛã vobis sanus. Hic est enĩ qui repꝛobatꝰ est a vobis edificantibꝰ. Hic factꝰ est in caput anguli et nõ est in alio aliquo salus: nec enim est aliud nomen sub celo datũ hominibus in quo opoꝛteat nos saluos fieri. ℟. Constituit dñs deus pater ad dexteram suã iesum in celestibus super omnẽ pꝛincipatũ potestatẽ virtutẽ et dominationẽ et sup omne nomẽ quod nominat̃ non solũ in hoc seculo sed etiã in futuro et omnia subiecit sub pedibus eius. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et pꝛopter gl̃iam nominis tui libera nos et ꝓpicius esto peccatis nostris pꝛopter nomẽ tuũ domine. Alla. ℣. Dulce nomen dñi nostri iesu chꝛisti melos in auribus mel in esu coꝛ vertit in iubilum et fugat mundi cymbalum. In tẽpoꝛe paschali. Alleluia. ℣. Surgẽs dñs iesus nr̃ stetit in medio discipuloꝝ suoꝝ et dixit eis pax vobis alleluia. Pꝛosa.

Dulcis iesus nazarenus iudeoꝝ rex amenꝰ pius pulcher floꝛidus. Pꝛo salute sue gẽtis

subit mortem cũ tormẽtis factus
pallens liuidus. Dulce nomen et
cognomẽ hoc trãscendẽs est p̄no=
men omnibus nominib⁹. Mulcet
reos sanat eos fouet reos mũdat
eos seruat ab insultib⁹. Huius re
gis sub vexillo statu degis in trã=
quillo hostes tui fugiũt. Nomen
iesu meditatum belli fugat appa=
ratum hostes victi rugiunt. Hoc
est nomen recolendũ quod sic sem
per est tremendum malignis spi=
ritibus. Hoc est nomen salutare ꝛ
solamẽ singulare quod succurrit
tristibus Hoc nos decet honorare
archa cordis iserare cogitare per=
amare amore sed heroico. Igna=
tius hoc docuit hoc passus isonu=
it cor eius scissum patuit inscriptũ
iesu celico. Ut quid maiora cupi=
mus q̃ ꝙ iesus sit intimus qui est
p̄amãtissimus ꝛ querit nos ama=
re. Amat feruentissime amat con=
stãtissime ꝛ suos vult iuuare. No
men suũ fecit tale vt sit cũctis cor=
diale capitale principale dilectum
ex intimis. Habent hoc nature iu=
ra vt amantẽ tota cura reamem⁹
placitura p̄stantes ex animis. Je
su nomen omne bonũ tenet dulcẽ
facit sonũ promeretur regni tro=
num auditum letificat. In hoc lu
cet splẽdor patris in hoc patet de=
cor matris in hoc fulget honor
fratris hoc fratres magnificat.
Caput iesu cor mens manus vul
nus liuor sanguis planus:
pedes corpus vigor sanus paran=
tur hominibus. Hec torquentem
passa dura hijs lesura ꝛ natura re
parant pia cura purgatis crimi=
nib⁹. Ergo si quis velit scire qua=
re nomen iesu mire facit bonos cõ
cupire sui inherentiam Jesus pul
cher in decore summe bon⁹ in va=
lore mitis lenis cũ dulcore p̄nus
ad clementiam. Jesus est rex glo=
riosus iesus forma speciosus iesus
lingua gratiosus ꝛ mirãdus ope=
re. Jesus fort' animosus iesus pu=
gil vigorosus iesus donis copio=
sus et gaudet tribuere. Jesus pie
viscerosus iesus doct⁹ luminosus
iesus est deliciosus ꝛ sapit dulcissi=
me. Jesus fama gl'iosus iesus cun
ctis fructuosus iesus tot⁹ virtuo=
sus fouet suos optime Summus
potens in vigore summus celsus
in honore summ⁹ gratus in amo=
re omnem laudẽ obtinet. In scien
do omne sapit ambiendo cuncta
capit diligendo corda rapit ꝛ illa=
ta retinet. Eya nobis nomen gra
tum dulcis iesus appellatum sic
in corde sit firmatum vt nõ possit
exui. Hoc reatum peccatorꝫ tollat
p̄stet iubilorũ odas sede beato=
rum donet nobis perfrui. Amen.

Tractus in lxx. et quadragesima

Dulce nomẽ iesu christi felix omĩe
ferens tristi iocundans mente iu
bilo. V. Tollit luctum affert fructum ꝛ
obductu ꝛ seductum purgat corda nu=
bilo. V. Nominatũ inuocatũ honoratũ
p̄dicatũ semper sonat dulciter. V. Tã
peccatũ q̃ reatum condonatũ expurga=
tum reddit mulcẽs leniter. V. Hostes fe=
rit mores serit mala terit graues gerit ꝛ
plenum est p̄sidium. V. Nos defendit
nos attendit nos intendit ꝛ extendit hoc

nomen in gaudium. Secundum mattheum.

In illo tempore. Angelus dñi apparuit in somnis ioseph dicēs. Joseph fili dauid: noli timere accipe mariā cōiugem tuā. Quod eni in ea natū est: de spū sctō est. Pariet aūt filium: ⁊ vocabis nomē eius iesum Ipse eni saluū faciet populū suum a peccatis eorū. Hoc autē factū est vt impleret qd̄ dictū est a domino per pphetam dicentē. Ecce virgo concipiet in vtero et pariet filium ⁊ vocabitur nomen eius emanuel quod interpretatur nobiscū deus Offertoriū. In nomine iesu demonia eijcient linguis loquentur nouis serpentes tollēt ⁊ si mortiferū quid biberint nō eis nocebit super egros manus imponēt et bene habebūt all'a. Secreta.

In veneratione dilectissimi filij tui iesu christi dñi nostri tibi deꝰ pater misericordiarū deuotis mentibꝰ hostias imolamꝰ suppliciter deprecātes / vt earū virtute cunctis egētibus prestent auxiliū et in eodē noīe delectātes salutarē sui propositi cōsequētur effectū. P dñm. Cōio. Vincēti dabo manna absconditū ⁊ dabo illi talentū candidum ⁊ in calculo nomē nouum scriptum quod nemo scit nisi qui accepit. Postcōio.

Sacrosancta mysteria que sumpsimꝰ dñe in honorem nominis complacētissimi filij tui dñi nostri iesu christi deuotis precordijs recolētes: q̄sumꝰ. vt incrementa spiritualis exultatiōis accumulent ⁊ affectū nostrū ad hoc salutiferū nobis nomē iugiter imprimendū attendāt ⁊ ad iubilandū in iesu salutari nostro dulcissimo totius mentis attentionē promoueat. Per eundē dominum.

Missa pro pace. Introitus.

Da pacem domie sustinētibus te / vt pphete tui fideles inueniant / exaudi p̄ces serui tui ⁊ plebis tue israel. ps. Letatus sū in his q̄ dicta sunt michi: in domū dñi ibimus. Gloria patri. Oratio.

Deus a quo sācta desideria: recta consilia: et iusta sunt opera: da seruis tuis illā quā mūdus dare nō potest pacē: vt et corda nostra mādatis tuis dedita: et hostiū sublata formidine: tēpora sint tua ptectiōe trāquilla. P do. Lcō libri sapiētie. eccl'iastici. xxxvj

Miserere nostri deus omniū et respice nos: ⁊ ostende lucem miserationū tuarū: ⁊ immitte timorē tuū super gentes que nō exquisierunt te: et cognoscāt quia nō est deus nisi tu: vt enarrēt magnalia tua. Alleua manū tuā super gentes alienas: vt videāt potestatē tuā. Sicut eni in cōspectu eorum sāctificatus es in nobis sic in conspectu nostro magnificaberis in illis: vt cognoscant te: sicut et nos agnouimus: quoniam nō est deus preter te domie. Innoua signa: et immuta mirabilia. Glorifica manum ⁊ brachiū dextrum Excita furorem: et effunde iram. Extolle aduersariū: et affige inimicū. Festina tēpus: et memento finis: vt enarrent mirabilia tua: dñe deꝰ noster. ℟. Letatus sū in his

q̄ dicta sūt michi in domū dn̄i ibim⁹. ℣. Fiat pax in virtute tua ⁊ abundantia in turrib⁹ tuis. Alla. ℣. Qui posuit fines tuos pacem et adipe frumenti satiat te. Tractus. Dn̄e nō scd̄m pctā. Quere in missa p̄cedēti. Scd̄m lucā xviij

In illo tp̄e Dicebat iesus ad discipulos suos pabolā istā q̄m oportet semp orare: ⁊ nō deficere dicēs. Judex q̄dā erat in quadam ciuitate: q̄ deū nō timebat: ⁊ hominē nō reuerebat. Uidua aūt quedā erat in ciuitate illa: ⁊ veniebat ad illū dicens. Uindica me de aduersario meo. Et nolebat per multū tēpus. Post hoc autē dixit intra se. Et si deum nō timeo: nec hoiem reuereor: tamē quia molesta est michi hec vidua: vindicabo illā: ne in nouissimo veniēs suggil let me. Ait autē dn̄s. Audite quid iudex iniq̄tatis dicit. Deus aūt nō faciet vindictam electoꝝ suoꝝ clamantiū ad se die ac nocte: ⁊ patiētiam habebit in illis? Dico vobis quia cito faciet vindictā illorum.

Offer. Sicut in holocaustū arietum et thaurorū et sicut in milibus agnoꝝ pinguiū sic fiat sacrificiū nostrū in cōspectu tuo hodie vt placeat tibi quia nō est confusio cōfidētibus in te dn̄e. Secreta.

Deus q̄ credētes in te pp̄los nullis sinis ꝯcuti terrorib⁹ dignare p̄ces ⁊ hostias dicate tibi plebis suscipere: ⁊ pax tua pietate cōcessa xp̄ianorū fines ab oī hoste faciat esse securos. P d. Cōio Amē dico vobis quicq̄d orātes petit' credite q2 accipietis ⁊ fiet vobis. Postcō.

Deus auctor pac' et amator quem nosse viuere: cui seruire regnare est: protege ab oībus impugnationib⁹ supplices tuos: vt q̄ in defensiōe tua cōfidim⁹: nulli⁹ hostilitatis arma timeam⁹. P dn̄m.

¶ Missa pro infirmis. Introitus

Exaudi deus oratione mea et ne despexeris depcationem meā / intende in me et exaudi me. Ps. Cōtristatus sum in exercitatiōe mea: ⁊ cōturbatus sum a voce inimici / et a tribulatiōe pctōris. Oro.

Omnipotēs sempiterne deus salus eterna credentiū: exaudi nos p famulo tuo / vel famula tua: p quo vel pro qua misericordie tue imploram⁹ auxiliū: vt red dita sibi sanitate gratiarū tibi in ecclesia tua referat actionē. P do.

Lctō ep̄le bti iacobi apl̄i. quito.

Fratres. Tristat aliq̄s vestrū: oret equo aīo et psallat. Infirmat quis in vobis: idu cat p̄sbyteros eccl̄ie et orent super eū. Ungentes eū oleo in noīe dn̄i: et oratio fidei saluabit infirmū: ⁊ alleuiabit eū dn̄s: et si in pctis sit dimittētur ei. Cōfitemini alterutrū pctā vestra: et orate p inuicē: vt saluemini. ℟ Miserere michi domine quoniā infirm⁹ sum sana me dn̄e. ℣ Cōturbata sūt omnia ossa mea ⁊ aīa mea turbata est valde. Alla. ℣ Qui sanat contritos corde et alligat cōtritiones eoꝝ. Tractus Dn̄e non secundū. folio p̄cedēti. Pro ifirmo. Euāgeliū. Scd̄m mattheum. viij.

In illo tp̄e. Cū introisset iesus capharnaū: accessit ad eū centurio / rogās eū ⁊ dicēs. Dn̄e

puer meus iacet paraliticus in domo: et male torq̃tur. Et ait illi iesus. Ego veniã: et curabo eũ. Et respõdẽs cẽturio ait. Dñe nõ sum dignus vt intres sub tectũ meum sed tãtũ dic verbo/ et sanabit puer meꝰ. Nã et ego homo sum sub potestate cõstitutꝰ: habẽs sub me milites: ⁊ dico huic vade: ⁊ vadit. Et alio veni: et venit. Et seruo meo fac hoc: ⁊ facit. Audiẽs autẽ iesus miratus est: ⁊ sequẽtibus se dixit. Amẽ dico vobis: nõ inueni tantã fidẽ in isrl'. Dico aũt vobis: ꝙ multi ab oriẽte et occidẽte veniẽt: ⁊ recũbent cũ abrahã/ et isaac/ ⁊ iacob in regno celoꝝ. Filij autem regni eijcient in tenebras exteriores: ibi erit fletꝰ ⁊ stridor dentiũ. Et dixit iesus centuriõi. Uade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatꝰ est puer in illa hora. Pro infirma. Euãg. Surgẽs iesus de synagoga. Quere supra folio p̃cedẽti in missa. Recordare. Offr. Miserere michi domine scdm magnã miam tuã dele iniq̃tatem meã. Secreta.

Deus cuius nutibꝰ vite nostre momẽta decurrũt/ suscipe p̃ces ⁊ hostias famuli tui: vel famule tue: pro quo vel pro qua mie tue imploramus auxiliũ: vt de cuiꝰ periculo metuimus de eiꝰ salute letemur. P dñm. Cõio. Redime me deus israel ex oibus angustijs meis. Postcõio

Deus infirmitatis humane singulare p̃sidium: auxilij tui sup infirmũ nr̃m: vel infirmã nr̃am ostẽde virtutẽ: vt ope misericordie tue adiutus: eccl'ie tue sctẽ incolumis rep̃sentari mereat. P dñ.

Pro ifirmo i agonia. Introitꝰ.

Circũdederũt me gemitus mortis dolores inferni circũdederũt me: et in tribulatiõe mea inuocaui dñm et exaudiuit de tẽplo sctõ suo vocẽ meam. Ps. Diligam te dñe fortitudo mea. dñs firmamentũ meũ et refugiũ meũ et liberator meus. Gloria patri. Oratio.

Omñps sempiterne deus cõseruator aiaꝝ qui quos diligis corripis: ⁊ quos recipis pie ad emendationẽ coherces: te inuocamus dñe vt medelã tuã cõferre digneris in aiam famuli tui: vel famule tue: q̇ vel que patit in corpe membroꝝ debilitatẽ vim laboris: stimulos infirmitatũ: da ei domine grãm tuã vt in hora exitus de corpore: absq3 pcti macula: tibi datori ꝓpicio p manus sctõꝝ angeloꝝ eius aĩa rep̃sentari mereat. P do. Lectio isaie prophete. lv.

In diebus illis. Locutꝰ est isaias ꝓpheta dicẽs. Querite dñm dũ inueniri potest: inuocate eũ dũ ꝓpe est. Derelinquat impiꝰ viã suã: ⁊ vir iniquꝰ cogitatiões suas: ⁊ reuertat ad dñm ⁊ miserebit eius: et ad dñm deũ nr̃m quoniã multꝰ est ad ignoscendũ. Non enim cogitatiões mee cogitationes vr̃e: neq3 vie vestre vie mee dicit dñs. Quia sicut exaltantur celi a terra sic exaltate sũt vie mee a vijs vr̃is et cogitatiões mee a cogitatioibꝰ vestris. Et quomodo descẽdit imber et nix de celo/ ⁊ illuc vltra non reuertit: sed inebriat terrã et infun-

dit eã/et germinare eã facit/ et dat semẽ serenti: & panẽ cõmedenti: sic erit verbũ meũ qd egrediet de ore meo. Non reuertet ad me vacuũ: sed faciet quecũq volui et psperabitur in hijs ad que misi illud: ait dñs oipotẽs. ℟. Miserere mei deus miserere mei qm in te cõfidit aïa mea. ℣ Misit de celo & liberauit me dedit in opprobriũ conculcãtes me. Alla. ℣. De profundis clamaui ad te dñe dñe exaudi vo[cem meã.] Tractus.

Domine nõ scdm pctã nrã que fecim⁹ nos neq scdm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatũ nostrar antiquarum: cito anticipẽt nos mie tue quia paupes facti sumus nimis ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et pter gliam nois tui dñe libera nos: et picius esto pctis nostris pter nomen tuum. Scdm iohannẽ. xvj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen amẽ dico vobis. qz plorabitis & flebitis vos mũdus autẽ gaudebit. Vos autẽ cõtristabimini: sed tristicia vestra vertet in gaudiũ. Mulier cũ parit tristiciã habet: qa venit hora eius Cũ aũt peperit puerũ: iã non meminit psure pter gaudiũ: quia nat⁹ est homo in mundũ. Et vos igitur: nũc quidẽ tristiciã habetis Iter aũt videbo vos: & gaudebit cor vestrũ. Et gaudiũ vrm: nemo tollet a vobis. Offer. Miserere michi dñe secũdũ magnã misericordiã tuã dele iniquitatem meam. Secreta.

Adesto dñe pro tua pietate supplicatiõibus nostris: et suscipe hostiã quã tibi offerim⁹ p famulo tuo vel famula tua iacẽte in grabato: salutẽ nõ corpi sed aïe sue petẽti: psta illi oipotens de⁹ indulgentiã oim iniqtatũ suarũ p pter immẽsam miam tuã/interuenietib⁹ oim sctor tuorũ meritis a sctis angelis suscept⁹: puenire mereatur ad tue glie regnũ. P dñm Cõio. Redime me de⁹ isrl ex oibus an[gustiis meis] Postc.

Gratias agim⁹ dñe multiplicib⁹ largitatibus tuis/ex qbus aïas in te sperãtiũ saciare ɔsueuisti nã sisi de tua pietate pcamur vt misereri digneris famulo tuo vel famula tua ne valeat aduersus eũ vel eã inimicus in hora exit⁹ illi⁹ de corpe: sed transire merear ad vitã. P dñm.

¶ Sequũtur mẽorie cões. De sctã trinitate. De sctõ spũ. De angelis De cruce. De sacramento altaris. De btã maria. De sctõ sebastiano De sctõ anthonio. De sctã genoueua. De omnib⁹ sanctis. Pro pace. Pro ifirmis. Quere supra i missis suis. ¶ Pro iter agẽtibus. Orõ.

Adesto dñe supplicatiõibus nrĩs et viã famulorũ tuor in salutis tue psperitate dispone: vt inter oẽs vie et vite hui⁹ varietates/ tuo semp protegamur auxilio. Per dominũ. Secreta.

Propiciare dñe supplicatiõnib⁹ nrĩs: et has oblatiões quas tibi offerim⁹ pro famulis tuis benign⁹ assume: & viã illor pcedẽte grã tua dirigas: et subsequẽte comitari digneris: vt de actu atq incolumitate eor scdm mie tue psidia gaudeam⁹. P do. Postcõi.

SUmpta domine celestis sa-
cramẽti mysteria: q̄s ad ꝓ-
speritatẽ itineris famulorũ tuorũ
ꝓficiãt: ⁊ eos ad salutaria cuncta
ꝑducãt. P d. ¶ Pro rege nr̃o. Orõ

QUesumꝰ oꝑs deꝰ: vt famu-
lus tuus rex nr̃ q̇ tua mise-
ratiõe suscepit regni gubernacula
ꝟtutũ etiã oĩm ꝑcipiat incremẽta
q̇bꝰ decẽter ornatꝰ et vicioꝝ mon-
stra deuitare: ⁊ hostes superare: ⁊
ad te q̇ via ꝟitas ⁊ vita es gratio-
sus valeat ꝑuenire. Qui vi. Secr.

MUnera q̄s dñe oblata scti-
fica: vt ⁊ nob̄ vnigeniti tui
corpꝰ et sanguis fiãt: ⁊ regi nr̃o ad
obtinẽdã aĩe corporisq̧ salutem: ⁊
ad ꝑagendũ iniũctũ officiũ: te lar-
giente vsq̧quaq̧ ꝓficiãt. P dñm.

HEc dñe salutaris Postcõ.
sacramẽti ꝑceptio famulũ
tuũ regẽ nr̃m ab oĩbꝰ tueat̃ aduer
sis: quatinꝰ ⁊ eccl̃iastice pacis ob-
tineat tranq̇llitatẽ ⁊ post istiꝰ tp̄is
decursũ: ad eternã ꝑueniat heredi
tatẽ. P dñm. ¶ Pro amicis. Orõ

DEus q̇ charitatis dona per
grãm scti spũs tuoꝝ cordi-
bus fideliũ infudisti: da famulis ⁊
famulabꝰ tuis ꝑ q̇bus tuã depca-
mur clemẽtiã salutẽ mẽtꝭ ⁊ corpis
vt te tota virtute diligãt: et q̄ tibi
placita sũt tota dilectiõe ꝑficiãt. P

MIserere q̄s dñe fa Secre.
mulis ⁊ famulabꝰ tuis: ꝑ
q̇bꝰ hoc sacrificiũ laudis tue offeri
mus maiestati: vt ꝑ hec scã: supne
bñdictiõis grãm obtineãt ⁊ gl̃iaꝫ
eterne beatitudinis acquirant. P
dominũ nostrũ. Postcõio.

DIuina libãtes mysteria q̄s
dñe: vt hec salutaria sacra-
mẽta illis ꝓficiãt ad prosperitatẽ
⁊ pacẽ: pro quoꝝ quarũq̧ dilectio
ne hec tue obtulimꝰ maiestati. P
do. ¶ Ad tẽpestatẽ expellẽdã. Orõ

A Domo tua q̄s dñe spirita-
les neq̇cie repellãt̃: et aeria-
rũ discedat malignitas tẽpestatũ.

OFferimꝰ tibi [P do. Secr.
dñe p̄ces ⁊ mũera ꝑ cõcessis
bñficijs grãs referẽtes: ⁊ ꝑ cõcedẽ
dis semp suppliciter depcãtes. P.

OMp̄s sempiterne Postcõi.
deꝰ q̇ nos ⁊ castigãdo sanas
et ignoscẽdo cõseruas: p̄sta suppli
cibꝰ tuis: vt ⁊ trãquillitatibꝰ huiꝰ
optate ꝯsolatiõis letemur: ⁊ dono
tue pietatis semp vtamur. Per d.

¶ Pro securitate eccl̃ie. Oratio.

A Cũctis nos dñe q̄s mẽtꝭ et
corpis defende ꝑiculis: ⁊ in
tercedẽte btã et gl̃iosa dei genitri-
ce maria cũ btis apl̃is tuis petro
et paulo ⁊ oĩbus sctis: salutem no
bis tribue benignꝰ et pacẽ: vt de-
structis aduersitatibꝰ ⁊ erroribus
vniuersis: ecclesia tua secura tibi
seruiat libertate. P eũdẽ. Secre.

EXaudi nos dñe deus nr̃: vt
ꝑ huiꝰ virtutẽ sacramenti a
cũctis nos mẽtis et corpis hostibꝰ
tuearis: grãm tribuẽs in p̄senti: ⁊
gl̃iam in futuro. ꝑ dñm. Postcõi.

MUndet ⁊ muniat q̄s dñe di
uini sacramẽti nos munꝰ
oblatũ: ⁊ intercedẽte btã dei geni-
trice maria cũ btis apl̃is petro et
paulo ⁊ oĩbꝰ sctis: a cũctꝭ nos red-
dat ⁊ ꝑuersitatibꝰ expiatos et ad-

uersitatib⁹ expeditos. P eūd. Pro [platis. orō

O Mīps sēpiterne deus q̄ facis mirabilia magna sol⁹: ptēde sup famulos tuos et sup cūctas ꝯgregatiōes illis cōmissas spūm grē salutaris: et vt in veritate tibi ꝯplaceāt: ppetuū eis rorē tue bñdictiōis īfunde. P do.

Hostias dñe [eiusdē. Secr. famuloꝝ tuoꝝ placat⁹ intēde: et quas in honorē nōis tui deuota mēte p eis celebram⁹: pficere sibi sentiant ad salutē. P dñm.

Quos celesti recreas Postc. mūere ppetuo dñe comitare p̄sidio ⁊ quos fouere nō desinis dignos fieri redēptiōe cōcede. P. d.

¶ Pro tētatione carnis. Oratio.

Ure igne sci spūs renes nostros et cor nrm dñe: vt tibi casto corpe seruiamus: ⁊ mūdo corde placeam⁹. P d. eiusd. Secr.

Disrūpe qs dñe nroꝝ vincula pctōꝝ: vt sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate possim⁹: ⁊ salua nos p indulgētiā quos dignat⁹ es saluare p gratiā. P. d. Postcō.

Domine [tiā. adiutor et ptector nr̄ adiuua nos: ⁊ refloreat caro nr̄a vigore pudicicie ⁊ scīmonie nouitate: ereptāq̄ de manu tartari in resurrectiōis gaudiū iubeas p̄sentari. P dñm. ¶ Pro penitētib⁹. Orō.

Exaudi dñe q̄s supplicū pces et ꝯfitentiū tibi parce pctis vt pariter nob īdulgētiā tribuas benign⁹ et pacē. P dñm. Secreta

Hostias tibi dñe placatiōis offerimus: vt ⁊ delicta nr̄a miserat⁹ absoluas: et nutātia corda tu dirigas. P dñm. Postcōi.

Presta nob eterne saluator: vt pcipiētes hoc mūere veniā pctōꝝ: deinceps pctā vitem⁹. P dñm. Pro amico. Oratio.

Rege q̄s dñe famulū tuū: et grē tue ī eo dona mltiplica: vt ⁊ ab oīb⁹ liberet offensis: ⁊ tpalib⁹ nō destituat auxilijs: ⁊ sempiternis gaudeat īstitutis. P. Secre.

Suscipe dñe mun⁹ oblatū: ⁊ cōserua q̄s famulū tuū atq̄ ab oīb⁹ aduersitatib⁹ quas meret redde securū: vt trāquillitate pcepta de inimicoꝝ īsidijs liberat⁹ deuota tibi mēte deseruiat. P dñm.

Subiectū tibi dñe Postcōi. famulū tuū ꝓpiciatio celestis amplificet: vt p̄sentis vite piculis exuat: ⁊ ppetuis donis firmet. P

Cōtra pestē. orō. Deus q̄ nō mortē Quere s. ī missa. Recordare. Pro [bñfactorib⁹. Orō

Pretēde dñe famulis ⁊ famulabus tuis dexteram celestis auxilij vt te toto corde pquirant: ⁊ que digne postulant assequātur. P Secr.

Propiciare dñe supplicatiōnib⁹ nr̄is: et has oblatiōes famuloꝝ famularūq̄ tuaꝝ quas p incolumitate eoꝝ offerim⁹ benignus assume: ⁊ vt nullū sit irritū votum: nullius vacua postulatio p̄stet q̄s: vt qd̄ fideliter poscimus efficaciter ꝯseqm̄ur. P do. Postcō.

